


Isti libri continentur in hoc volumine

~~Ego [illegible]~~

Ego blott



¶ Semp uiua barba iouis Netryezk ·
¶ Sal gemma Crusetz
¶ Anetum · Czesky kopr ·
¶ Azarus kopitnÿk ·
¶ Aristologia podrazetz ·
¶ Anatasÿa Wratitz ·
¶ Apiū risus Ponikletz ·
¶ Apium aq̃ticū · Hambuz
¶ Aconitū · wlitÿe lÿko
¶ Archanglica Dubrawa ·
¶ Atplices Czeska lebeda
¶ Panthera · Rosene sÿemie
¶ Alexandrium · Petrusÿel
¶ Anitus Amer bzowÿ
¶ Betonika karrophilata orium basilicon idem est Bocwa ·
¶ Zacie brionia ocra · idē ē Posseol
¶ Buclossa Comonitzÿe
¶ Branca vrsina Chriwetz
¶ Bradama Kziepÿ
¶ Cÿminū domestic̄ · Czeskÿ kmyn
¶ Crisolokana · Cathanos idem est wlaska lebeda
¶ Cÿzaniū Swinye potrucka
¶ Cameleon gmelo
¶ Sÿcer eraticus · Gyechlitzÿe
¶ Camedreas · Motowidlze
¶ Cycorea Psye wino
¶ Cardamomū · Sÿemie wlaske rzierzuichÿ
¶ Epatika hranÿtye ·
¶ Endiuia Sarbak
¶ Eliquarium lubczek
¶ Ermodactilli · Thusebnÿk
¶ Ephatamimum · Polzka salua ·
¶ Fraxinus · Gessen
¶ Eliconium Poleÿ ·
¶ Inperialis · Olesnÿk ·
¶ Marrubiū album Posser
¶ Melilotū · hrzietzke sÿeno
¶ Sakados Roschodnÿk
¶ Serpentina Swate marzie powiesnÿtzie ¶ Syzimbrium balsamita idem est Zagietzie rziepka
¶ Scopa regia · Zwonek neb Swateho Jana korzenye
¶ Balawstia · flos malogranati
¶ Celosonia Trzÿebule
¶ Agaria sucus Planych trnek
¶ Lanceola ul' buglossa · Wolowi iazik
¶ Terebintina · Priskyrzitye
¶ Battelaria · Jahodÿna medwiezie · alias · Velikÿ · zlez ·
¶ Endiuya Mleczi
¶ Stikados Cotÿenye noskÿ
¶ Pantharia · chirnÿs
¶ herba lunalis ul' cauda lupina ul' cereus prostollonis ul' taxus ul' barbassus · Dÿwizna ·
¶ Morella · solatriū · uua lupina idē Dragantea hadowe corzenye
¶ Cornea · Dryen ¶ Edera nig̃ briechtan ·
¶ herba sancti petri ul' sanguinaria Ztrachÿe noska ¶ Absintiū polÿn
¶ Corrigiola · zwlak
¶ Morsus galline ypia luminella
¶ Sabÿe chsrÿewtze
¶ Centinodia · Poligonia Truskawetz
¶ Edera terestis Poponetz
¶ Vngula gaballina · Materÿe lichko
¶ Achorus gladiolus venerea Cossatetz
¶ Verbena pÿstorcon Cerabonium Sporis ¶ Solsequiū · sponsa solis elÿtropia · intiba · Zlunechnÿtÿe
¶ Fragaria yahodina chyrwena
¶ Peruinca Brÿechtan
¶ Tÿmalle Polzka chwogitye
¶ Antimonium t̃ra similis plumbo
¶ Simnach fructus quidam
¶ Amidum sucus frumenti
¶ Ypoquistidos fimus quidam
¶ Colophonia pix greca
¶ Psÿdia Cortex malogranati
¶ Tÿmalle Argilla fornatis
¶ Bolurien borus armenus t̃ra quedā
¶ Spodiū ebur ustum
¶ Rozastrū Succus de uite vitis
¶ Lapatium Conskÿ schewik
¶ Saxifraga Osladich
¶ Peucidanū coprnÿk

Titimallus Kolo[illegible]

[illegible] Kolowratskÿ

Incipit liber ysagogarum Johannici ad tegni Galieni

MEDICINA DIVIDITUR in duas partes, id est in theoricam et practicam. Quarum prima id est theorica dividitur in tria, id est in contemplationem naturalium, non naturalium et eorum que fiunt contra naturam, ex quibus egritudinum scientia procedit. Cum ipse naturales res extra cursum suum procedunt, id est quando extra cursum naturalem humores quatuor excreverint, et ex qua occasione et qua significatione habeatur egritudo.

De rebus naturalibus.

Res vero naturales septem sunt: elementa, commixtiones, compositiones, membra, virtutes, operationes, spiritus. Et his alii addiderunt quatuor: etates, colores, figuras, distantiam inter masculum et feminam.

De elementis et que sunt elementa.

Elementa sunt iiii: ignis, aqua, aer, terra. Ignis est calidus et siccus. Aqua frigida et humida. Aer calidus et humidus. Terra frigida et sicca.

De commixtionibus.

Commixtiones vero viiii sunt: octo inequales et una equalis. De inequalibus vero quatuor sunt simplices, hoc est calidum, humidum, frigidum et siccum. Et quatuor ex his sunt composite: calidum et siccum, calidum et humidum, frigidum et siccum, frigidum et humidum. Equalis vero est quando in mediocri temperantia consistit.

De compositionibus.

Compositiones quatuor sunt: sanguis, flegma, colera rubea et colera nigra. Sanguis est calidus et humidus. Flegma frigidum et humidum. Colera rubea calida et sicca. Colera nigra frigida et sicca.

De flegmate.

Flegmatis vero quinque modi sunt. Est flegma salsum calidius et siccius ceteris in se continens coleram. Est et dulce pertinens ad caliditatem et humectationem, mixtum sanguine. Est et acetosum pertinens ad frigiditatem et siccitatem et istud tamen melancolicum. Est autem et vitreum quod nascitur ex nimia frigiditate et coagulatione sua, sicut in senibus naturali calore destitutis. Est et frigidum et humidum. Illud saporem non habet, sed proprie retinet frigiditatem et humectationem.

De colera rubea.

Colera rubea v modis constat. Est colera rubea clara naturaliter et substantia alter, cuius origo ab epate est. Citrina quoque cuius exordium est ex compositione aquosi flegmatis et colere rubee pure; ideoque hec minus calida est. Et est colera similis vitello ovorum, que nascitur ex commixtione flegmatis coagulati et colere rubee clare, que minus calida est. Quarto modo est colera viridis quasi porracea, cuius origo magis est a stomaco quam ab epate. Est et colera v modis quasi admodum eruginosa, cuius origo et venenum. Nascitur enim ex nimia adustione (s. humorum) que pro...

hec calorem quod proprium mali nequitiam.
Colera nigra duobus modis constat. Uno modo est naturalis in modum fecis sanguinis et eiusdem perturbationis. et cognoscitur esse a colericis nigris. cum superius uel inferius extra manat. et iste modus ueraciter est frigidus et siccus. Et est alius modus extra naturalem causam et origo eiusdem est de adustione colerice commixtionis. et hec ueraciter appellatur niger. i. colera nigra. et est calidior et leuior a superiori modo. habens in se impetum et qualitatem perniciosam
glosa est
nocabilem et pernitiosam. Nam unde exit siue per os sui parum uulnerat et uiuit loca non sine periculo.

De modis membrorum.

Membrorum modi sunt quatuor. Eorum enim sunt quedam principalia que sunt quasi fundamenta uel materia. et sunt. iiii. s. cerebrum. cor. epar. et testiculi. Et sunt alia quedam que predictis principalibus deseruiunt. ut sunt nerui qui cerebro ministrant. arterie que cordi. et uene que deseruiunt epati. et uasa que testiculis
enim
spima ministrant. Sunt de membris alia habentia propriam uirtutem. uerum eadem reguntur membra et colerum qualitas constat ut ossa sunt. et omnes cartillagines. uel membrana que sunt inter corium et carnes. et musculi. pinguedo et caro. Alia sunt que propria carent uirtute tantum habent principium et uigorem a principalibus fundamentis ut est stomacus. renes. et intestina. omnesque lacerti. hec enim sua propria uirtute appetunt cibum et inmutant et operantur suos actus secundum naturam. habent et alias uirtutes proprias decurrentes a principalibus fundamentis. de quibus principalibus constat sensus et uita. cum uoluntario motu.

De uirtutibus corporis et primo de naturali.

Virtutis itaque trina fit partitio. Est enim uirtus naturalis. est spiritualis et animalis. Virtus siquidem naturalis una est que ministrat. altera cui ministratur. Sed naturalis uirtus cui ministratur modo generat. modo nutrit. et modo perficit. Virtus que ministrat modo appetit. retinet. digerit. et expellit. Que deseruiunt perficienti uirtuti quadmodum perficiens uirtus nutribili et generanti uirtuti deseruiunt. alie due. una que inmutat cibum. altera que informat. et que a se differunt. Nam prior uirtus inmutat et ministrat uirtuti generanti sine informatione aliqua. Secunda uero inmutat et ministrat uirtuti generanti cum informatione. Sed operationes informatiue uirtutis. iiii. sunt. assimilatiua et concaua. perforabilis. aspera et lenis.

De uirtute spirituali.

i. uitali
De uirtute spirituali duo procedunt. unum operatiuum. et ab hac aliud operatum. Operatiua uero uirtus est que cor dilatat et arterias. et iterum constringit. Ab operata hec nascuntur. ira. indignatio. uictoria. dominatio. astutia. sollicitudo.

De uirtute animali.

Zodiaca uirtus tria complectitur. Est una uirtus animalis que ordinat et discernit et componit. Secunda que mouetur uoluntario motu. Tertia sensibilis uocatur. De ordinatiua
i. discretiua
et compositiua uirtute hec procedunt. fantasia in fronte. cogitatio uel ratio in cerebro. memoria in occipitio. virtus uero uoluntarie mobilis la

cerebros quibus cetera membra mo
ventur movet que voluntario mo
tu moventur. virtus itaque sensibi
lis constat visu. auditu. gustu. odo
ratu et tactu. **De operationibus virtutum.**

Operationes duobus modis sunt.
Sunt operationes quarum una queque
singularis quod suum est perficit. ut
est cibi appetitus per caliditatem
et siccitatem. Digestio per calidita
tem et humectationem. Retentio
per frigiditatem et siccitatem. Ex
pulsio per id quod est frigidum et hu
midum. Sunt et composite que
a duobus componuntur ut est desi
derium et expulsio. Iam deside
rium virtuti duplici componitur.
quarum una est que appetit. altera
que sentit. Si autem enim evacuatio
nem sentit. Expulsio vero dupli
ci virtute vel amplius componi
tur: una que expellit. altera que sen
tit vel appetit. Spiritus quoque tres sunt. Pri
mus naturalis sumit principi
um ab epate. Secundus vitalis a cor
de. Tertius vero id est animalis a cerebro.
Horum primus in venas que non
habent pulsum totumque corpus
diffunditur. Secundus per totum corpus
in arterias. Tertius vero in nervos
[id est vii res naturales]
dirigitur que septem naturalium
rerum parte id est in spiritu cognoscuntur.

De spiritibus

De etatibus.

Quatuor sunt etates
id est adolescentia. iuventus. senectus
et senium. Adolescentia est vide
licet complexionis calide et humide
in qua crescit et augetur corpus
usque ad xxv vel tricesimum annum
perveniens. Hanc iuventus inseq
uitur que calida est et sicca. perfectum
sine diminutione virium corpus
conservans. que tricesimo quin
to vel xl anno finitur. Hanc se
quitur senectus frigida et sicca. in
qua quidem minui et decrescere
corpus incipit. tamen virtus non defi
cit quinquagesimo quinto vel sexa
gesimo persistens anno. Hanc se
quitur senium collectione flegma
tici humoris. frigidum humi
dumque in quo tempore virtutis appa
ret defectus. quod suos annos vite
termino metitur. **De colore cutis.**

Color cutis duobus fit modis.
aut hunc interiora subministrant
aut exteriora deducunt. Ab interio
ribus autem accidit duobus modis. vel
ex habundantia seu ab equalita
te humorum. Ille ab equalitate qui est
compositus ex albedine et rubedi
ne. Ab inequalitate vero procedit
niger. citrinus. rubeus. et glaucus
et albus color. Color namque rube
us et niger et citrinus significat
calorem dominantem corpori. Citrinus
vero solus significat coleram rube
am. Niger vero solus coleram ni
gram. Rubeus solus habundan
tiam sanguinis. Albus vero et
glaucus habundantem frigiditatem
corpori dominantem. Sed glaucus
ex melancolia. albus ex flegma
te sui causas hoc designat. Ab ex
terioribus nempe colores adveni
unt. sicut ex frigiditate scottis.
ex calore ethiopibus. et ex aliis mul
tis accidentibus. Sunt et alii spiritua
les colores aut ex timore aut ex
[aut ex tristicia] [id est motibus]
ira vel aliis animi motionibus.

De coloribus capillorum.

Capillorum colo
res sunt quatuor. niger. rube
us. glaucus. canicies. Niger ex
habundantia colerice [humoris] incensi. vel
adustione multa sanguinis. Ru
beus ex numietate caloris non ad
usti. unde semper fuit capilli rubei.

Glaucus ex habundantia melancolie. Canicies vero fit ex nimia defectione naturalis caloris et ex affectu putridi flegmatis. Et plurimum fit in senibus.

De tunicis oculorum

Oculorum tunice sunt vii et humores tres. Prima tunica dicitur retina. Altera secundina. Tertia scliros. Quarta tela aranea. Quinta uvea. Sexta cornea. Septima coniunctiva. Primus humor vitreus. Secundus cristallinus. Tertius albugineus.

De coloribus oculorum

Oculorum colores quatuor sunt. Niger. Subalbidus. Varius. Glaucus. Niger fit ex defectu visibilis spiritus vel ex perturbatione ipsius aut ex penuria cristallini humoris vel quia plurimum descendit interius ipse cristallinus humor aut ex habundante humore qui est similis albugini ovi aut ex perturbatione ipsius vel ex habundantia caliditatis uvei humoris. Subalbedo fit ex septem rebus superioribus contrariis, id est ex habundantia spiritus visibilis vel ex claritate ipsius et magnitudine cristallini humoris et eminentia ipsius et minoritate humoris albuginei et claritudine ipsius et defectione qualitatis uvee tunice. Varius et glaucus fit si conveniunt res que adducunt nigredinem et subalbedinem. Varius vero color significat spiritum visibilem magis habundare et clarescere in sua varietate. Glaucus vero significat spiritum visibilem minime habundare et obnigrescere in sua glaucione.

De qualitatibus corporis.

M[illegible] qualitates corporis sunt quinque. Crassitudo nimia et tenuitas, macies, fortitudo et squaliditas et equalitas. Pinguedo corporis fit ex caliditate et superhabundanti humiditate. Extenuata macies ex caliditate et siccitate. Fortitudo fit ex frigiditate et siccitate. Squaliditas nempe fit ex frigiditate et intensa humectatione. Equalitas itaque fit ex equalitate humorum corporis forme.

De distantia masculi et femine.

Distantia inter masculum et feminam. Masculus et femina differunt quoniam hic calidior et siccior, hec vero frigidior et humidior.

De rebus non naturalibus.

Non naturalia sex. Aer, cibus et potus, sompnus et vigilie, coitus, accidentia anime.

De mutatione aeris.

Aeris mutatio quinque modis fit: ex anni temporibus, ortu stellarum et occasu, ex ventis et terris. Aerumque fumositas. [al' recip…]

De temporibus anni.

Anni tempora sunt quatuor: ver equale. Estas calida et sicca. Autumpnus frigidum et siccum. Hyemps frigida et humida. [al' calidum et humidum]

De stellis.

Ex stellis immutatur aeris natura. Nam cum appropinquaverit sol stellis vel ipse illi, calidior fit aer et eiusdem habitus. Separatis frigiditas aeris augetur.

De quatuor ventis.

Venti quatuor sunt. Subsolanus, Favonius, Septentrio, Auster. Quorum duo naturales. Unus habet virtutem frigidam et siccam, alter calidam et humidam. Ceteri duo equalis virtutis sunt. Quorum unus, id est subsolano, caliditatis et siccitatis, alter vero, id est Favonio, frigiditatis et humiditatis attribuitur. Sed Auster paulo calidior et humidior. Septentrio vero

frigidior et siccior. **De divisione terrarum.**

Terrarum modi quatuor sunt: altitudo, profunditas, vicinitas montium et maris. Qualitates locorum seu terrarum quibus terre a se differunt altitudine et profunditate: quia altitudo frigidior est, profunditas huic contraria. Adpropinquitas montium [evenient]; quia si fuerint a parte meridiana erit terra frigida. Nam calidos montes meridianos obstant ventis. Septentrionales [vero venti] frigidi sunt eam recipiunt flantibus. Si vero septentrion montes huius superiori terre contraria erit. Maris vicinitate: quia meridionales calidam et [humidam] septentrionales frigidam et siccam terram prebent. Preterea terre natura sui in se differunt. Nam si fuerit terra petrosa, frigida et sicca; si vero pinguis et crassa, calida et humida. Lutea frigida et humida est.

Immutatur aer quoque fumositate terre cum in ea habet paludum sive putredines aliquas, unde fiunt morbi ac pestes in bello. **De exercitio.**

Exercitium immutat corpus: quia quanto equale est equalem facit calorem. Cum vero amplius fit magis calefacit, postea infrigidat et desiccat. Ociositate corpus immutatur quia frigiditatem et humectationem inequalem habet. [Si vero equalis equalem.]

Balnea aut sunt dulcis **De balneis.** aque aut non dulcis. Sed dulcis aque balneum remollit, calidum calefacit, frigidum infrigidat. Non dulcis aque balneum desiccat corpus, quod fit ex aqua salsa et amara sive sulphurea sive calcea calefacit et desiccat. Si vero et aluminosa [fuerit] et gypsea infrigidat et desiccat.

Modi ciborum in- **De modis ciborum.**
[illegible] sunt. Est enim cibus qui bonum et est qui malum gignit humorem. Bonum [qui bonum] gignit humorem [et] qui bonum creat sanguinem et equalem. In contrarium [illegible] panum [illegible] ove [illegible] ut [illegible] na. [illegible] [illegible] non [illegible] na et [illegible] caro [illegible]. Preterea bonum malumque humorem creantium ciborum duo sunt modi: gravis atque levis. Gravis est caro porcina et bovina. Levis vero pullorum piscium caro mediocrium [et] magnobilium minus pinguium [et] aqua[illegible] mosorum. **Est et olerum genus quod** malum generat humorem coleram rubeam ut est nasturtium, sinapis et allea. Et sunt que faciunt melancoliam ut est lens, caulis, caro caprina vetus et bubulina. Et sunt que generant flegma ut est caro porcellorum atque simplex agnorum et portulaca. Preterea cibus gravis gignit flegma et coleram nigram. Cibus vero [calidus] levis gignit coleram rubeam et uterque malus est. **De modis potationum.**

Modi potationum tres sunt. Est potus qui nichil aliud est quam potus ut aqua. Est potus qui potus est et cibus ut est vinum. Est alius potus pertinens suffragiis duobus ut est potio que datur cum aliquid morbi [illegible] ut medicamentum vel conditum. Cibus vero huius utilitatis est quia reparat integritatem corporis recto ordine. Potus quoque hanc utilitatem habet quia reportat cibum per corpus. Sed et illius potus utilitas quem potionem dicimus pertinet corporis naturam ad se [illegible].

De sompno corporis. Rubrica.

10

Sompnus corporis immutat natura primum quia infrigidat exterius et calefacit interius. Quod si plurimum fuerint infrigidat et humectat.

Vigilius quoque im- (De vigiliis.) mutatur corpus quia extrinsecus calefaciunt. intrinsecus autem infrigidant et desiccant. (De coitu. etc.)

Coitus hec prestat corpori. desiccat corpus et imminuit naturalem virtutem. [at calorem] ideoque infrigidat. Multociens vero ex multa concussione calefacit corpus. (De accidentibus anime.)

[Si pr' modum infrigidat]

Sunt que accidentia anime que faciunt intra corpus sicut ea que commovent calorem ab interiori parte ad superficiem cutis. aut impetuose ut ira. aut leniter cum suavitate ut delitie. [ut gaudium] Sunt quedam que ad se caliditatem contrahunt et celant. aut impetuose ut terror vel timor. vel leniter ut angustia et sunt que commovent naturalem virtutem intus et extra ut est tristicia.

(De febre et quid sit febris.)

Febris est calor innaturalis cursum suum peragens natura procedens a corde in arterias. suoque ledit effectu. Cuius sunt tria genera. Unum in animo et dicitur effimera. Aliud de humoribus qui putrescunt et putridi nuncupantur. Tertium solida ledit membra ipsum est ethica. Quare effimera ab accidenti occasione nascitur. Putrida quoque a precentis rebus. Cuiusmodi simplices atque singulares sunt .iiij. Primum quod fit de putredine sanguinis comburens utramque partem interiorem et exteriorem ut est sinochus. Secundus fit ex putredine flegmatis ut est cotidianus. Tertius fit ex putredine colere ut est terianus. Quartus vero est quod fit ex putredine melancolie qui intermissis duobus diebus affligit infirmum et dicitur quartanus.

Modi preterea (De quibus febris putridis.) febrium ex putredine ac tria accidentium sunt tres. Est febris que cotidie minuitur. est que augetur donec recedat. Est que in eodem statu permanet donec recedat. Continua febris de putredine venarum fit. declinans quidem est extra venas in aliquibus corporis partibus. (De obnpilatione que in febribus.)

Obnpilatio fit in febribus ex bubus effusione et superfluitate putredinis in sensibilibus membris movens et infrigidans. ideoque obnpilatio in illis febribus fit que habent anesim quia extra venas sunt.

Apostematum (De apostematibus.) quatuor modi simplices sunt. Aut enim fiunt ex sanguine et dicuntur flegmones. aut ex coleribus rubeis et dicuntur erisiple. aut ex flegmate quod est congelatum et dicuntur zimie. aut ex coleribus nigris et dicuntur cancri. Flegmonum ex sanguine signa hec sunt. rubor. duricia. pulsus. dolor et calor et tumor. Ex colera rubea flegmonum signa hec sunt. calor. rubor mixtus colori citrino. magnitudo doloris et velox augmentatio. Ex flegmate flegmonis signa hec sunt. albedo. mollicies ubi si digitum [ut in] expresseris quasi signum foraminis facit. et est sine dolore. Hec quoque sunt signa flegmonis ex colera nigra. ingens duricia cum nigredine absque sensu.

In humano (De humano corpore.) corpore una quaque res naturalis si propriam dimiserit naturam au-

De signis flegmonum ex sanguine

De signis fleg. ex cola. ru.

De signis fleg. ex flate.

De signis fleg. ex cola nig.

faciat egritudinem aut neutri.
Genera autem [De generibus egritudinum.]
egritudinum tria sunt. Consimi
lis. officialis. universalis. Est egri
tudo consimilis in consimilibus con
tingens membris que similia so
cium vocabula dum eadem pas
sio est ut caput dolens. et est egri
tudo que accidit officialibus mem
bris sicut sunt pedes. manus. lingua
dentes. et cetera que nomina sumunt
ex membris quibus accidit ut po
dagra. cyragra. et cetera. Est denique
universalis egritudo [ut est paralisis] que sequitur
supradictas duabus. preterea [aliud] est membro
rum servicio. [De egritudinibus si]
Egritudines igitur similium [milium.]
que partium habent similitudinem
octo sunt. quatuor simplices. id est calida
et frigida. humida et sicca. Item
ex his inter se coniunctis quatuor com
posite sunt. frigida et humida. fri
gida et sicca. calida et humida. calida
et sicca. harum octo per singulas duo
sunt modi. Aut enim fit ex qualita
te simplici aut ex humoris alicuius
commixtione. Ex simplici vero qua
litate fit infirmitas que solidis ac
cidit membris que grece ethica e
dicitur. Egritudo calida que ex
humore accidit est febris ex putre
dine facta ut supra dictum est.
Egritudo similiter frigida que
sine aliquo humore contingit.
Est algor ex nimia frigiditate
aeris sicut nimius. Est egritudo que
cum aliquo humore accidit ut est
paralisis que fit in toto corpore
aut in parte. [De modis humec]
Modus humecti morbi [ti morbi.]
simplex est ille qui fit non indigens al
terius humoris humectatione
est frigidum ulnius ac uacuum

atque fetidissimum cum inbibitione.
quemadmodum inflata cutis ydropi
corum squalore vacuo torpens. Mor
bus humidus aliunde trahens hu
morem ut ydropisis. Morbus sic
cus est sine humore [ut] spasmus qui fit
ex inanitione. Morbus siccus cum
humore est [ut] cancer siccus et durus.
[De morbis in officialibus membris]
Morbi in officialibus membris [et in for]
mis quatuor sunt. ipsi sunt qui acci
dunt in plasmate et ex forma cre
ature. et in quantitate membrorum et in
naturalis numeri superfluitate et membro
rum positione. Morbi officiali
um in forma hominis v. modis sunt.
membro inconvenienti ut est fi
gura capitis longitudo. In concavi
tatibus ut si manuum [et] pedum ne
concavitas carne repleatur. In
poris. ut est eorum strictura aut lar
gitas. In asperitate ut gutturis
est vel pulmonis canalium aspe
ritas. In lenitate velut matris
lenitas. Morbi in quantitate mem
brorum fiunt [duobus modis aut] ex habundantia [firmatis] ut
cum crescit plus quam decet sicut in
demus fieri et in magno capite
et lingua grossa. aut ex ultima
parvitate [et] interitu. aut parvum
caput stomacum. Morbi in
numero membrorum [duobus modis fiunt] aut ex augmento aut
diminutione. Secundum augmentum
quando aut ex concavitate vel su
perfluus digitus. aut extra cursu
ut lumbrici. ascarides verruce
acrocordines. Secundum diminutio
nem vero aut universaliter ut om[…]
aciei digitorum aut particulari
ter ut est unus. [De morbis in]
In compositione [positione membrorum.]
membrorum morbi fiunt. aut propter
membra motionem de loco suo. aut

ad disiunctione

De disiunctione uicini membri
ut sunt digiti et labia que con
glutinant uel adherent et non
separantur. aut que separant'
et nō conglutinant'. Sed separatio
membra adherentis uniūsaliter
fit aut in mēbris cōsimilibꝫ aut
in officialibꝫ. In cōsimilibꝫ enī mē
bris ut ossibꝫ carne. neruis. la
certis. cute. Qđ si ossi acciderit
fractura dī. si carni ex recenti tē
pore plaga dicit'. Si uō ex ueteri
plaga putrida dī. Qđ si neruis
uenis arteriis lacertis accidit
alio quoque atque alio nōie nūcu
pantur. Si aūt uenit medius la
certis contusio siue contritio
nuncupatur. Si uō in cute exco
riatio dī. que si inueterat aut pu
trida plaga dī. In officialibꝫ uō
mēbris ꝑcisio fit separatō. ut ē
abscisio manus et pedis.

De qualitatibꝫ cōporis.

Corporis qua
litates tres sūt. Sanitas. Egritu
do. et neutrum. Sanitas est tem
perantium pficiens res natura
les sm cursum nature. Infirmi
tas est intemperancia extra cursū
nature unde fit lesionis effect'.
Neutrum quod est q nec sanum
nec infirmum est. Sed neutra
lis qualitas tribꝫ modis cōstat.
ut si in uno corpore simul conueniat sa
nitas et infirmitas. In diuersis
membris ut est in corpore ceci
uel claudi. siue in corpore senis
cui nec unū mēbrū remanet q
non malefiat et pacatur. Et si cor
pus hōis alio horis sanū fuerit
alio uō infirmū ut eorum qui
in estate infirmant' hyeme sa
nantur. et qui frigidioris natu
re fuerint hyeme infirmantur

estate sanantur. et qui humidā
naturam habuerit in puericia
infirmantur. in iuuentute aut
et senectute sani erūt. Qui aūt sic
cam in puericia quidē sani sūt
infirmantur uō in iuuentute et senectute.
In tribus rebus inueniuntur sanitas
aut infirmitas aut neutrum.
aut in corpore in quo triū quali
tatum unaqueque reperitur. aut
in causis que faciunt illas et cōser
uant. aut in significationibꝫ e
as significantibꝫ.

De generibꝫ occasionū.

Occasionis uō duo sūt ge
nera. Nam ē naturale. Est et a
liud extra cursū nature. Occasi
ones aūt naturales aut faciunt
sanitatem aut cōseruāt. et occa
siones conseruantes ptinent ad
sanitatem. facientes uō ptinēt
ad infirmitatem. Occasiōes quoque
que uel naturam prodūt alie p
tinent ad infirmitatem. alie ad
neutrum. Sed egre occasiones fa
ciunt infirmitatē et sē res easdē
infirmitates cōseruātes. Ille uō
uō que ptinent nec ad infirmi
tatem nec ad sanitatem custo
diunt neutrum atque cōstituunt.

De causis primitiuis et antecedentibꝫ et coniunctiuis.

Omnium occasionū
societatem hītium cū sanitate
et infirmitate. vi. modi sūt. quorum
unus ē aer qui humanū corp'
circūdat. cibus et potus. motio et
quies. sompnus et uigilie. Ina
nitio et repletio. accidentia ani
mi. Que omnia si ut decet mode
rata fuerint in quātitate quali
tate tēpore. et ordine custodiunt
sanitatem ab accidentibꝫ. Qđ si
contra hoc aliquod factū fuerit acci
dunt infirmitates et pmanēt.

Modi occasi- [De modis occasionum.]
onum infirmitates facientium
tres sunt. Nam aut necessarie pri-
mitive que extrinsecus accidunt
corpori ut est calor et frigus. aut sunt
ex antecedentia que movent in-
trinsecus in corpore ut repletio
et inanitio. Sunt et alia que vo-
cantur coniuncta que donec adsunt
adest et infirmitas. Ipsis abeun-
tibus infirmitas abest ut est pu-
tredo in febribus. [De modis egri-
Egritudinum secundum aliam tudinum.]
divisionem modi fiunt duo. aut
communiter aut proprie. Que com-
muniter accidunt aut accidentaliter
aut necessario fiunt. Accidentaliter vero
ut combustio. percussio. morsus.
discerptio. et cetere res nocive et
alia superius memorata que ut
predictum est socia sanitati sunt et
infirmitati. Que vero proprie fiunt
egritudines aut fiunt in consi-
milibus membris et consequitur [egritudine] aut
in officialibus membris. aut in di-
visione continua. [De modis mor-
Modi morborum ex cali- borum ex caliditate.]
ditate provenientium quinque sunt.
Primus [fit] aut ex commotione spiritus.
aut ex commotione corporis. Ex com-
motione spiritus ut est ira. Ex commotione
corporis ut est [illegible]. Secundus ut est
concursus visibilis caliditatis
cum effectu ut [illegible] ad so-
lem. Tertius ut est ex caliditate
corpori advenienti cum potesta-
te quando accipit caliditatem ex
esu acrimoniarum. Quartus fit
ex inclusione pororum ut ex frigi-
ditate [aeris] hyemis. Quintus ex putre-
dine ut in febribus. [De occasio-
Occasiones fri- nibus frigidorum morborum.]
gidorum morborum viii. sunt. Prima [occasio]

[illegible] concursio [illegible] cum effectu ut
frigiditas [illegible]. Secunda ut frigi-
ditas corpori conveniens sicut hiema-
no tempore. Tertia ex habundan-
tia [illegible] advenientes ad re-
pletionem [illegible] extinguentium naturalem
calorem. Quarta ex paucitate ci-
borum unde naturalis calor extinguitur.
Quinta vero ex habundantia frigi-
di humoris obturatis poris unde
naturalis calor [ut minuatur] extinguitur. Sexta
ex dissolutione corporis et apertione po-
rorum ad dissolvendum et evacuan-
dum naturalem calorem. Septi-
ma ex commotione et exercitio nimi-
o unde fit [multa] dissolutio humorum et e-
vacuatio [vero] sudoris unde attenuatur
corpus. Octava vero fit ex inquie-
te [illegible] multa. [De siccis
Siccorum morborum occasiones morbis.]
sunt quatuor. Prima occasio alie-
ne siccitatis visibilis mixta accidenti
infeste cum effectu ut venenum
siccitatis. Secunda vero ex adventu fit
ex rei in corpore cum fortitudine
ut acetum. sal. sinapis. Tertia
parvitas cibi et potus. Quarta com-
motio nimia et exercitium.
[De occasionibus humidorum morborum.]
Occasiones humidorum morborum
sunt iiii. Prima ut occursus in-
[at asserepeos] spissantis humorem cum effectu
sicut balneum. Secunda ut ingressio
rei afferentis humorem cum vir-
tute in corpore ut recentes pisces.
Tertia autem ut nimietas cibi et potus.
Quarta sicut requies et ocium.
[De modis morborum ex innaturali
Modi morborum ex innaturali malicia.]
naturali malicia cum aliquid primo
[illegible] ad infirma membra
fiunt quatuor. Primus est virtus membri
[illegible] impellentis [illegible] membri

substinentis. Secundus multitudo humoris. Tertius debilitas virtutis nutrientis. Quartus largitas vie pororum. De morbis in consimilibus membris.

Malicia egritudinis in membris ingreditur et supervenit in consimile membrum naturale quinque modis. Aut contingit in utero matris. Aut tempore nativitatis. Aut cum constringitur fascia. Aut ex nutrimento malo. Sive ex aliqua infirmitate adveniente in predictis temporibus vel postea. Si tempore conceptionis in utero debilitatur aliquod consimile membrum. Aut fit ex habundantia spermatis. Aut ex parvitate aut indigentia convenientis qualitatis spermatis. Si fuerit grossum et pingue vel aquosum et tenue. Quando vero nascitur infans debilitatur in eo aliquod membrum. Si egressus fuerit non equa egressione scilicet mala. Aut supinus aut super renes inclinatus. Cum igitur fascia constringitur inconvenienti constrictione duplicatus debilitatur. Quando autem nutritur male et inconvenienter lac suggendo vel accipiendo debilitatur. His vero temporibus vel postea infirmitate accidente egritudinis malicia consimili membro supervenit. Ut ex cuiuslibet nervi incisione. Et si passus fuerit aut ex aliquo accidenti seu debilitatem seu vulnus vel apostema.

De egritudine in consimili membro.

Ingreditur egritudo consimile membrum naturale modis vii. Aut ab obstetrice si culpam habuerit cum tenuerit infantem. Vel si presumpserit ambulare ante congruum tempus. Ex medico si fracta membra vel collisa ignoranter constituerit et constrinxerit. Ex infirmo si ea composita a medico commoverit antequam consolidentur et firma sint. Ex fractura ut si super musculum vertebra qui in femore est contorqueatur coxa. Aut ex contusione ut si comprimatur nasus et accidit ut fiat simus. Aut ex malo humore qui accidit leprosis. Sive ex parvitate humoris accidente tisicis. De constrictione pororum.

Constrictio pororum fit tribus occasionibus. Aut enim ex constrictione attenuatoria. Aut ex carnositate. Sive ex coartatione. Constrictio vero fit aut ex nimietate virtutis retinentis. Aut ex debilitate virtutis impellentis. Aut ex habundantia frigoris. Aut ex habundanti constrictione comprimenti aliquam partem loci. Aut ex habundantia siccitatis ut sepe evenit ex ligatura constricta. Ex carnositate vero constringuntur pori ut si accidit aliquod apostema et fiat carnositas. Aut si prius evenerit aliquod vulnus. Ex coartatione vero cum ceciderit aliquid in poris ut humor sive lapis seu coagulatus sanguis. Aut aliquod latitans in eis. Ut superflua caro et scabies. De largitate pororum.

Largitas quoque pororum quatuor modis fit. Aut ex mala commotione impellentis virtutis. Aut ex debilitate retinentis. Aut ex habundantia caloris et humoris. Aut ex potionibus [ut medicinis] ad aperientibus. De lenitate.

Lenitas accidit duobus modis. Videlicet aut deintus aut deforis. Set interius ex humore viscoso. Foris vero ex cera liquefacta [liquefacta]

cum unguento. De asperitate
Asperitas que/quasi duo [silv] que fit in morb.
bus modis fit. denticus et deformis.
Denticus autem ex superfluo et acu
to humore. Fo[r]us vero ex fumo
et puluere. De superfluitate m
Superfluitas membrorum in nu brorum.
mero accidit duobus modis. Nam
superfluitas si fuerit naturalis e
rit ex superfluo humore natura
li et bono. vel ex habundantia [formative] vir
tutis. quod si fuerit extra cursum na
turalem erit [causa] ex humore non na
turali et inconvenienti. aut ex ha
bundantia virtutis vel debilitatis.
Diminu De diminutione membrorum.
tio membrorum in numero duobus simi
liter fit modis. aut exterius aut
interius. Interius propter diminu
tionem humoris. Exterius ex com
bustione ignis aut ex frigidita
te. siue putredine seu incisione.
Putredo autem accidit aut ex potio
ne mortificante et putrefaciente.
aut ex constrictione illius et reten
tione humoris qui resoluitur.
Magni De magnitudine membrorum.
tudo autem membrorum tribus modis fit.
aut ex [scilicet nutrimenti et augmentati] multitudine [vitalis] humoris.
aut ex habundantia virtutis.
aut ex commotione utrorumque.
Paruitas De paruitate membrorum.
vero fit similiter tribus modis. aut
ex debilitate virtutis. aut ex mi
noratione naturalis humoris.
siue ex infirmitate exteriori ut
est incisio et combustio ignis.
siue ex frigore aut niue. bri.
Commotio De commotione mem
membri de suo loco duobus modis
fit. aut ex commotione voluntari
a. aut ex humore vicino equi
tati dissoluenti membrum et lubri

cum facienti. Membrum vel
os egreditur a propria iunctura et mu
tatur similiter duobus modis. aut
ex iunctura in qua non conuenit se
paratio. aut ex separatione ubi non
conuenit coniunctio. Si ex coniunctione
hoc fuerit sine separatione aut erit ex
acuto humore pacientis. aut ex
accidenti vulnere. aut ex spasmo.
Si vero fuerit ex separatione ubi non
conuenit coniunctio. aut ex aduerso [erit]
humore. aut ex accidenti vulnere
aut ex spasmo. De separatione iunc
Separatio iuncturarum turarum.
duabus occasionibus fit. aut intrin
secus aut extrinsecus. Intrinsecus
vero fit aut ex humore acuto et in
cidenti. aut ex ventositate pin
gui et distendenti vel dissipanti. Ex
trinsecus vero fit aut ex concussione
et fatigatione. aut exercitio ni
mio. aut incisione ut ensis. aut
quod distendit ut funis. aut quod con
tundit ut lapis. De generibus si
Genera significa gnificationum.
tionum tria sunt. Alia enim signi
ficant sanitatem. Alia egritudi
nem. alia neutrum. Quarum si
gnificationum unumquodque genus
in duo partitur. Sunt enim que
significant de officialibus membris
et sunt que significant de consi
milibus membris. Consimilium par
tium significationum duo sunt mo
di. Alie enim sunt substanciales.
alie accidentales. Substanciales
vero ut est calor frigiditas et siccitas
et humectatio. Accidentales autem
quedam significantur per tactum
ut durum molle. Quedam per
visum ut coloratum. Quedam
per perfectiones ut sunt [virtutes] operationes ple
ne et perfecte. De significationibus.

egritudinis in membrorum officialium.

Significationes egritudinis membrorum officialium due sunt. similiter substantiales et accidentales. Substantiales significationes quatuor sunt. forma. et modus. numerus. positio. Accidentales significationes quatuor sunt similiter. Bonum. malum. perfectum et imperfectum.

De generibus significationum perficientium suum genus.

Genera significationum perficientium suum genus tria sunt. Sunt quedam que significant preteritam rem que iam abiit. et dicuntur cognitiva vel agnitiva. ut invenientes corpus humidum cognoscimus quia precessit sudor. Alia significant presentiam et agnoscuntur per significationes veluti cum invenitur pulsus magnus et ex citatus intelligimus quod significat calorem superantem. Sunt et alia que significant futurum et antecedit cognitio. ut cum viderimus labium subterius citari. tunc percipimus vomitum accedere. que priusquam accedent vocantur processio significativa. Sed inter significationes et accidentia distantia quam est divisio cum augmento inter ea. Quod si unamquamque earum divisionum scrutari volueris unam habent habitudinem. Sed in sermone ut hec que sunt accidentia medico sunt significationes.

De significationibus accidentibus.

Accidentia igitur significativa iii sunt. Aliud est enim virtus operativa mutata sicut indigestio. Aliud autem corporis qualitas sicut ictericia. Aliud exiens a corpore ut urina nigra. Virtus operativa mutata triplex est. Aut enim est ex toto sicut indigestio. aut ex parte sicut oculorum obscuritas vel tarda digestio. aut de qualitate in qualitatem sicut ex bona in fumosam vel acetosam sicut quasi musca vel ligna oculis sunt apparentia.

De qualitatibus corporis.

Corporis qualitatis mutate significatio quatuor modis cognoscitur. aut enim per visum sicut yctericia. morphea. nigredo lingue et similia. aut per odoratum ut anhelitus fetidus vel sudor fetidus sicut polipus vel yreus et similia. aut per gustum ut salsum aut amarum vel acetosum. aut per tactum ut molle et durum.

De exeuntibus a corpore.

Exiens a corpore significatio bipartita est. una enim cum sonitu. altera sine sonitu. Cum sonitu ut oris ructus vel intestinorum rugitus vel per anum ventus. Sed vero que est sine sonitu innaturalis est triplicatur. Alia enim quantitate ut lienteria. alia qualitate ut urina nigra. alia utroque ut sanguinis fluxus niger et multus.

De significatione membrorum mutatorum.

Membrorum mutatorum significatio bifariam dividitur intrinsecus videlicet et extrinsecus. Intrinsecus autem modis vi. Alia enim immutatione operative virtutis in membro. alia ab exeuntibus a corpore. alia ex dolore vicino membro pertinenti. alia ex proprio loco. alia ex innaturali remotione de loco. alia ex patientis inditio. Extrinsecus modis tribus. Aut enim per visum ut nigrum vel album. aut per tactum ut molle vel durum. calidum vel frigidum. aut per utrumque ut magnum vel parvum plus vel minus. Significationes egritudinum tres sunt.

ra ature mutatio. Officialis mē
bri inconueniēs habitudo. Iunc
ture separatio.

De operatiōibꝫ medicine.

Operatio medicine tripli
cem effectū hēt. aut custodit sani
tatem ꝑ̄ similitudinem suam
aut facit sanitatē ex infirmita
te. aut ex contrario. Regēdoꝝ sa
noꝝ triplex modus est. uꝉ egro
tari parati. incipientes infirmarī
defecti. Infirmari paratos supra
dictoꝝ .vi. competenti cōsiderati
one regimus. Incipientibꝫ infi
mari dupliciter curam adhibe
mus. Aut enī alicuius chimi su
perabundantiam subtrahimus
aut nature defectione reparando
supradictoꝝ .vi. que necessaria sꝰ
exhiberi precipimus. Defectoꝝ
alii infantes. alii senes. alii ex
infirmitate conualescentes.

De medicina uniuersali ac particulari.

Omnis medicina aut uniuersalis
aut particularis. Vniuersalis est
.vi. precedentium recta ordina
tio. particularis per contrarium
fit triplex. Alia enī in consimi
libꝫ membris. Alia in officiali
bꝫ. Alia in iunctoꝝ separatione.
Assimulatiua mēbra mutata red
dimus sue similitudini. et in
sua qualitate stare colligādo cō
pescimus. Concaua si preter mo
dum ampliata fuerit ad suū mo
dum cōstringimꝰ et quiete in
ducimus. Si uō minus contra
rium. In largis aūt similiter ad
dito contrario cause uīn uicium
acciderit foramina strictiora suo
modo nos reddimus. Si de uirtu
te contentiue uirtutis exigente
fomentis et cataplasmate molli
mus. quod si de expulsiue defectū

desiccatiuis et confortatiuis. Si
de stiptice causā mollitione. Si de
siccat humectat̄. Si de cōstricti
one dilatationem. Ea uō que c̄ na
turalis fuerint mutata posicione
suo loco restituimꝰ. Si de apostema
te apostema maturando sanamꝰ.
Si de innaturali iunctā ꝑ acē
rit aut oportuno medicamine
aut cyrurgia distinguimus. Si
de qualibet nascēcia ipsam delemꝰ.
Si de lenitate asperitatem. Si de a
speritate lenitatem. Superfluita
tem in numero aut tollimus ex par
te ut scrofulas. aut ex toto ut can
crum. Separationem ex numero si ex ha
bundantia sanguinis fuerit in
omni etate. si ex spiritu in pue
ritia tantum sanamꝰ. Paruitatē
membroꝝ motibꝫ et fomentis
admodū augmentamus. Magni
tudinem uō compressione et qui
ete minuimꝰ. Mutationē de lo
co suo reddimꝰ loco .ii. modis. Aūt
enī separatum iungimꝰ. aut iunc
tum separamus. Necessaria ad
separatorum uincturam quatuor
sunt. Separata iungere. et iuncta cu
stodire. ne recidantur defendere.
naturam loci custodire.

Omnis medicina aut eoꝝ .vi. q̄
ante diximus temperata exhibi
tio ē. aut potio. aut cyrurgia. O
peratio medicine aut intus aut
foris. Intus ut ea q̄ ore. naribus.
auribꝫ. aut ano intromittunt.
Foris ut epithimata. cataplas
mata. et emplaustra et similia q̄
operantur foris. Medicine inte
rioris operatio in tria diuiditur.
aut soluit. ut pharmacia. aut e
comprimit ut cotonia. aūt mu
tat qualitatem ut frigida aq̄ i

febribus. Effectus autem eius quadruplex est. Aut enim minuit habundantiam ut pharmacia. aut replet inopiam ut carnem et sanguinem. aut constringit solutum ut stiptica. aut mutat qualitatem ut aqua frigida in febribus.

Cyrurgia duplex est. aut in carne aut in osse. In carne aut incidere suere. coquere. In osse ut solidare et iuncture reddere.

Specierum cognitio .v. modis fit. qualitatis. quantitatis. temporis. ordinis. boni. mali ue discretio.

Incipit liber amphorismorum ypocratis. Amphorismus enim dicitur ab a. quod est sine. et risimos quod est diffinitio quasi sine diffinitione. quia in toto libro amphorismorum nulla reperitur diffinitio. vel dicitur amphorismus sermo breuis paucis dictionibus diuersas uero sententias. vel dicitur amphorismus sermo breuis integre rei intellectum declarans. vel dicitur amphorismus sermo sulcatus uel columnatus. quia nec a superioribus trahit. nec ad inferiora dimittit. unde amphorismi continuandi non sunt. ypocras dicitur quasi rector equi uel subsentator rationis. Cui Galienus applaudens dixit quod quodam diuino presagio hoc nomen sortitus est. ut dicitur ypocras quasi rector equi uel subsententator rationis. Qui hanc artem ad nichilum redactam laude et opere ampliauit.



VITA BREUIS ARS UERO LONGA tempus autem acutum. Experimentum uero fallax. Iudicium autem difficile. Oportet autem non solum se ipsum prebere que oportet facientem. sed egrotantem. et presentes. et ea que extrinsecus sunt.

In perturbationibus uentris et uomitibus qui sponte fiunt. si qualia oportet purgari purgentur. et confert et bene ferunt.

Si uero non contrarium.

Sic et euacuatio siquidem qualis oportet fieri fiat. confert et bene ferunt.

Si uero non contrarium.

Contemplari igitur oportet et tempus et regionem. et etatem. et egritudines in quibus oportet aut non.

In exercitationibus ad summum bone habitudines fallaces si in ultimo fuerint.

Non enim possunt manere in eodem neque quiescere.

Qui uero non quiescunt. nequaquam possunt ad melius addere.

Relinquuntur ergo ad peius.

Horum gratia causa bonam habitudinem soluere confert non tarde. ut rursus principium nutrimenti corpus accipiat.

Neque compressiones ad ultimum ducere. fallax enim.

Sed qualis natura fuerit habentis substinere ad hoc ducere.

Similiter vero et evacuationes ad ultimum ducentes fallaces.

Et iterum repletiones in ultimo existentes fallaces.

Tenues et certe diete et in diuturnis semper passionibus et in acutis egritudinibus quibus non convenit difficiles.

Ad ultimam tenuitatem que les. adducuntur diete difficiles.

Et enim repletiones in ultimo existentes difficiles.

In tenuibus dietis peccant egrotantes unde magis leduntur.

Omne enim quodcumque malum fit magis magnum quam in crossioribus.

Propter hoc et sanis dictis. fallaces sunt valde certe diete et constitute quoniam peccantia difficilius ferunt. tibus.

Propter hoc igitur tenues et certe diete fallaces amplius parum solidio

Ad ultimas vero egritudines ultime curationes ad perfectionem potentes.

Ubi ergo secundum acumen est egritudo continuos et ultimos labores habent. et ultime tenuissima dieta necessarium est uti.

Ubi vero non. non. sed convenit crossius reficere. tantum sub condescendere quam tantumcumque egritudo mollior ultimis fuerit.

Quando in statu est egritudo tunc et tenuissima dieta necessarium est uti.

Contemplari autem oportet et egrotantem si sufficiat dieta ad statum egritudinis. et utrum ille deficiat prius et non sufficiat dieta. aut egritudo deficiat et obtundatur.

Quibus ergo continuus status datur: tus. continuo tenuiter reficiendum.

Quibus non posterius status ad illud. et ante illud parum auferendum.

Prius vero liberius reficiendum. ut sufficiat egrotans.

In exacerbationibus vero subtrahere oportet.

Apponere enim lesio est.

Et quecumque secundum circuitus exacerbantur in exacerbationibus subtrahere oportet.

Exacerbationes vero et consistentiam declarant egritudines et tempora anni circuitum ad invicem incrementa sive cotidie sive preter diem sive per amplius tempus fiant.

Sed et ex apparentibus quemadmodum in pleureticis sputum si continuo appareat incohante quidem abreviat.

Si vero posterius appareat prolongat.

Et urine et egestiones et sudores et difficile et bene iudicantes. et longas et breves egritudines apparentia declarant.

Senes apte ieiunium ferunt.

Secundo consistentes. fantes.

Minus pueri. omnium vero maxime i

Horum vero ipsorum quicumque sunt ex eis animosiores existentes.

Qui crescunt plurimum habent innatum calorem.

Plurimo igitur indigent nutrimento.

Si vero non. corpus consumitur.

Senibus vero parvus calor.

Propter hoc igitur paucis fomitibus indigent.

A multis enim extinguuntur.

Propter hoc et febres senibus non similiter acute. frigidum est corpus.

Ventres hyeme et vere calidissimi natura et somni longissimi.

In his ergo temporibus oblationes plures dande sunt. et enim innatus calor multus.

Nutrimento igitur ampliori indigent.

Signum etates et athlete.

Humide diete omnibus febricitantibus conferunt.

Maxime vero pueris et aliis sic assu

cas tesici. et quibus semel aut bis aut amplius aut minus et per partem.

Dandum vero aliquid et tempori et regioni et etati et consuetudini.

Estate et autumpno cibos gravissime ferunt.

Hyeme vero facillime.

Vere secundo.

His qui in circuitibus exacerbantur nichil dare neque cogere, sed auferre ex appositionibus ante crisim.

Ea quorum crisis fit et quorum facta est equaliter non movere neque novum facere neque farmaciis neque aliis provocationibus sed sinere.

Que oportet ducere ubicumque maxime repit natura inde ducere per convenientes regiones.

Digesta medicari et movere non cruda neque in principiis nisi expediat. multa vero non expediunt.

Que egeruntur non multitudine considerare sed quomodo egeruntur. et qualia oportet et ferre bene. et ubi oportet usque ad defectionem ducere et hoc facere si sufficiat egrotans.

In acutis passionibus raro et in principio farmaciis uti. et hoc prius bene diiudicantes facere.

Si qualia oportet purgari purgentur et conferre et bene ferre.

Contraria vero inoportune.

Secunda particula de sompno.



In quo morbo sompnus laborem facit mortale est.

Si vero sompnus iuvat non mortale.

Ubi desipientiam sompnus sedat bonum.

Sompnus vigilia utraque magis modo facta malum est.

Non plenitudo non indigentia neque aliud nichil bonum quodcumque magis natura fuerit.

Labores spontanei nuntiant morbos.

Quicumque dolentes aliquid corporis plurimum dolores non sentiunt his mens egrotat.

Que in multo tempore extenuantur corpora tarde reficere.

Que vero in modico modice.

Si ex egritudine cibum accipiens quis non convalescat significat quia magis impleri cibo corpus utitur.

Si vero cibum non accipiente hoc fit significat quia evacuatione indiget.

Corpora oportet ubi quis vult purgare fluxa facere.

Non pura corpora quantumcumque nutries magis ledes.

Facile est replere potu quam cibo.

Que relinquuntur in morbis post crisim subversiones facere consueverunt.

Quibuscumque crisis fit his nox difficilis ante acumen.

Sequentis vero levior ut in pluribus.

In ventris fluxibus mutationes egestionum iuvant.

Si non transmutentur ad mala.

Ubi fauces egrotant aut pustule in corpore nascuntur considerare oportet egestiones.

Si enim colerice fuerint corpus simul egrotat. si vero similes sanis certum est corpus nutrire.

Ubi indigentia non oportet laborare.

Ubicumque cibus preter naturam intrat hoc egritudinem faciat.

Manifestat vero sanatio.

Horum qui nutriuntur corpore et velociter velociter et secessus fiunt.

Acutorum morborum non omnino certe prenuntiationes neque sanitatis neque mortis.

Quibuscumque iuvenibus [illegible] existentibus ventres humidi his senescentibus siccantur.

Quibuscumque iuvenibus existentibus [illegible]
ventres [illegible] fiunt senibus fac
ta humectantur.
Famem vini potatio solvit.
Ex plenitudine quecumque egritudi
nes fiunt evacuatio sanat.
Et quecumque ab evacuatione plenitudo.
Et aliorum contrarietas.
Acute autem egritudinum in qua
tuordecim diebus iudicantur.
Septimanam quarta manifestat.
Alterius ebdomade octava principium.
Contemplanda vero rursus ¶ undecima.
hec enim est quarta secunde ebdoma
de. contemplanda vero rursus septi
ma decima. hec est enim quarta
quidem a quarta decima.
Septima vero ab undecima.
Estive quartane ut multum fiunt
Autumpnales vero longe. ¶ breves.
et maxime que ad yemem coniunguntur.
Febrem in spasmo melius est fieri
quam spasmum in febre.
Non secundum rationem alleviatis
non oportet credere. neque veren
valde mala que fiunt irrationabiliter.
Multa enim talium incerta et non
valde permanent neque morari consue
Febricitantibus non omnino ¶ venire.
in superficie permanere. et nichil
minuere corpus aut et contabescere.
magis eo quod secundum rationem mali.
Hoc enim longitudinem egritudinis
significat hoc vero imbecillitatem.
In chronicis (?) morbis siquid vi
detur movere move.
Tristitia vero scelerosam (?) habe
re melius est.
Circa principia et fines omnia
sunt imbecilliora.
Circa status vero fortiora.
Ex egritudine vero bene reficienti ni
chil addere corpus malum.

Plenum per omnes [illegible]
Frigidus uero natura cognitio.
uenter appetere quidem bonus. di
gerere uero non bonus. et maxime
quaecumque difficile mutabiles et
frigidi ciborum fiunt. acescunt enim

cito in eo propterea quod acide ructuant huiusmodi venter et gravitate gravescens. Leditur vero facilius intemperate venter; propter quod et extrinsecam ex accidentibus frigus non fert diuturnam dispositionem quemadmodum neque calidus calidorum. Egritudinibus tamen in ventre distemperantie hec differentie a naturalibus secundum quod contraria concupiscunt non similia quemadmodum naturales. Secundum complexionem vero in ventres distemperantie per simpliciam cognoscuntur compositionem. Diligenter vero oportet adhibere intellectum his que dicta sunt discernentes ea et ab his que dicenda sunt. Non solum enim venter sitientes et non sitientes operatur et frigidum et calidum potum desiderantes; sed et ea que circa toracem et epar et cor et pulmonem. **signa.**

Calide craseos pulmonum

Sed et propter horum caliditatem sitientes inspirant amplius et exsufflant longius et sentiunt secundum toracem cauma. Non quemadmodum qui propter ventres secundum ypocondria. et quidem bibentes non statim quiescunt. et frigidus potius sitiunt magis corum sitim quam multum calidus refrigerat autem eos et frigidus aer inspiratus nil alleviamus ex ventre sitientes.

Frigide craseos pulmonum signa.

Ista vero et contrarie habentes et frigidi inspiratione sensibiliter leduntur. et maxima est hec cognitio in pulmone frigiditatis. Quemadmodum autem frigidum inspirantes sentiunt manifeste lesiones et infrigidationem. ita calidum esse amicum. Sed et flegmatis eas superfluitates loquentes et cum tussi expuunt.

Sicce craseos pulmonis signa.

Siccitates vero pulmonis sine superfluitate sunt et pure a flegmate quemadmodum et humiditates obscuram quidem operantur et raucam vocem. Incurrunt autem eas superfluitates et magis et acutius loqui volentibus.

De voce quomodo magna et parva.

Non vero ipsa magnitudo vocis a caliditate fit quemadmodum neque parvitas a frigiditate fit. Sed hec quidem amplitudine trachee arterie et ex sufflatione vehementiori. parvitas vero contraria consequitur. Itaque neque semper neque principaliter. sed secundum accidens et solis naturalibus crasibus non supervenientibus consequitur vocis magnitudo et parvitas. Quoniam enim huiusmodi organa propter crasim facta sunt talia talis vero sequitur vox. Propterea et voce est aliquid de naturali crasi colligere.

De leni et aspera voce.

Est enim lenis vox lenitatem trachee arterie sequitur. et aspera asperitatem. Lenitas arterie contemperantiam craseos sequitur. asperitas vero siccitatem. Asperitas siquidem inequalitas quedam est secundum durum corpus. Arteria vero operatur duram. Omiomeron enim partium siccitas. Inequalem vero dispositionem eius humiditatis indigentia.

De voce acuta et gravi.

Ad eundem modum neque acuta natura vox sine angustia gutturis. neque gravis sine latitudine potest fieri. Angustia igitur naturalis frigiditatis filia est. Amplitudo vero caliditatis. Proportionaliter vero

naturalibus differentiis uocaui
que secundum passionem perficiunt
cognitiones existentes efficien
tium causarum. de quibus omnibus
in his que de uoce sufficienter de
terminatum est. alie uero preter ali
as que intrinsecus non leues cau
sas habent cognitiones temptan
dum tamen eas et per adiuuantia et per
nocentia cognoscere amplius et secundum
naturalium potentiarum operationes
dicta est autem in tractatu de causis que
uniuscuiusque potentie uirtutis et in
qua dominatrice causis est. *Organico*
Oraseon *rum particularum compositionis signa.*
igitur signa et species dicte sunt. Que
uero propter magnitudinem aut
plasmationem. aut numerum
aut positionem labuntur ita
habent. Quecumque igitur cadunt
sub sensu cognoscere facilia. eorum
uero que non cadunt sub sensu. hec
quidem difficilia ad cognoscen
dum. hec uero ignota sunt. capitis
igitur magnitudo et figura. et cum
eo cerebri manifesta est ut prius
dictum est. Secundum hec uero et toracis
ita uero et quecumque secundum homoplatas
aut humeros. aut brachia. aut
cubitos. aut summas manus. aut
ysceon. aut suram. aut pedes non
difficilia cognoscere. siue secundum
plasmationem lapsum fit ali
quid talium. siue secundum magni
tudinem siue numerum aut co
ordinationem comprehenditur ea.
Manifeste uero et operationis in uno
quoque lesiones. ea uero que intra
corpus sunt non omnia cognoscere
possibile est. uentrem siquidem cui
dam ita paruum et rotundum
et appensum iuxta ypocondrium
uidi. ut manifeste appareret secundum

circumscriptionem propriam et uidenti
bus et tangentibus. Similiter uidi et
uesicam cuidam expositam et par
uam. ita ut si aliquando tardaret ad
egestionem urine. tumor ap
pareret circumscriptionis manifeste.
non tamen aliorum que intrinsecus ma
nifestam cognitionem dedit mi
chi aliquando. tamen temptare oportet
cognoscere ut possibile est uirtutem
et uitium eorum. et si non secundum disci
plinam certam. sed secundum coniec
turam quandam artificialem.
uelut si ita accidit epati.
Vidi quendam *Epatis parui cognitio.*
iam et etiam multos. graciles
quidem uenas habentes. Sine co
lore uero uniuersum corpus. et si paulo
amplius intulerint. et magis si
inflantia et spissa et glutinosa.
hos quidem uelut quodam pondere
imposito et suspenso secundum dextrum
ypocondrium sencientes in profun
do. hec uero cum extensione quadam
dolentes. in his igitur conueniens
est et paruum esse epar et angustis
exitibus. Alterum uero uidi flegmaticum
totum secundum habitudinem uomi
tem uero cotidie coleram pallidam.
Agnoui igitur oportere et egestio
nes eius uidere. et minimum habu
erunt fellis. Cognoui igitur ex
hoc signo felleum humorem e
mittentem porum non paruam eius
partem in pilorum uentris tran
smittentem. ut quibusdam apparet
animalibus. ex quibus manifestum
est quoniam remotis assensibus ual
de proficiat ad cognitionem. ex ana
tomis apparentium noticia. et
operationum et utilitatum inuentio.
Quicumque igitur cognitor esse uult.
sicut dictum est nunc lapsorum cor

porum in anathomiis exercendum
ei est. et operationum et utilitatum
inuentionibus. Scriptum est autem
de omnibus separatim in aliis ne
gotiis de quibus in fine totius orati
onis dicetur. gratia cognoscendi
amantes discere ex quo maxime
negotio eligere oporteat. sed de
eis sufficient.

Vii cognitiones oportet egritudinum partes

Quecumque uero in presen
ti egra sunt corpora cognoscere oportet et hec sensibus quem
subiacentia. in mutatione eorum
que secundum naturam eis insunt
in magnitudine et colore et fi
gura. et numero et positione. et
secundum duritiam et mollitiem. et
caliditatem et frigiditatem differentia.

Non apparentia uero uniuersalia q
uidem dicere lesionibus operationum
aut egestionibus aut doloribus. a
ut tumoribus preter naturam. aut
quibusdam horum aut omnibus.
Secundum partem uero ut secundum
cerebrum quidem egre disposi
tiones desipientie speciebus aut se
nsibilium fantasiarum lesionibus.
aut apetituum. aut egestionibus
per palatum. et aures. et nares. aut
secundum illos dolorum differentiis.

Cognitiones dispositionum cordis.

Illi uero que secundum cor ex dispnee
speciebus et motibus secundum ipsum. adhuc
et pulsibus secundum arterias animo
sitatibus et pusillanimitatibus et
febribus. et infrigidationibus. et
in colore differentiis. et doloribus
et circa ipsum et circa arterias.

Cognitiones dispositionum epatis.

Illas uero que secundum epar ex humo
rum indigentia et habundan
tia et conuersione in non natale;
decolorationem. et adhuc hisque
secundum digestionem aut nutrimen
tum aut per superfluorum egestionem
immutatis sed et ponderibus secundum
ipsum et tumoribus et doloribus. non
in regionibus tantum sed secundum com
passiones quecumque fiunt alicui
dispnee species et tussis.

Cognitiones dispositionum ventris.

Ista uero et secundum uentrem circa dige
stionem et orexim humide aut
sicce oblationis aut superfluorum
egestionibus peccantibus. Similiter
uero et in singultibus et eructati
onibus. et nauseis. uomitibus et ip
sis eorum que uomuntur formis. do
loribus tumoribus dispnee. tussi
bus doloribus adhuc et eorum que ex
pruuntur differentia oportet cogno
scere in presenti egritudine.

Cognitiones dispositionum secundum tracheam arteriam.

Eas secundum tracheam arteriam egri
tudines. dispnea et tussis. et secundum
locum dolor et sputa et uocis lesi
o innotescit. proportionaliter uero
et in omnibus aliis partibus ex tu
more et dolore et lesione operatio
num amplius et egestionum dif
ferentiis cognitiones erunt. ex tu
moribus quidem qui preter naturam
in flegmonibus. et scirrosi et infla
tionibus et erisipilis inspiciendum.
dolores uero secundum quem incubuit
locum aut continuitatis soluti
onem. aut alterationes subitas
ostendunt. Soluitur igitur continu
itas incisione et comestione. et
fractura. et tensione. Alteratur uero
subiecti caliditate et frigiditate et
siccitate et humiditate. Nocetur
autem operatio aut leuiter aut medi
ocriter. aut omnino non fit. Quecum
que uero egeruntur hec quidem ut

particule eorum que paciuntur. Hec
vero ut in ipsis contenta secundum na
turam ostensionem propriam u
numquam faciet. Dictum est autem
de huiusmodi omnibus amplius
in pacientium locorum negotio
nullo hec in artem pocius redi
gente aut perfecte assignante.
Quemadmodum igitur aliud ni
chil eorum que inceperit non per
fecerunt veteres. Egrotantium
quidem corporum ex illo negotio
discere oportet cognitiones. Egro
tativorum vero et sanandorum ex presen
ti facultate. Ea quidem que sunt
egrotativorum in medio secundum for
mam sunt eorum que sanis et egro
tantibus accidunt. Secundum naturam
quidem omnia sanis insunt.
preter naturam vero egrotantibus
in quantum egrotant. In medi
o vero his declarativa sunt egri
tudinum. Quedam quidem sunt
ex genere existentia eorum que secundum
naturam scilicet quantitatibus aut
temporibus inmutata. Quedam
vero ex his que preter naturam quidem
sunt minora his que in egritudi
nibus. Et propter hec et dispositiones
hec corporum quecumque egrotativa
esse videntur neutrorum sunt. Et de
clarantia vero ipsa signa. Primo
siquidem hec sanitates designant.
Secundo vero egritudines et fiunt ea
dem signa secundum habitudinem
primam et neutra et egra in eo qui
dem quod iam existentem demon
strant dispositionem neutra.
in eo vero quidem quod futuram decla
rant egra. Secundum vero eandem ra
tionem et quecumque in egrotan
tibus apparent signa salutis di
cuntur quidem sana eo quod futu
ram sanitatem denuntiant. Dici
tur vero egra in quantum existen
tes egritudines ostendunt. Et ma
nifestum quod si utrorumque sunt decla
rativa dicentur neutra. Secundum u
num aliquod significatorum neutri
rum vocem. Nil vero mirandum ea
dem signa tres habere rationes in
differentibus habitudinibus et sa
na et egra et neutra dici. Secundum vero
alium significatum quecumque
convalescentibus ex egritudinibus
insunt signa dicimus neutra
secundum quod arbitror. Et ea que sunt in
senectute. Hac igitur ratione sub plu
res cadunt intellectus et rationes.
Quecumque vero perfecte sanis insunt
sub solam sanorum cadunt cogni
tionem. Et quecumque egrotantibus
non manifestantia futuram sa
nitatem sub sola et hec egrorum
cognitionem cadunt. De his quidem
deinceps dicetur. Future egritu
dinis signa.

Future vero egritudi
nis prognostica percurramus pri
us. Duplici vero eorum existente dif
ferentia aggrediamur priora. Quan
titatibus aut temporibus non ipsis
prius formis permutata ab his
que sunt secundum naturam velut o
rexim ciborum intensam aut remis
sam aut que non secundum consuetum
tempus fit. aut non consuetorum ciborum
aut egestionem superfluorum esse
paucorum aut plurium aut humi
dorum aut duriorum. Ita et humidio
rum superfluorum indigentia et ha
bundantia preter naturam. aut
consistentie permutatio. aut temporis
evacuationis et vigilie et multus
somnus. aut ante tempus consueta.
Secundum hec vero et superfluitas am
pliorum aut minorum. aut calidi aut

frigidi concupiscentia. et sudores
plures quam oportet aut pauciores.
pigricia ad motionem aut tem
ptantibus moveri. aggravatio a
ut dissolutio valida. et stringen
retentio aut amplior aut minor
evacuatio. Sic vero et que penetr
toritas. Sed et secundum cibum aut cibum
aut potum. non similis ei quam prius
delectatio cognitio est futurae egri
tudinis. Similiter et intellectus
obtusio non secundum naturam aut
oblivio non consuetis. aut ma
gis fantastica somnia quam prius et
quidem audaciores et oderantes. et
visus obscuriores et infirmiores
et simpliciter dicere quecumque
secundum naturam sunt. hec quidem au
cta. hec vero minuta. hec vero
temporibus quibusdam aut quantitati
bus permutata. et corporis tumor et
minor et maior factus et rubicun
dior et albior. aut lividior et ni
grior. Eructationes et sternuta
tiones et ventositates plures a
ut pauciores a naturalibus. Ita
quecumque et per nares aut palatum.
aut aures quibus cerebrum expur
gatur quantitatibus aut qualita
tibus aut temporibus permutata. hoc igitur
modo omnia genus eorum que secundum
naturam sunt. De torsione ventris.
Torsio vero in ventrem. aut secundum
stomachum aut secundum aliquod inte
stinorum. aut in egestionibus aut
in his que evomuntur. aut min
guntur. aut aliquis alius medio
dolor. de genere est eorum que preter
naturam. nondum vero egrotare
ita habentes dicuntur quemad
modum neque gravati caput. a
ut dolentes aut vigilantes quando
nondum propter hec ad consueta o

perationum impediuntur. et egritu
dinis tamen minus tale est in talibus di
spositionibus. et propterea in ad aliquid
eandem dispositionem etiam egram
et neutram dicimus adhuc. con
gruentem cui ferentes facilius quam
aut virtutis. aut egritudo est
aut neutra dispositio singulari
ter. quod dicte sunt. ita vero et quecum
que secundum sensus. non in eo quod magis
et minus alterutrum differunt
sed toto genere preter naturam sunt. et
hec sunt egritudinum signa quamdiu
diu tamen fuerint parva. in nondum
a consuetis actionibus unumquodque
impedire sufficientia. talia vero
sunt secundum gustum quidem quando salse
aut amare. aut alicuius alterius quan
titatis manifestationem. comestis et
bibitis omnibus aut sine accepti
one cibi. saliva eis videtur talis.
Secundum odoratum vero quando aliquam sen
timus unam qualitatem. odoratum
nullo presente fetido. aut et afferen
tes plura. et differentia omnia ea ut si
milia sentimus. Plerique vero omni
no sensus nobis nullius. aut fetori
alicuius fit nullo presente fetido.
Secundum auditum vero sonitus et
crepitus genus omnium eorum que
preter naturam sunt quemadmodum
et secundum visum quecumque ante ap
parere videntur nigra et alba et ru
fa et rubea hec quidem rotunda.
hec vero oblonga. Et hec quidem gra
cilia. hec vero crossa. preter volare
omnia videntur. Secundum tactum
vero quando inequalitas quedam
aut spissitudo aut gravitas aut
tensio. aut stupida. aut dolens
dispositio apparet secundum totam
habitudinem. Ita vero et secundum quam
libet partem tensio aut tribu

latio aut punctio. aut gravitas.
quando parve quedam fiunt et in-
manentes dispositionem quidem
neutram esse declarant. pronun-
ciant vero egritudinem.

Querumque vero in iam egrotantibus
fiunt signa. hec quidem sanitatem
demonstrantia. hec vero mortem.
sana quidem priora. altera vero ge-
nere quidem egra. Secundum speciem
vero periculosa dicuntur. accipiuntur
vero universaliter quedam dicere ex o-
perationum virtute et vitio. Secun-
dum partem vero ex his que secundum
partem operationibus quorum genera
prius dicta sunt. primum quidem
principiorum. secundum vero eorum que ab
illis nata sunt. et tertium preter hec quidem
dem habentium regimen a prin-
cipiis vero quedam supplementa
recipientium. Quartum enim
genus eorum que dicta sunt ex se
quidem inutile ad cognitionem.
Secundum accidens vero erit aliquan-
do ex his prenotio quemadmodum
et ex superfluitatibus et ex his que de
ratione compassionis. Ex superfluita-
tibus vero semper quoniam digestionis
et indigestionis in eis erunt si-
gna. Itaque non contingit non de-
monstrare ea semper. aut naturam
superare materiam. aut materiam
naturam. aut neutrum neutrius.
Sana igitur signa dicentur su-
perante natura. egra vero superata
neutra vero in equalibus pugnis.
Manifeste quidem digestionis si-
gna sanorum sunt quemadmodum
et indigestionis egra. neque di-
gestionem vero neque indigestio-
nem manifeste indicantia na-
ture neutrorum sunt. Neutra vero que-
cumque nunc quidem hoc. nunc vero
contrarium declarant. quemadmodum
denigrati digiti. Tales vero sunt
et cervice superfluitates. Dictum est
autem de omnibus in his que de crisibus.
Ego vero longitudini parcens hic
quidem iam finio de signis orationem
transeam vero ad ea que de causis.

Quorum vero et — De salubribus causis.

harum quedam sunt salubres. que-
dam egre. quedam neutre. pri-
mum de sanis causis sermo erit.
Quoniam vero et harum ipsarum hee quidem
servantes sunt. hee vero efficientes sa-
nitatem. sunt vero et tempore et dignita-
te priores servantes facientibus. A ser-
vantibus incipiendum. Cum igitur
sit non unum sanum corpus sed plura
quemadmodum prius determinatum
est. secundum unumquodque eorum erit conser-
vativa. quoniam et omnis causa in
ad aliquid. Rursus igitur princi-
pium hic ab optima compositi-
one corporis faciendum consider-
antes que ad hanc salubrem in-
ventionem vero earum rei ipsius na-
tura denunciat. Si enim esset impas-
sibile et immutabile corpus. et sem-
per maneret optima compositio
nichil indigeret arte constituen-
te ipsum. Quoniam vero mutatur et cor-
rumpitur et consumitur non servans
ex principio consistentiam quam
habebat. cura secundum hoc indiget.
Secundum igitur quot modos alteratur cor-
pus totidem et genera preservationum
habebit. hoc est servantium causarum
que manifestum iam ex ipsis
que dicta sunt ut congenita ge-
nere accidit existere in eo quod ve-
lociter faciunt correctionem prius
quam simul occurrat lesio non preser-
vantia esse a futuro malo appel-
lata sunt a medicis. sed servantia

presentem consistentiam. Alte
ratur igitur corpus a quibusdam
ex necessitate. dico autem ex necessi
tate quecumque quibus impossibile est
ipsum non approximare. non ex ne
cessitate vero reliqua. namque sem
per in continente immorari. et
comedere et bibere et vigilare et
dormire necessarium est ei. Gla
dius vero et bestius non necessarium.
vnde in priora quidem genere cau
sarum. circa corpus ars conficitur.
circa secundum vero nequaquam.

De hiis que ex necessitate mutant

Quot igitur alterantia ex corpus.
necessitate corpus dividentes
secundum unumquodque eorum proprium ali
quod genus causarum salubrium
inveniamus. Est igitur unum
quidem ex continente nos aere.
alterum vero ex motione et quiete
et totius corporis et secundum partes.
Tertium vero ex sompno et ex vi
gilia. et Quartum ex hiis que
offeruntur. Quintum ex hiis que e
geruntur et retinentur. Sextum ex
anime passionibus. Sub hiis est omni
bus necesse est corpus dispom
quodam modo. Sub continente
quidem aut calefactum aut in
frigidatum aut siccatum aut
humidum. aut secundum complexi
onem horum aliquid paciens. aut
secundum totam substantiam totum alte
ratum. Ex motione vero et quiete
immoderate utrisque existentibus.
aut calefactum aut infrigida
tum. aut siccatum. aut humidum.
aut secundum complexionem horum
aliquid paciens. Ita vero et ex som
no et ex vigilia necesse est pati ip
sum secundum eandem rationem. et
ex hiis que offeruntur. aut ege
runtur. aut retinentur. Omnia enim
hec. hec quidem manifeste. hec vero
per medias alias causas alterant cor
pus et corrumpunt salutem. et scrip
tum est de hiis omnibus seorsum per
singula. in salubrium negotio.
Hec igitur nunc omnia dicta gene
ra salubrium causarum materie q
dam sunt. et cum competenti u
su cause fiunt. et servantes et salu
tem parantes. Peccantes vero in
contemperantia egre constituun
tur. Itaque iam quidem et hoc mani
festum est quod non alias quidem
subiis earum que sunt extra sana
nobis. alias vero egras arbitrandum.
Set easdem in ad aliquid aliquan
quidem sanas aliquando vero egras
factas. Cum siquidem indiget mo
tione corpus. gimnasium quidem
sanum quies vero egra. Quando vero
requie. quies quidem sana egrum
vero gimnasium. Similiter vero et
in cibis et in potibus et aliis omnibus.
Singulum enim si indigenti corpo
ri adducitur. et cum competenti quan
titate salubre fit. Nichil vero in
digenti omnino ablatum. aut
non in competenti mensura
egrum constituit. Et due sunt
hee considerationes earum salubrium
et egrum. qualitas et quantitas
eius quod offertur. Et enim tempus
velut alterum aliquid ab hiis oportet
inducere in hiis que dicta sunt
contemptum non bene dictum. Si enim
indiget corpus tali ac tanta
oblatione. manifestum quoniam et
secundum tempus oportunum offertur.
et generatio temporis est ex eo quod fluxum
est et mutabile mortale corpus.
et indiget secundum mutationes
alias alterantium adiumentum.

Itaq; nõ est quid g̃nẽ. tertium
in his que dicta sunt tp̃s ad doc
trinam uõ plimq; quasi tertio
utimur ꝑpter eam que dicta ẽ
causam. Qm̃ aũt in his consi
derationib; sũt ꝛ alie causarũ
salubrium. ꝛ nũc ẽ nob̃ ꝓpositũ
genus rursus reperiamus eas
ꝑfecte igitur compositioni cor
poris. Qm̃ uõ siquidem bene tem
peratum fit continens conue
niet cum temꝑantia ꝛ aliorum ꝑ
fecta. de quib; ꝛ nos diximus qui
etis et motionis. sompni. et ui
gilie. et oblatorum ꝛ egestorum. Qm̃
uõ si distemperatum fuerit in tan
tum ꝛ contemperantias minui
oportet. in quantũ excessiua frac
ta ẽ. Consideratio nec uõ octem
perantie in continente quidem;
ut neq; rigere ꝓpter frigus. ne
q; sudare ꝓpter estum. In gimna
sus uõ qñ primũ incipit dole
re corpus et requiescere statim.
In cibis uõ ꝛ digestionis ꝑfec
tio et egestionis modus secundum
quãtitatẽ et qualitatem. Equa
tur uõ quodam modo in his o
rectis digestioni ita ut ꝑceptẽ
non indigeant quantitatem
in oblationib; mentientem. op
tima enĩ compositio quãtum
appetit tantum ꝛ digerere bñ
põt. Ita uõ ꝛ sompni quãtita
tem natura ipsa metitur. his q̃
in optima compositione sunt
et quiescunt statim dormientẽ
cum non amplius indiget cor
pus. Et ita eis dieta utentibus
in egestionib; nichil delinquitur
circa uentrem ꝛ urinã ꝛ totum
corpus. has enĩ temperantia o
blationum secundum totum uõ co

pus respirationem gimnasio
rum salubris efficit usus. Absti
nere uõ manifestum. qm̃ ab in
temꝑantia oportet harum omniũ
anime passionũ. ire. et tristicie.
furoris. et timoris. ꝛ inuidie. et
sollicitudinis. Exterminãt enĩ
et hec ꝛ mutant corpora ab ea q̃
secundum naturam consistentia.

Venereorum uõ secundum De venere.
republicarum quidẽ nullus salub;
usus. Secundum uõ unum ex interuallo
tantis. ut in usib; neq; dissolu
tionem ꝛ leuior ipse se ipso uideatur
factus. ꝛ melius dormiens. Tẽps
uõ usus qñ ꝑfecte mediũ fuerit
eorum que extrinsecus circũstan
tiarum omniũ corpus neq; sup
repletum. neq; indigens. neq;
sup infrigidatum. neq; superca
lefactum. aut siccatum. aũ hu
mectatum immoderate. Si uõ
et peccet aliqñ paruũ esto pec
catum. Melius uõ calefacto ma
gis q̃ infrigidato. ꝛ repleto ma
gis q̃ euacuato. et humectato
magis q̃ exsiccato corpore uti
uenereis.

Qualitatem uõ singulorum eorum
que dicta sũt. eligere in his q̃
sunt optime compositiõis opor
tet. Gimnasiorum in quib; ꝛ om̃s
ptes corporis ꝓporcionalit̃ mo
uentur. et nõ hec quidẽ superdo
let. hec uõ minus dolet. Eorum uõ
que comedunt et bibunt ma
xime euctrata. hec enĩ maxime
conuenientia euctratis naturis.
Similit̃ uõ ꝛ in aliis. Si uõ ali
quid optima compositiõe deficiat
corpus. nõ multum uõ in hec.
et conseruantes sanitatem cause
secundum ꝓportionem mutabunt.

Pluribus uero talibus existentibus
corporibus secundum singulum genus
separatim dicendum. Crasis igi-
tur inmutata in organicorum uero
partium conuenientia non permu-
tatum. duplicem formam habet
salubrium causarum. alteram quidem
seruantium eius crasim. alteram uero
eorum que ad optimam ducunt. Ser-
uantes uero eius crasim tantum
permutantur ab eucrata natura
cause. quantum et toti corporis cra-
sis ab illa permutatur. Calidiora
enim corpora calidioribus indigent
adiutoriis. frigida uero frigidioribus
et sicciora siccioribus. humidiora
humidioribus. et secundum complexiones
calidiora et sicciora calidioribus
et siccioribus. et hiis proportionaliter
in reliquis tribus complexionibus.
Vtetur uero et materiis causarum
recte innatas uirtutes earum sci-
ens. Vt quoniam motio quidem et in-
digentia et uigilia et egestio. et
omnes alie passiones siccant
corpus. contraria uero hiis hu-
mectant. Ita uero et in calefacien-
tibus et infrigidantibus studiis et
in cibis et potibus et simpliciter
dicere. in omnibus his que secundum
corpus cognoscens aliquis ma-
terias et uirtutes. salubribus cau-
sis utetur. similes similibus af-
ferens quando seruare uult corporis
crasim qualem accepit. Si uero
permutare uult et transferre ad
melius. aliud est id genus causarum
salubrium contrarium quidem prius
dictis. Equale uero distans ab al-
tera eucratarum et mediarum quas
optimis naturis conuenire di-
cebamus. Calidiorem enim et
sicciorem crasim non calide et sic-

ce diete facient eucratam perfec-
te. sed que cum eucrata erant. Fri-
gidiora et humidiora quantum et
natura nata erat calidior et sic-
cior. hoc siquidem genus causarum
corrigit innatas discrasias. Al-
terum uero prius dictum conser-
uat. utilitas uero utroque in par-
te medicis. Corrigere quidem mul-
to studio paulatim transferen-
tes in melius. Non enim susti-
nent nature repentinas muta-
tiones. Seruare uero in eodem se-
cundum necessarias occupationes.
Quoniam igitur et huiusmodi speciem
causarum seruantem nominamus.
Conueniebat enim ei magis for-
sitan permutatiuam et curatiuam et
innata peccata corrigentem uo-
care. Quoniam ad totum genus sani-
tatis referentes non ad eas que
secundum speciem in ea differentias. Quecum-
que quidem sanos custodiunt serua-
tes omnes uocabimus. siue et ser-
uando salutem ad melius ducunt
totam crasim. siue et seruant ex
principio consistentem. Quecumque
uero deteriorem consistentiam fa-
ciunt egre. Similiter igitur discra-
sias habentibus omnibus corporis
partibus. similiter est et procurandum. dissimi-
lis uero non similiter. potest enim uen-
ter quidem alicuius frigidior quam
oporteat esse. caput uero calidius.
et indigere proprii singula. Se-
cundum hoc uero et aliarum unaque-
que pars aut humidior aut siccior. a-
ut frigidior. aut calidior existens
preter modum proprie distemperan-
tie indigere dietis. Non quidem equa-
liter exercebimus omnes huius-
modi partes corporis. neque simi-
liter humectabimus. aut siccabimus.

aut aliquid aliorum facientium. Am
plius uero dicitur de his in nego
tio de salubribus. Organicarum
uero causarum salubres. Secundum lap
sum et hic ab optima compositi
one ab inuicem differunt. Alie si
quidem sunt salubres circa plasma
tionem lapsiuam. Alie uero eorum
que circa magnitudinem. aut nu
merum. aut positionem. In plas
matione quoque sunt plures lap
sus. Et enim figure partis. et si ali
cubi aliqua in ea curuitas est eius
quod secundum naturam. aut porus. aut
constrictio. aut orifitium. aut
asperitas aut lenitas quando est aliqua
extra propriam temperantiam. pa
rtium quidem hec patiens sanorum
corporum habebit appellationem.
Amplius uero egrorum. Si autem sit
tantum ut noceat operationem iam
egrotare. Secundum quantitatem
uero superfluitas et defectus ad ea
dem ducit differentias. In mino uero
deficiens aut habundans uelut
omnimodo unum aut plura huius
modi generis sunt. Et quecumque preter
naturam in nobis sunt consistit.
Reliquum uero genus. aliud pro
positionem uniuscuiusque simpli
cium partium in quo et ipso omnes
quatuor fiunt differentie. prima quidem
optima. Secunda uero parum permu
tata. et propter hoc adhuc sanum ad
huc sanum perficiens corpus. Et
tertium egrum quando amplius ex
tra naturam fit. Quarta uero iam
egrotans quando plurimum.

Quecumque ergo
peccauerunt secundum figuram que
admodum quecumque distorte in
tus uel extra. et hec recenter quidem
nate. et existentes molles plasma
tione. aut superligatione ad id quod
secundum naturam reducuntur. Diuturne uero
si contingat ad augmentum perue
nire ad correctionem non peruenit.
Et quecumque quidem circa curuitatem
peccauerunt. et hec similiter corrigi
quidem adhuc augmentande perfecte
uero non possunt. paruas igitur cur
uitates alligatio et quies. magnas
uero operatio partium et recentio o
peratur simpliciter. Ita uero et quecumque
secundum poros aut orificia. et hec quidem
quecumque maiora quam oportet quies
et alligatio apta minora nata est
facere. maiores uero efficit partem
motio secundum naturam cum perfica
tione moderata. et alius quecumque
nata sunt ad superficiem trahere
plurimum sanguinem. Deficien
tium uero partium quecumque quidem
habent generationem ex sanguine non
impossibilis correctio. Quecumque
quidem a semine paruo impos
sibilis. Est tamen his aliquando facere alia.
proxima illis habentia utilitatem.
Omnium autem eorum natura quidem
operatrix medicus uero minister.
Quecumque uero habundant secundum
numerum. ablatio eorum causa salu
bris. Considerandum uero in quibus
possibile. Si uero impossibile ap
pareat transponere. temptare ea
dem et earum que secundum positionem pec
cant correctio. Manifestum autem
quod duo uel tria plerumque peccata pos
sunt consistere circa partem unam
quemadmodum in uentriculo paruum
simul et rotundum habente. et secundum
diafragma positum. peccant enim
in eo magnitudo et plasmatio et
positio. Si uero insuper et in natura
frigidior. huic in id quod secundum na
turam ducere impossibile. Omnium

aut et difficulter respirant re
pleto ventre pauciora et nutrien
tia. et non tardius excrementa offe
runtur ter in die. Aliis vero en
frasi in epate propter angustiam
venarum continue secundum salubres
causa inventa est tenuis die
ta. Reliquum igitur adhuc ge
nus unum commune omnium omni
um et organicorum est solutio con
tinuitatis quam forsitan aliquis
non concedet perfecte sanis inesse
aliquando. Esse enim semper passionem
nesciens similem dubitationem
futuram per omnibus generibus. Si non
enim operationis sensibilis lesio
determinat egritudinem a sa
nitate. sed secundum qualitatem dispo
sitionis. Agnoscitur tamen necessa
rio sempiterne passionis recip
dogma. Nullo optimas habentem
operationes omnes. Sed hec quidem
ut subtilior consideratio secundum se
tractatum habet. Ad manifesto
vero egros salubres causarum deinceps
ceps partiamus a diversitate inci
pientes generum. Secundum mandum igitur
prius hec quod omnes medici pre
termittunt. quod alie quidem sunt
salubres iam facte diversitate. A
lie vero eius que adhuc fit quemad
modum future quam iam acce
pit et futura est amplior differentia.
Sed huius quidem ultime. hec quidem
in preservante parte artis sunt. hec
vero in salubri. prime vero omnium
in curante parte sola. Utraque vero
medie dicte in preservante et cu
rante iam siquidem factam et exi
stentem egritudinem medicari
oportet. Nondum vero existentem
futuram vero ex dispositione secundum
corpus prohibere fieri. prohibetur

igitur dispositione in qua est nata
fieri ablata. Nominatur autem huius
modi dispositio causa precedens.
Facta vero egritudo curabitur autem
dispositione a qua principaliter
que secundum naturam operatio ledi
tur soluta quam et ipsum dicimus
esse egritudinis causam. **ratione.**

Lex generalissima curandi consid

Curatio vero unum quidem habet
modum et maxime communem
intentionem scilicet ei quod solven
dum est contrarium. Huius enim
generis sunt omnes perficientes salutem
cause. Secundum partem vero ex sin
gulis contrariis. Calide igitur
dispositioni frigida contraria est.
Frigide vero calida. et in aliis propor
cionaliter. Si enim inmoderatum esse
preter naturam. moderatum vero
secundum naturam necessitas. omne
inmoderatum ab inmoderato se
cundum contrarium ad moderatum
adduci. Manifestum vero quod secundum
virtutem. non secundum apparitionem
calefacientes et infrigidantes et quecum
que alia huiusmodi accipiendum est.
Dico autem secundum virtutem quod essen
cialiter et verum est ut dicitur. Secundum
apparitionem vero quod secundum pre
sentem sensum huiusmodi esse vi
detur. Essencialiter vero non existens
huiusmodi. Quomodo vero oportet
cognoscere ea in negotio de sim
plicibus farmatiis dictum est. Ad
inventionem vero salubrium cau
sarum quecumque quidem quasi ad iam
factam egritudinem sunt salubres
ratione utendum est. quia id quod
secundum apparitionem determina
tur ab eo quod secundum virtutem est.
Quecumque vero quasi ad eam que ad
huc fit ipsa eadem. et ad hec secundum

quam inveniunt egritudinum
cause. Fert enim sicut contingit in
humoribus putrefactis accendi fe-
brem. Demonstratio in talibus al-
teratio et evacuatio. Alteratio quidem
cessare faciens putredinem ma-
nente substantia. Evacuatio vero totam
ex corpore educens substantiam. Sed
dicta quidem species alterationis di-
gestio est. Quam a quibus causis
contingit facere, scientes in illis
si habeamus iam cognitionem
ita salubrium. Evacuationes vero
per flebotomiam aut clistere et
urinam et respirationem secundum
cutem fiunt. Amplius vero per contra-
riam detractionem et denudationem
ad alia. Huius enim generis est et menstrua
movere et emoroidas aperire et per
nares et palatum purgare. Scien-
tes igitur et hic materias quibus
in tempore et qualitate et quantitate
et modo usus oblatis evacuatio
fit secundum hanc partem artis, inve-
nientes salubria. Et scripta est omnium
inventio in terapeutico ne-
gotio. Secundum eundem vero modum
et in aliis tribus distasiis, unum
commune habentes preceptum ef-
ficientem unamquamque earum causam
abscidere prius. Deinde sic venie-
re ad eam que facta est ab illa egri-
tudine salubrium causarum inven-
tionem facturos. Secundum compositas
vero distasias ex simplicibus op-
positio ostenderit salubria precepta.
Et hic habentibus nobis proportiona-
le magnitudini distasie ad il-
lam convenientes invenire. Velut
si ita accidit si decem numeris
quidem sit calidius excedit aliquod
ab eo quod secundum naturam, novem vero
secundum siccius esse oportet et salu-

brem causam in talibus dispositionibus
frigidiorem. Decem quidem numeris sep-
tem vero humidiorem. Si autem ipsi pa-
tienti parti adducatur huiusmodi me-
dicamentum in tantum sit frigidius et
humidius in quantum manifesta-
tio precipit. In profundo vero posita
que patitur parte considerare o-
portet huiusmodi efficere salubre
ut non contingat exsolvi secundum viam.
Si igitur calidius esse oportet mode-
rato non tanto solum sit calidius quanto
indiget passio, sed supra modum op-
ponatur propter positionem necessario ad-
veniens. Si vero frigidius non sim-
pliciter oportet tantum frigidius sed
materiam considerare prius. Si enim
pachimeres est non perveniet ad pro-
fundum multum. Contrarium
vero aliquando operatur, spissans super-
ficiem. Si vero leptomeres sit possi-
bile pervenire usque ad plurimum.
Ita vero et in humectantibus et
desiccantibus pachimeres et lepto-
meres subtile considerandum. Ex
positione quidem patientis loci
manifestatio invenit salubre ut
nunc dictum est. Ex plasmatione
vero et positione quoniam fluxus habitus sen-
sibiles consuetos ad aliud aut
nullum habet. Namque ad principa-
les qui ferunt fluxus avertemus
et provocabimus eos ad non principa-
liora. Manifestum vero quod facientium
causarum distasiam per evacuatio-
nem est sanatio. Ipsarum enim dista-
siarum alteratio sanatio est.

De curatione solutionis continuitatis in carnosa parte.

Soluta vero continu-
itate curationis quidem intentio
unitio est. In organicis quidem par-
tibus impossibile. In omiomeris
vero non impossibile. Sed in quibusdam

possibile. ut in carnosis conglutinatio. sanatio est non differt vero si consolidationem nomines. precedit autem eam quando maius fuerit vulnus adductio. Distantiarum particularium ex plasmatione existens generatur, ut vero ea permanens fiat. suppligatio conducens distantia et constituere utiles. Conglutinat ergo distantia et que ex principio unitionem reddere natura. Primum vero opus premissum quemadmodum dictum est conducere in idipsum distantia. Secundum vero servare in quo conducta sunt. et tertium ut nichil incidat in labia providere. et quartum ipsum patiens substantiam sanam conservare. primum quidem et secundum quomodo aliquis faciat est dictum est. tertium vero in conducendo quidem distantia fiet si nichil extrinsecus incidere permittamus. sicut plerumque pilus aut oleum aut humiditas aliqua in medio constituta. conglutinandorum prohibuit eorum unitionem. In posteriori vero tempore per effluxiones tertie intentionis custodia est effluxionem vero ipsam ex subdivisione contraria divisione et figura apta accedendum. Substantia vero partis sana servabitur per mediocritatem siccantia. Hec quidem curatio est continuitatis solutionis in carnosa parte facte eius secundum se ipsam solius. Si vero aliqui aliam misceatur egritudini plures intentiones preceptorum quasi compositorum doctrine deinceps dicemus. In presenti vero ad reliquas unitionis solutiones veniemus orationi.

De fractura ossis.

Fractura igitur quidem est in osse continuitatis solutio. Incurabilis vero quantum in prima consideratione est. Iuxta vero secundum quandam modum curabilis quodam modo sit. Prima igitur consideratio consolidatio impotens propter duriciam perfectus fieri. Secunda vero ligationem contingens fieri per porum ligantem in circuitu fracturam. Generatio enim pori in quantum ex materia et natura fit. communis ad alia. Quantum vero proprie eius ossis forma ex illius alimento. Molle vero et puerile os et consolidatum possibile. Raro vero ex huius passionis generatio sine complexione. Sepissime enim circumpositi musculi cum aliis corporibus patiuntur fractis ossibus. Itaque et intentio curationis duplex. Alia quidem in ossibus. alia vero in his que circa corporibus. hec quidem talis in carnosarum partium dispositionibus dicetur. de fracturis vero dicendum hic. Quoniam enim et harum curationem ex poro et ut vero hec fiat proprium alimenti ossis opus oportet superfluitatem ad pori generationem submitti nature. Superfluitas vero hec et qualitate et quantitate moderata esse debet. et propterea deductione indiget talem et tantum influentem sanguinem ossibus preparante ex quali et quanto fiat porus. Quoniam vero et pertransit huc porosa fracti ossis attendere eius oportet multitudinem et qualitatem. et ita siccatiorem facere adductionem et magis humectantem que a plus in temperie facultatis litteris dicta sunt.

De nervi punctura.

Nervum vero et tenentes punc... Nervus quippe plurimum sensus propter

quod continua est ad principium
particula. parata adveniente spas
mo et maxime cum non respiret
ad exterius. excecata cutis perfo
ratione. hanc igitur aperire oportet
et exsiccare fusa leptomeri per
transire potenti ad profundum
usque ad perforatum nervum. Dic
tum est autem de hoc perfecte in tera
peutice facultatis libris. In sim
plicibus igitur huius generis disposi
tionibus salubrium causarum for
ma talis. Secundum compositas vero
complere ulceribus. prima quidem
concavitas quam non aliam dispo
sitionem. sed ulceris arbitrantur
differentiam. Est autem non diffe
rentia hec tale. sed aliud quoddam
genus totius egritudinis in qua
subest ipsius est portio. igitur et cu
ratio in duplici passione dupli
ci indiget intentione. Continu
itatis enim solutio unitione.
Subest vero pelitio generatione indi
get. Dicte vero sunt paulo prius
generationis intentiones. Et qui
dem oportet primum curare hanc
dispositionem. deinde unire agg
di ipsa rerum natura indicat. Quan
do igitur repletum fuerit quidem
concavum equale vero ulcus exi
stit. alteram intentionum af
ferri accidit. Media enim nova
carne stante labiorum ulceris u
nire quidem impossibile distan
tia. Intentionem vero curationis
aliam invenire oportet. inven
tionem vero ex eo quod secundum natu
ram habebimus quod circumfacere
parti convenit. Secundum naturam
vero erat eam operire cute. hoc
igitur nobis est faciendum. aut si
impossibile intentio simile ali

quid cuti. carnem siquidem callo
sam faciendum est. Erit autem huius
modi siccata simul et callosa. Et
stipticis igitur et siccantibus sine
mordicatione erit opus farma
cis ad cicatricationes. Ita vero et
si in putredinem convertatur.
intentio quidem expurgare. farma
cum vero salubre repticon. Dictum
est autem horum in his que de farma
cis materia. Et quidem si flegmon
aut quassatio aut sclirosis aut
tumor cum ulcere fuerit curandum
illa prius per eas que dicte sunt ra
tiones. Ita vero et si influat aliquid
ulceri secundum influentium cura
tionem. Similiter vero et si discrasia
aliqua sit secundum ulcera ad discra
sie prius ire adiutoria. Et de his qui
dem sufficienter. De his que sunt plasmatione.

Ad id vero quod propter plas
mationem evenit deveniendum in aliud
genus in plures differentias divi
sum. sed a manifestissimo princi
pium orationi faciendum. quod
secundum figure permutationem fit. Eorum
igitur qui adhuc crescunt possibi
le figuram plurimarum partium
corrigere. horum vero qui extiterunt
nequaquam. Intentio vero possibilis est
curari. ad contrarium adducere
distortionis. Si vero fractura non
recte plasmata in alicuius membri
figura peccavit. si adhuc recens
porus existat. frangentem oportet
hoc plasmare confestim rec
te. deinde porum fieri. De emfraxi.

Est autem emfraxis ex hoc ge- xi.
nere egritudinum. hec quidem a
glutinosis facta et pinguibus hu
moribus unam quidem et eandem
intentionem habens. et contrariam
passioni emfraxi. Emfraxis salu

bres riptica et incidentia fārma
ca. que uō ex stercore diuo q̄ ad
hesit intestino. priorem quidē
habebit duplicē correctionem ꝛ
ex humidis ꝛ pinguibꝰ clisma
tibꝰ. deinde uō euacuatione; ex
actibꝰ. Que uō ex lapide circa
uesicam in p̄senti quidem tūs
positione curationis uō pfecte
grā p incisionem curatur.

Eius uō que p̄ter naturam in ꝑ
parte continetur humiditatis
curatio in pfecta euacuatōne q̄
admodum in putredinibꝰ. Im
moderata uō repletio īmoderata
euacuatione queadmodū in sā
guine circa uenas. Quibꝰcumq;
uero circa uentrem et intestinū
et arteriam tracheam ꝛ putredo
pulmonem aut sanguis conti
netur. pfecte euacuationis indi
gent. amplioris uō cibi ꝛ potius
adhuc recentis secūm euacuatōe;
correctio. Quecūq; igit̄ in pul
mone ꝛ torace continentur cū
tussibꝰ quidem euacuatio ꝛ a fā
macis extenuantibꝰ. Quecūq;
uō secūm epar. aut uenas aut ar
terias. aut lumbos. aut p uri
nam. aut uentrem. set p urinā
quidem ab extenuantibꝰ uehe
menter. p uentrem uō atrahen
tibꝰ ꝛ apientibꝰ. Quecūq; igit̄
s̄m superiorem uentrē; p uomi
tum. Quecūq; uō secūm inferi
orem. p subductionē. Quecūq;
uō sub cute. p incisionem ꝛ cau
terium. aut farmaca caustica.
Ita uō aliqn̄ ꝛ quecūq; s̄m con
cauitatem naturalem ut in to
race. Uno uō capitulo hoꝝ qdē;
que gnē s̄t preter naturam in
quibꝰdam partibꝰ contentorū.

Intentio curatōis ablatio est. si
uō impossibile ita fieri. ad mi
piculosum locum t̄nspositio. Q̄
cūq; uō non gnē p̄ter naturam
set quātitate intentio hoꝝ sup
flui euacuatio. Inuentio uō sa
nandoꝝ secūm partem qdem ali
quam ex ipā accipitur disposi
tione. plurima uō ex pacienti
bꝰ particulis.

Ex lenitate ꝛ asperitate.

Quecūq; uō asperā
facta sunt preter naturam e
amq; secūm naturam ei ad du
cendum lenitatem. secūm ossū
quidem radentem. Secūm trache
am uō arteriam. aut linguas
lenientem. p humida sine mor
dicitate ꝛ conglutinosa. Que
cūq; uō secūm lenitatem preter
naturam. eamq; secūm naturā
eius ad ducendum asperitatē,
p farmaca sufficient̄ riptica et
breuem rasuram. Quecūq; uō
emfraxes ꝛ angustatiōes egri
tudines alias sequunt̄. curandē
illa prius. Ostensum ē aūt ī t̄c
tatu de egritudinū differentia
qd̄ de flegmonibꝰ ꝛ sclirosi ꝛ in
flationibꝰ ꝛ siccitatibꝰ īmodera
tis. adhuc uō ꝛ ineptis figuris
ipoꝝ continentiū corporū cōse
quunt̄. plerūq; ea que dicta s̄t
queadmodum ꝛ tumoribꝰ qui
bꝰdam eoꝝ que in circuitu cor
poꝝ. Si uō ad inuicem eoꝝ que
dicta s̄t complectant̄ aliq̄ ostē
siones habebit uarias. Suffi
ciet aūt manifeste ut in exem
plo faciamus orationem. am
plius enī de omībꝰ in tetrapep
ticis dicet̄ litteris. Subiaceat g̃
influere alicui parti multitudi
nem sanguinis ut distendant̄

que secundum partem vasa non solum magna sed parva prius effugientia visionem. Ex plenitudine vero nunc apparentia quemadmodum in oculis videtur manifeste aliquando propter albedinem tunice. Convenienter vero et alia minora his que dicta sunt vasis ostendi repleta. Nondum ea apparere propter parvitatem et periculum effundi aliquid resudans ex vasis. In eas que in medio regione vacuas. aut effundi aliquid parvum. Huiusmodi vero passionis curatio habebit quidem considerationem evacuationum. Ut vero manifestius dicamus ex parte evacuationum. Quoniam passio erat in eo quod repleta erat pars immoderate. Necessarium aut contrariis evacuari superfluum. aut per ipsam partem pacientem. Rursus igitur recurret aut pulsum aut tentum. aut transmissum. aut secundum aliqua eorum. aut secundum omnia. Per ipsam vero que patitur partem evacuabitur. hoc quidem manifeste et sensibiliter. hoc vero in evaporationes extenuatum. Si igitur fuerit totum corpus plectoricum. i. repletum. non oportet per ipsam pacientem partem evacuare. Si enim scarificationibus et incisionibus sensibiliter evacuaverimus. dolentem attrahemus propter hoc dolorem amplius. Si vero calefactionibus diaforesim facere aggressi fuerimus. trahemus calefactionem amplius in partem quam diaforesim faciamus. Si vero velimus recurrere cogere quod est influxum. non recipiet plenum existens corpus. Ad utraque igitur hoc oportet evacuare totum. aut e contrario trahere omnino ad

alias regiones id quod influit pacienti. Hoc vero paciente replere a parte prius. deinde diaforesim facere aggredi. paratior enim evacuatio quanto per maiora. Repellemus igitur ex paciente si infrigidantia et stiptica apponamus. Et evacuata ad se ipsa que repellitur trahent. Ostensum est enim et hoc prius phisicarum virtutum orationem. Et transmittet etiam vasa confortata stipticis farmacis. Si igitur omne ita rursus curret bene habebit. Relicto vero aliquo in parte oportet significari quidem hoc glutinosum esse aut spissum. et propter hoc in pactum esse indissolubiliter. Potest igitur et non tale existens in eas que in medio regiones effundi. Tunc igitur iam tempus ad evacuandum illud per pacientem. supponentes superiacentibus partibus aperitiva et incisiva influentium virtutes. Evacuatio vero maxime si secundum medias regiones significetur contineri aliquid per carptiones simul et per farmaca diaforetica. Sed quoniam diaforetica omnia calida in virtutibus sunt. eius vero crassior est opus mordere. quoniam immoderatius fiunt calida observandum in eis omnia minus calida. et maxime si in superficie fuerit calidum quod patitur. Dolebit enim non parum si simul patitur et mordetur. et omnis dolor provocat reuma. Mediocriter igitur calidum anodinum est in his magis si humidum sit. et tamen sufficiens est diaforesim facere in superficie si et non vehemens sit diureticum farmacum. Si vero ea que in superficie sine passione omnino existant in profundo vero sit evacuatione indigens intendere et augere oportet

ret. diaforetica farmaca calidita
tem. Evanescet enim deficiens pau
usque ad profundum pervenit. Ne
que tantum aliquid eorum que in super
ficie que attingere possunt non possibilia
sunt. Itaque et nunc in corporum
nostrorum accidunt ad calidiorum farma
et acriorum medicaminum usum.
scilicet et que in superficie substan
tia et que in profundo indigentia.
Hanc igitur expositione partis
accipiebamus ostensionem. De
hinc vero intendamus si deest aliquid
ad curationem. Videtur autem ad
huc deesse non parvum. Corporum enim
que patiuntur in quo est superflu
itas remanens quedam quidem
rara et laxa et mollia secundum natu
ram sunt. quedam vero spissa
et stricta et dura. Priora igitur fa
cile evacuantur. Acrioribus vero
altera indigent evacuantibus et
et hiis que sunt leptomera. Si
vero et secundum multam posita sint
profunditatem. amplius vero magis.
hec tibi dudum ostendimus. Alia
a sola patientis. alia vero a plas
matione et positione. Supponatur enim
si ita accidit in epate esse disposit
ionem. in angustis finibus vasorum
constrictis humoribus aut gluti
nosis aut spissis. aut multis. Ergo
non prompti cibis et potibus
extenuantibus spissitudinem quidem
primum et glutinositatem tenu
em efficere. Secundum vero non per in
visibiles et angustos solum vias
in aliis partibus. sed et per amplas
vias evacuare. Amplissime enim
sunt secundum epar vene quemadmodum
et plurime. Similiter vero hec in gib
bo quidem. hec vero in simis ad
pilas. Itaque iam ubi facilium

in quibuscumque fuerit constrictiones
evacuare propter eas que habentur quo
dem in ventrem per trahentia me
dicamina. quecumque humores
constricta erant. secundum eas que ei
sunt venas. Adimas vero omni
tem per chilim venam. quecumque
secundum eas que in ea venas. Aliter
vero in hiis que prelate sunt ostensi
onibus ab epate quasi principio
venarum. Causa enim non se ipsum
solum: quemadmodum plurime
animales partes regere natum est.
sed universum universe venis per
iaculum est si dissolverimus eius
rigorem embrocis et cataplas
matibus elasticis. et ipsum primum
debilitare circa opinionem. Et
malaxativis omnes efficere venas.
Unde admiscere oportet stipticorum
aliquid farmacorum in curationibus
eius. Sed quoniam et in profundo est peri
culum dissolvi stiptica virtutem.
si non deducatur ab aliqua alia
substantia leptomera qualis aromatica
est. Quocirca vero si ipsum stipticum
farmacum statim fuerit aromatico
mistas habens duas qualitates
et virtutes fortius in operabitur. Ergo
evacuabitur quidem iam quod preter
naturam in partem illatum est. ut
habeat vero contemperantiam hu
morum secundum naturam. Considera
bis igitur in hoc ne aliquid a rem
matis qualitate immutatum sit
secundum crasim. Si igitur magis fleg
maticum erat infrigidatum. Si
vero magis colericum calefactum
est. ut et hanc eius distemperan
tiam sanantes perfecte sanum
relinquamus illud. Sanabimus autem
contrariam adducentes quali
tatem. quemadmodum in distemperan

gatur infirmitas et morietur.
¶ Item est unctio herba camomilla quando
flores habet prope maturos colligitur
et cum radicibus suis totam herbam
tunde in pila collata luna minu
ente in. v. feria et cum linteolo su
cum extrahe. et equis partibus gro
nuali unge et in uase uitreo re
pone sigillatum. et cum opus fuerit unge.



Incipit liber dietarum particularium qui constat libris v. particularibus. Prima de granis. secunda de fructibus. tertia de herbis. quarta de animalibus. quinta de aqua. sale. nive. et vino. R.



OMPLEVIMUS IN LIBRO primo universalem significationem generis ciborum et specierum eius. Oportet in hoc secundo singulariter de quolibet unoquoque tractare. Initium vero huius libri et finis de granis erit et fructibus. Capitula.

De accidentibus ciborum.
De genere tritici in substantia sua.
De diversitate tritici secundum terras quibus oritur.
De diversis triticis secundum regiones naturarum mutantibus.
De diversis triticis secundum vetustatem.
De diversis triticis secundum naturam substantialem.
De propria et essentiali natura tritici.
De pane. De diversitate farine.
De artificio panis.
De tritico. De zapullis.
De grano fracto. De amido.
De zizania. De ordeo.
De milio. De panico.
De fabis. De lenticula.
De robellis. De cicere.
De faseolis. De orobo.
De lupinis. De fenugreco.
De sisamo. De papavere.
De agno. De semine lini.
De ficubus. De uvis non maturatis.
De uvis maturatis.
De uvis sine carne.
De moris celsi. De prunis.
De persicis. De citromillis.
De malis et prunis geminatis.
De malis citoniis ac granatis.
De nespulis. De silocratis.
De glandibus. De castaneis.
De olivis. De oleo.
De iuiubis. De mirtillis.
De pomis corneis et citrinis.
De dactilis. De musa.
De canamellis. De zuccara.
De melle. De amigdalis.
De nucibus. De avelanis.
De fisticis. De pineis.

De accidentibus ciborum. capitulum primum.

Quia cibaria in sua substantia diversis subiacent accidentibus. In qualitate scilicet bono et malo. In quantitate multo et parvo. et in natura calido. humido. frigido et sicco. molli et duro. raro et spisso. Necesse est granum tritici accidentia sustinere recepture. Ideo maxime quia precipuus cibus est ad humani corporis nutrimentum et eius complexioni naturaliter simile. Proinde antiqui precipue pytagoras consenserunt triticum in sua substantia diversarum existere qualitatum et quantitatum vi modis. Primo secundum genus. secundo propter terram ubi nascitur. tertio propter regionum naturam. quarto propter aeris qualitates. quinto per tempus sui incrementi. sexto pro sui vetustate ac novitate. De genere tritici.

Tritici quidem generis duplex est modus. Unum enim spissum est et grave. frangi difficile. coloris exterius citrini. interius vero albi. superficie leve et lucidum. Alterum vero rarum et leve. frangi facile. interiora eius albissima. superficies non levis. Eius quod superius diximus

spissum et grave farina et medulla exuberancia sui corticis vincit et furfures. Melius est faciendo simile quam farine nutrimentum cuius amplius. eiecto a stomaco tardius digestio eius dura. quoniam actionibus inobediens est nature. et tamen ad confortationem nature necessarius est cibus durus digeri. tardius dissolui. ad sanitatis uero custodiam non necessarius. Eius autem quod leve est et frangi facile cibus est levis. digestivus. cito dissolvitur. furfur et cortex farinam superat et medullam. ideoque minus nutrit. facilius dissolvitur. sanitatem plus conservat. set membra minus confortat.

De diversitate tritici

Tritici secundum locum tres sunt secundum terre modi ubi nascitur. Est enim terra crassa et pinguis atque putribilis. Est et macra et sicca naturaliter sive accidentaliter propter herbas ibi nascentium ustionem. Est et macra et sicca naturaliter. hinc si herbarum adustio adsit dupliciter macrescit. unde et insuper nitrosa fit et salsa. Quod in crassa igitur et pingui nascitur. crassius et pinguius et ponderere gravius nutribiliusque existit. Quod autem in macra et sicca naturaliter sive accidentaliter oritur. macrius fit et siccius leviusque minus nutrit. Macra uero naturaliter et incensa pene numquam fructum feret erit. Si quos autem ferat siccissimi et macerrimi erunt. et a frumenti natura degenerans. medulle nichil habebunt. Et zizania dicuntur egressi de natura cibarii in naturam venenosam inciderunt. unde et corporibus nostris valde nocere.

De diversitate tritici secundum regionem.

Tritici ex regionum nativitate quatuor sunt modi. Est enim regio nature calide et sicce meridialis. Calide et humide orientalis. frigide et sicce septentrionalis. frigide et humide occidentalis. Eius quod in calida et sicca nascitur humores pauci sunt quibus nutritur. calor illius est defectivus. quoniam regionis calor subtiles eius deficeat humores. corpusque rarificat. unde caloris naturalis vis minor est. fit etiam sicci et duri parumque nutribile. Nati autem in calida et humida humores multi sunt et humidi. unde causa fit defectionis caloris eius subtilis. Calor autem non substantialis et ex aere veniens exterius humiditatem substantialem exurit. unde ut rarum et leve sit necesse est. Terra que frigide et humide nature est. necesse est ut iumbrosa sit et lutulenta. hec multiplicatorum humorum causa est quibus triticum nutritur. Secundum aeris qualitatem cuius quia hec fit et aeris superhabundante frigiditas tenerescit granum et mollescit. interiora eius exterioris aeris frigiditas perforans calorem naturalem extinguit. hinc medulle minuende causa est et furfuris augendi. Regionis frigide et sicce cum nix habundet et glacies. aer densissimus et frigidissimus in eius exorti tritici interiora non penetrat. sed exteriora claudit et spissat. Naturalis pinde calor clausus interius exire non sinitur. fitque hac causa ut unctum et ponderosum medulle sit plurime. corticis pauci. et perfecte nutrit et cito digeritur.

De diversitate tritici secundum tempus quo nascitur.

Tritici secundum tempus quo nasci solet tur diversi sunt modi. Aliquis quippe

moderatum tempus est uernale in caliditate et humiditate et estate. Aliquando quia moderatio deficit in alias qualitates egressum est. Aliquando in initio moderatum, post intemperatiam propter incorruptionem mutatur. Si moderato triticum nascitur tempore in quantitate et qualitate perfectum erit et grossum, medulle plene, corticis pauci. In inmoderato econtrario imperfectum erit et macrum et male nutriens. Intelligimus autem hoc ex aeris quemadmodum ex regionum qualitatibus diuersis. Nascitur tamen aliquando tempore moderato sed messis iam primo tempore grauescens culmi superuenientibus imbribus humectatur. exteriorque aeris calor ingressus eius desiccat humiditatem. Fit itaque ex accidentibus causis macrum et siccum, minimeque nutribile. Idem patitur si eodem tempore uenti calidi et sicci flatibus attractetur.

De diuersitate tritici per uetustatem et nouitatem.

Tritici per uetustatem et nouitatem sunt tres modi. Vetustum siquidem ac longi temporis triticum siccum est et parum nutrit. ad digerendum durum est. quia accidentalis aeris calor eius humiditatem exhausit naturalem. Nouum econtra breuisque temporis pro humiditate ac uiscositate terre humidum est et uiscosum. densum. digeri durum et inflatiuum. uentositatem et rugitum uentris faciens. Si autem est medium inter uetus et nouum humiditas pro tempore inter magnam et paruam media est. Exhausta enim humiditate accidentali substantialem quidem partem aeris calor exsiccat. Propterea hec species media ceteris laudabilior est ac melior. bene enim nutrit cito digeritur. Quod in quidem longe est a uiscositate terre pro tempore densitatem uiscositatemque amittit. Aeris uero calor si accidentalem eius humiditatem exhausit, substantialem prout expedit temperauit. Sed tamen hec plus minus ue contingunt secundum qualibet temporum qualitatem uel quantitatem.

De natura tritici propria et connaturali.

Pertractatis diuersitatibus tritici extrinsecus accidentibus, de natura eius propria et connaturali subsequamur. Secundum sui naturam substantialem triticum in primo gradu calidum est et humidum. humidi et sicci medium. Panis ex eo factus calidior est. calor eius in secundo gradu est. Habet hoc ex ignis calore et decoctione. Testatur hoc elementorum in rebus actio. Verbi gratia. Melones cum natura frigidi sint et humidi in ii. gradu eorum semen desiccatur ad solem. Hordeum et faba propria natura sicca sunt. si aqua coquantur humiditatem assumunt. Si ergo siccum ex aqua humiditatem, humidum siccitatem ex sole uel igne suscipit. Triticum ceteris granis nutribilius et laudabilius est propter similitudinem complexionis humane. Habet autem commune cum aliis granis quod collatiuum et mundificatiuum est uel lauatiuum. quod patet ex eius accidentibus secundum medicinam. Ius enim de eius farina confectum purgatiuum est pectoris et pulmonis. eorumque lenit asperitatem. Idem facit si tipsanam faciamus sicut de ordeo fieri solet et plus ordeaceo ad tussim et sanguinis sputum ualet. Et si coquamus et duro supponamus apostemati cum oleo dissoluit. et si aceto mix

ta ⁊ melle pustul' aponat' faciei
emouent'. Cum ruta si coquatū
⁊ aqua ⁊ mamille supponat' du
re ꝓpt' lactis coagulatiōē; inter
in mollitionē uertet. Tempē
ta cum suco iusquiami et cata
plasmate ex ea sup neruos fcō
humores noxios in eos descendē
prohibet. Granum mansum apo
stemata ex rabidi canis morsu
suppositum sanat. De grano ole
um factum impetiginem ⁊ ser
piginem aufert. ante tñ coriū
locus presso fricatus panno olō
superungatur. De tenuissimo pl'
uere qui ex molendino eicitur
ius si fiat ad fluxum sanguis
et sanici p os egestum ⁊ emop
toicis ualet. De cortice tritici.

Cortex triticeus calid' ⁊ sicc' na
ture. collatiue ac mūdificatiue
magis farina. Nutrimti ē par
uissimi. In aqua calida positus
⁊ perfricatus atq; colatus coctusq;
ut ius fiat: pectus ⁊ pulmonem
a uiscosis humorib; curat. et si
uice aque in lac mittatur nutri
bilior fit. ⁊ e stōāco cito eicitū. Si
furfuris aceto mixti catapla ca
lidum pustulis uulnerib; et sca
biei ⁊ tortioni umbilici adhibe
as mundat. Si cataplasma eiu
cum uino et aqua cocti mamil
lis ex lacte coagulato duris sup
ponatur dissoluit. ualet itidē ad
serpentis morsum. Tritici recen
tis ⁊ noui nutrimentū paruū;
est ⁊ crudum flatuū; ⁊ inflati
uum. rugitum ⁊ dolorē latib;
commouet. ⁊ in putredinem cito
conuertitur. Manifestat hoc q ui
demus lumbricoꝝ cucurbitorū
q; gnātō. assatum ad ignē ma
gis nutrit. uentositatem minuī
facit ⁊ stipticum ē. In aqua coctū
grauissimū ⁊ inflatiuum. dige
ri durum. rugitū facit. humorē
densissimos ⁊ uiscosos generat. ⁊
maxime si granū est farine mlt'
te furfuris parum habens. Si tñ
bene digeritur multum nutrit.
et mēbra confortat. tarde uō ege
ritur. ꝓpt'ea dari oportet his qui
magis opib; exercentur.

De pane.

Panem tritico cali
diorem diximus. diuisa tñ eiu'
sunt nutrimēta. iiij. modis. Primo
ꝓpt' farinam un' fcā ē. Scdō ex
artificio sui. Tertio ex igne ubi
coctus est. Quarto ꝓpt' qualitatē
qua sumitur. farine g' modus ē
triplex. Primus in essentia sua. Scd'
in qualitate molitionis. Tertiū
in breui ul' longo tp'e a molitē.
Essencie modi sūt duo oppositi.
Est enī uiscosum ⁊ graue. medl'
le multe. corticis pauci. nutrimē
ti multi. durū digeri. tarde sto
machi exiens. Multitudini' nu
trimēti eius duplex ē cā. prima
qa membra quantitatē; mltā;
ex eo recipiūt ꝓpt' medulle mlt'
titudinē. Scda q' in eis ꝓpter ui
scositatem ⁊ duriciam suā; diu
tius moratur. Tarditatis ei' nū
sum electionis ei' ex stōāco uel
intestinis duplex ē causa. Una q'
ex ea nō multā; q'titatē; recipi
unt membra. Inde necesse est ne in
testina grauata cogantur ad e
gerendum. Altā q' furfuris par
hēt qd p sui naturā excolet ⁊ pur
get. Unde rufus panis quāto mun
dior est tanto plus nutrimēti
durioris digestionis. tardioris
egestiois est. ⁊ leue et rarum. Fari

ne paucę. corticis plurimi. parũ
nutrit. facile digeritur et bene
egeritur. Paruitatis nutrimẽti
eius duplex est causa. Prima q̃
quantitas ex eo parua membris
accidit. ꝓpt corticis ⁊ furfuris mul
titudinem. Scd̃a q̇ mora ei' in
membris parua est. raritatis le
uitatisq; causa. Facilis aũt egec
tionis ex intestinis bifaria ẽ rõ.
Cum enĩ parũ membra recipiãt
magna pars intestinis accidit.
vñ grauata cogũtur cito ege
rere. Rursus cum colatiue sit cõ
ter nature habundantia eius fi
ale intestina excitant. Singuli
etia; duoꝝ modoꝝ diuiduñt in
q̃tuor. Est aũt cum subtili siml'
q; adempto cortice crossum ⁊ dẽ
sum relinquitur q' simula appel
latur. Est cum crosso tenuiq; re
licto solum abiciatur furfur. Est
cum in unũ crossum furfur et
simula relinquũtur. Est cum si
mila sola ablata furfur rema
net ⁊ subtile. Primus uõ ꝑoru;
⁊ q̃rtus otrarij sũt. Primus enĩ
nutribilissimus ẽ durus et ad
digerendum tardus. Quartus
minime nutrit. leuis ẽ ⁊ ad dige
rendum citus. Scd's ⁊ t'tius me
dij sũt. Diũsitas farine ex
moltione bifaria est. Est enĩ;
mollis pfecte trita tota equalis
hĩ in stomaco conuiso facil' est
nutrimentum plus. Est cum non
pfecte trita est. nec tota equalis.
s; parti crossa partim tenuis. H
itaq; ꝓpt moltionis diũsitatẽ
demoratur in stomacho. dura ẽ di
geri. tarde egeri. De diũsitate
farine sm tp̃s.

Diuersitas farine
sm tp̃s duplex ẽ. aut enĩ uicini
est moltioni. aut longiquum.
aut medium. Que uicini tp̃is
est calefacit corpus. uentreq; cõ
stipat. Ignem enĩ natura ex mo
lendini uolutiõe adepta ẽ. vnd'
stõm calefacit. ⁊ egẽnis humi
ditatem exsiccat. Que uõ lõgi
qui est parum calefacit et cito
astõ exeatur. Que aũt medij est
tp̃is potẽcia ẽ media potestatis.
De artifitio panis.

Panis sm artifitium siu duo sunt modi.
aut enĩ ex forma q̃titatis. aũ ex
artifitio qualitatis. Forme tres
sunt. magna. parua. media. Ma
gnus panis medulle plus habẽ.
corticem subtiliorem ac diminoẽ;.
et idõ cortex parũ nutrit. q̃a diu
re digeritur. ⁊ humiditatem ege
stionis exsiccat. vñ ⁊ uentrem
constipat. Medulla crossa est in
scosa ⁊ humida. vñ ẽ inflatiua in
scosum fl'a gñans. Panis paru'
et subtilis interiora ignis pfo
rat. ⁊ humiditatem medulle ex
siccat. vñ parum nutrit. ⁊ cito
egeritur. ⁊ uentrẽ constipat. p̃
cipue si frigidus fit. ⁊ uno uel
duobꝫ diebꝫ a coctione lõginq̃.
vñ ypocras. Panis magnus et
crossus medulle ẽ multe. nut
menti pluris. uentrem soluit.
Panis paruus et tenuis medul
le ẽ paucę. nutrimenti pauci. ege
stio eius tarda. uentrem cõstipat.
Panis medie q̃titatis in forma
medie quoq; potestatis est.
De artifitio panis in qualitate.

Artifitium panis in qualitate diui
ditur in q̃tuor modis. Est panis
q̃tum expedit fermenti habẽs
et salis ⁊ bñ confectus sic opõtet
coctus. Est ⁊ parũ fermentatus

atque non bene confectus et in ceteris a necessaria temperantia imminutus. Est etiam fermentum et sal ultra modum habens. Est et azimus fermento et sale carens. Qui moderatus fit ex omnibus supradictis in stomaco perfecte digeritur et sanguinem in corpore clarissimum generat. Unde nature confortat actionem. Propterea conveniens est eis qui in quiete sunt et deliciis, et eis quorum egestio defectum patitur seniorum ut et egritudine exeuntium. Ars enim adhibita exterius sufficit nature interius laboranti. Exercitantibus autem et laborantibus adeo inconveniens est propter sui subtilitatem et facilitatem dissolvens eorum membra. Panis parum fermenti habens et salis non bene coctus viscositatem creat et grossiciem. Unde durior est et tardior priore; propter hoc aptius est exercitantibus et laborantibus habundantis caloris eorum causa fortisque digestionis. Qui vero fermenti salisque nimis habet minime nutrit nec confortat. Virtus enim salis humiditatem eius desiccat, fermentum rarificat continuationem. Azimus minus nutrit, durissime digeritur, tardissime egeritur, proprietatem habet oppilationem et ventositatem generandi. Ideo omnibus naturis inconveniens est nisi qui maximis laboribus exercentur ut messores et his raro.

Ex foco unde panis coquitur: focus duobus modis est diversus: aut ex natura sui, aut ex artificio cocti panis. Ex sui natura tripliciter: aut enim magnus et fortis, aut debilis et lenis, aut mediocris. Magnus et fortis desiccat et indurat exteriora panis. Interiora panis non bene cocta remanent, quia cortex velociter induratus non permittit focum interiora penetrare. Inde duabus ex causis inlaudabilis: vel quia cortex est durus et non nutriens interiora sicut incensus, vel quia et viscosa est mica et ita utraque indigestus est, diversorum humorum generativus. Durities corticis et incendio sui siccissimum sanguinem parit et constipat ventrem. Viscositas et grassicies mice humores crudos et flegmaticos facit et solutionem ventris adiuvat. Debilitas foci ex defectione sui penetrare pigrescit interiora. Unde diutius debet immorari. Si enim antequam coctus sit extraxeris viscosius erit; fortiter digerentibus et exercitantibus tamen nocivus. Si vero decoquitur diu nimis siccus erit et durus digestioni et stipticus. Mediocris focus temperatus est quia totum penetrat panis corpus equaliter. Ex artificio duobus modis: aut enim in furno, aut sub testo. In furno si fit secundum quod oportet bene digeritur et bene penetrat focus totum panis corpus et mica cum cortice excoquitur. Sub testis peior est quia focus in una tantum parte operatur, altera crossa remanet et viscosa et ad digerendum ideo durus est. Si igitur sepe comeditur post multum tempus inflationem et dolores generant. Similiter subcinericius aut super cineres vel carbones coctus velociter extrinsecus desiccatur, interius vero crossus remanet et viscosius, et multum cineri et terre admiscetur, maxime si ligna mollia sunt et cito

incendunt. Ideo inflationes grauitates morborum uisus obscuritates fiunt. **De diuersitate panis.**

Diuersitates panis ex qualitatibus accipiendis sunt. quatuor. Alius est calidus accipitur sum quando a foco extrahitur. Alius frigidus si tantum eadem die comedatur. Alius post unum uel duos dies. Alius post quam est siccissimus. quia calidus magis est nutritiuus digestiuus et uentris penetratiuus. quia mollis est et cito dissoluitur. Sed tamen a stomacho et intestinis eicitur. durius accidentaliter non naturaliter a stomaco. quia in naturas non descendit inferius propter leuitatem suam ab intestinis quia tamen uenas penetrat. ut ad intestina parum descendat quod grauet ea. Accidentaliter autem quia uentrem humectat feces dissoluit. Qui eadem die comeditur minus est nutritiuus. uelociter digestionis tarde descendens. quia extrinsecus infrigidatur. et poris clausis et calore recluso interius fumus inde mouetur et exire non potest pre exterioribus oppilationibus. et reuertens inuenit aliam fumositatem quibus grossities uentositas et inflatio conficitur. et inde durius et indigestiuus et inflatiuus stomaco redditur. Qui post unum uel duos dies accipitur fortitudo interius et extra donatur hic laudabilis est nutrimenti ad comparationem calidi minoris et uelocius dissoluitur a stomaco et intestinis cito eicitur. quia neque grossius neque uiscosius ab intestinis. quia cum duras uenas penetrat admiratius grauat intestina et eicitur. Siccissimus est et leuius et rarius causa ablate humiditatis. unde humiditatem desiccat stomaci. durius a stomaco eicitur cum diu oportet immorari ut infundatur causa sue siccitatis. et inde generatur sitis propter desiccationem stomaci. et quia multa humiditas ut infundatur sibi est necessaria digestio; etiam desiccat. uentrem constipat.

Fermentum diuisis est **De fermento** uirtutibus compositum. calorem habet paruum et frigiditatem. unde subtilem habet uirtutem extrahendi humores ex interioribus corporis. Si cum sale et oleo temperatum carbunculis apponatur maturat et aperit. **De tritico.**

Triticum est grossum et uiscosum. ad digerendum durum. uentris constipatiuum. uiam epatis et splenis oppilat. lapidem in uesica generat. factum est enim ex massa azima nec sal habente nec cocta. Quando tamen digeritur in corpore grossum sanguinem generat. Set ex aqua ubi coquitur humiditatem adipiscitur. unde humidum et calidum est plus aliis humidus. unde pectus humectat et ualet ad tussim et dolorem pulmonis qui ex siccitate et calitate natus est. Coctum cum portulaca uel bleta. uel crisolocana. uel cucurbita emoptoicis ualet. Panis cum oleo aliquo comestus. uel amigdaleo. uel carne galline. uel pecoris uel porci et similibus bene nutrit. humores tamen uiscosos generat et oppilationes facit. Qui uult ne sibi noceat post illam accipiat mentam. aut origanum aut calamentum. et merum bibat uinum. aut melliatum cum aromatibus uel zingibere conditum. **De zippulis.**

Hippule grossus ē albus. Sic eius
duabꝫ epati nocet ⁊ spleni ac re
nibꝫ. ⁊ nã p humiditate olei. al
tera p uiscositate farine. ideo fla
tossum gnãt et uiscosum. re
naꝝ uiam opplat ⁊ epatis. cui
aũt hec nocumẽta cauet. eam cũ
melle manducet. ab ea abstine
ant ꝑpue splenetici ⁊ epatici.

Granum fract **De grano fracto.**
tum ⁊ simila si cum lacte coquã
tur sanguiné laudabilem gene
rant ⁊ multũ nutriũt. Si tamé
sepe sumant opilatioñé epatis
faciunt. duriciam splenis. lapi
dem in renibꝫ ⁊ uesica. maxime
si renes calidi inueniantur na
turalit seu accidentalr. **De a-**

midō. Amidum frigidum est et
siccum. durum ad digerendum.
digestum tñ nõ malum gene
rat sanguinem. s; uiscositatem
q̃dam hẽt. ꝓpt̃ea asperitatem le
nit pectoris ⁊ pulmonis. solida
tiuum ẽ uulneris eoꝝ. et si cũ
aqua coquatur ⁊ zachara ⁊ amig
dalis multum ualet ad tussim
siccam. ⁊ ad humores tenues. et
a capite in pulmoñé pectusq; la
bentes. Aliqñ coctum cum simila
bñ nutrit. et sanguiné generat
temperatum. sepe tñ acceptum la
pidem in renibꝫ ⁊ uesica creat ꝑ
cipue si calidos inuenit renes ⁊
naturalit siue accidentalit. repel
lit etiam humores in oculos de
fluentes. ⁊ uulnera in eis nascẽ
tia. si oculoꝝ mixtum sit medicie.

Zizania nascitur **De zizania.**
int̃ triticum siccis corruptisq;
tpibꝫ. inde uim acutam habet ⁊
uenenosam. aliqñ mentem tu
bat ⁊ inebriat. Si farine ordei
misceatur mirra. thure ⁊ croco ⁊
mulier suffumigetur apẽit uul
uam ⁊ conceptũ facit. Decocta eiꝰ
sulphure cruda ⁊ aceto ad impeti
gines ualet ⁊ serpigines. Cũ ui
no cocta et sterco columbino ⁊ li
ni semine ⁊ cataplasmate facto
apꝰta dissoluit ⁊ scrophulas. Ex
ta enĩ cum radices cortice ual
nerib; iam putrefactis apposita
mitigat ⁊ sanat. **De ordeo.**

Ordeum frigidum est ⁊ siccum
in .i. gradu. uirtutem hẽt mũdi
ficatiuam ⁊ exsolatiuam. plus
tñ faba exsiccat. Et ꝓpt̃ea nutri
mentum eiꝰ ab inflatione lumboꝝ
est remotum. faba uõ nõ similit.
plus tñ ordeo nutrit accidentalit
nõ naturalit. vñ. G. ordeum ce
teris granis nutribilius et lau
dabilius est. Rufus. Triticum in
quit ⁊ ordeum nutribiliora sũt
ceteris granis ac laudabiliora. nu
tribilius tñ est tritici. ne arbit
ris hoꝝ disputatioñé eẽ cõtrariam
sibi. G. enĩ accidentalit. Rufus ñ
intellexit naturalit. verbi grã. Si nu
trimentũ risi ⁊ ordei preponamꝰ
ordeum subtilit nutribilius in
uenimꝰ. plus enĩ succi ⁊ medul
le hẽt. Si uõ ꝓponamꝰ risum acci
dentalit inuenimꝰ maioris esse
nutrimẽti ꝓpt grossiciem suam
et morã in stomaco longiorẽ. Or
deum accidentalit minus nutrẽ
re uidetur ꝓpt digestioñem citam
et facilem ex membris dissolu
tionem. G. de ordeo ⁊ faba sm me
dicinam dicit. qm temperamẽta
uicina sũt in multis sm medi
cinam in usu hñtur. sicut cera
⁊ oleum in unguẽtis ⁊ catapla
matibꝫ. fit de ordeo confectõ uti

lis. Elixatur ē ordeum ī aqua. de
inde assatur. inde farina fcā cum
zuccaro coquitur. hoc estate ad re
frigerium stōi ⁊ epatis multū
ualet. ⁊ ad sitim cum aqua tempe
ratum. siui crossum ut cū coele
ario editur. siui liquidū. ut mul
ta bibatur. Jn fit etiam ptisanū
hoc mō. Confringatur ordei ut
cortex auferri possit. ⁊ mensura
sumitur ordei una. ⁊ aque. x. ⁊ tā
diu coquatur donec redigatur
ad unam tc̄ coletur et potui detᵉ.
ualet ad sanitatem conseruādā
corporisq; humectandū. Sicut ptᵉ
etiā refrigerium et eo plus ap
petat acetum misceatur. Q. ō si
calide sit nature ptēea addatur se
men papauis albi. ptisanum sa
num est cerebro. uisum clarificat
pfectum sanguinē gnāt. nec mi
nus q̄ panis nutrit. hoc tipsanū
sanis est dandum. Jnfirmis uō
diuersis modis fit put cuiq; con
uenit. Si uelis sitim extinguere
et epatis calorem bibitur ut supᵉ
diximus. Si etiā excolatiuū et
mūdificatiuū tipsanū eē uolu
eris cum cortice illō coque. Si la
xatiuum ⁊ refrigeratiuū cocto
mannā suppone. ⁊ mel uiolatū.
Si ppt epatis constipationē illō
uelis accipe coque simul radices
feniculi ⁊ apij. ⁊ accipe illō cum o
xizacara plurimū q̄ ppt uentri
solutionem. G. dicit. nisi acciperē
non tantū q̄ntum opinatur ua
lere. non ē est stipticus nisi cortex
eius rubeus. pptera stiptic̄ ma
gis albo est risum rubeū. Risu
naturalitᵉ calidū ē in pmo gradu. sic
cum in. ij. Diuersis aūt modis sumi
tur. ⁊ fm unā quāq; actionem ī
plus minus ue mutatur. aliqui
enī teritur mola. ⁊ farinam eiuˢ
uelut tritici coquunt. ualet etiā
coctum eis qui morsionem pati
untur in stōico et intestinis. Sē
q̄ qui integrum coquit cū aqua
hoc ualet ad colicam diarriam.
aliī cū lacte coq̄t amigdalis h̄
modo amittit constipatiōē suā.
bn̄ nutrit. ⁊ bonū gnāt sangui
nem. spma augmentat. hēt nisi
pprietatem. qō si cum ipō ul ipsiū
aqua lentigines lauēs aufert cū
et cito cutem mundificat.

De milio.

Milium frigidum est in pmo
gradu. sicc̄ in. ij. Testatur hoc
lenitas ⁊ cōcauitas eiᵉ. ⁊ unctuo
sitatis uiscositatisq; absentia.
nutrit minus q̄ omnia alia gra
na. sanguinē: minimū nec lau
dabilem gnāt. Siue tn̄ grā sicci
tatis confortat stōm. ⁊ alia cor
poris mēbra. idō et uentrem con
stipat. Diascorides dicē. milium
eē diureticū. assatum ad tortio
nem uentris doloremq; calidū
suppositū ualet. Causa aūt nutri
menti minimi ⁊ siccitatis eius
non est eis accipiendum qui cā
nem suā augmentari ⁊ pingue
facere uolūt. nec eis q laudabilē
uolunt hr̄e sanguinē. sed illis
tn̄ qui stōm refrigerare uolūt
⁊ cōfortare. ⁊ eius supfluos de
siccare humōres.

De panico.

Panicum in forma ⁊ natā simile
est milio. min tn̄ eo nutrit. uē
trem uō magis cōstipat. et acci
pitur diuersis mōis. ⁊ p eoꝝ diuer
sitate suas actiōēs mutat. Quēc
q; tn̄ mō panico miliū melius
est. Coquitur sepe aut cum pigui
aut olō. aut sepe cū lacte. aliquā

to uō cum apozimate tritacei co-
ticis 7 amigdaleo. Coctum cum
pingui aut oleo laudabile ē. qm
siccitatem suā amittit. Saporosi
tatem abeis bonamq; nutrimentū
accipit. constipatōē sua priuat
ppt' lubricitatem 7 mollitiem pi
guedinis 7 olei. Cum lacte uō
ul' apozimate supdicto coctū
laudabilius ē eo q' cum aqua
coquitur sola. Coctionis aūt eius
duo sūt modi. Coquitur aūt sanū
aut mola fractum. Sanū abla
to cortice. aut ad unam mensurā
panici mensurarum .xv. apponan
tur aque. Ita coctum crossum ē
et ad digerendum durum. nec
uentris est constipatiuum. gra
uat eni stōm. 7 ex eo integrum
eicitur ad intestina. ideoq; cito e
gerit'. hac g' rōne stipticum nō
est. Mola tritum coquitur ita.
farine mūdate deciplum addi
tur aque. cumq; bis ul' ter bu
lierit fricatum digitis excola
tur. Colamentum susceptū donec
durescat excoquitur. sicq; utilr
comeditur. 7 ceteris ē subtilius.
digeriq; facilius. magis tamē
stipticum. De fabis.

Fabe in natura sua frigide. i sicci
tate diuse sūt. Comedunt' eni
uirides nōdum messionis sue
completo tpr. Comeduntur et
sicce ac pfecte tpibz suis. Viride
frigide sūt 7 humide in .i. gdu.
nutriūt multum. humores ge-
nerant grossos 7 crudos. Inflati
ue sūt uentositatem facientē
in supiorib; uentris. ppterea ual
de stōaco nocent. Sicce uō suisq;
tpibz pfecte frigide sūt et sicce
in .i. g. et inlaudabilem sanguine
creant. ordeo magis nutriūt ac
accidentalit' nō naturalit' duabz
ex causis. una ppt' sue subē cros
siciei et tarditatē dissolutiōis
ex mēbro. Subtilitate uō substā
cie ordei et dissolutione ex mē
bris exit cito uñ minus nutrit.
Sedā ppt' sue multitudinis uen
tositatē 7 crossiciem. vñ carnē
inflat 7 dilatat. et opatur in ea
qd' fermentum in farina. ppterea
in supioribz uentris uentosita
tem plurimum crossam generat
et inflatiuam. ex qua fumi usa
scendēs cerebro nocet. 7 sōpnia
multa 7 corrupta inducit. Cum
g' hec naturalit' hñt fabe nō ei'
aliquo coctionis modo auferri
possunt. vñ .G. fabe si nimis co
quantur uentositatem 7 infla
tionem suā sicē ordeo auferre ne
quimus. minuere tñ possumus.
Experimento hoc pbatur in eis qui
fabas ueteres assidue comedēt
declinationem paciunt' 7 infla
tionem etiā si tenuissimi fuerint.
Itē .G. fabe scdm cibum inflatio
nem faciunt. 7 dure sūt digeri.
scdm medicinam adiuuāt humo
res exēare de pectore 7 pulmone
qm colamentum hñt. ideo nō mo
rant' in stōaco sicut alij crossi ci
bi. manifestat hoc colamentū
earū 7 mūdificatō qua cutē exte
rius mūdificat manuū cum e
arū farina abluitur. et ideo ad
lentigines ualet. Qui uō cutē
mūdam cupiūt ex fabarū fari
na sepe lauent. apā in mamill'
ul' testiculis apposita cataplas
mate facto dissoluit. Omnia aūt
que diximus earū insūt medul
le tantūmodo. cortici aūt nichil.

Est enim stipticum colamitum ni-
lum h(ab)ens. v(er)um aliq(ua)n(do) fabas cum
cortice coquimus in aceto. dam(us)
q(ue) diarriam patientibus p(ro)p(ter) defec-
tionem contentive virtutis in
intestinis. Electior e(st) magna al-
ba no(n) vetus. diversisq(ue) coquitur
modis. v(er)um (et) diverse eius sunt i(n) cor-
pore actiones. Sunt na(m)q(ue) cocte
aqua. sunt assate igne. aqua coc-
te laudabiliores sunt. q(uonia)m aqua
eis plurimu(m) aufert ventositati(s)
et exsiccat. maxime si electa a-
qua priori altera adiungatur.
hec etiam coctio duobus mo(d)is fit.
aliq(ua)n(do) cum cortice. aliq(ua)n(do) sine cor-
tice. Cum cortice cocte dure sunt
ad digerendu(m) (et) inflative. Stip-
ticitas enim corticis egestionem
p(ro)hibet. Mora enim diuturna in
ventre inflationem (et) ventosi-
tatem gen(er)are necesse est. Sine cor-
tice cocte minus sunt inflative.
cito digeruntur. Et si se(cun)d(u)m ius
fiant calefactivis reb(us) ut e(st) pi-
per longum. z(inzi)z. ol(eu)m amigda-
leum. his appositis p(er)fecta est (et)
medicina ad coitus op(er)ationem.
Sunt qui eis vescuntur elixis. a-
liq(ua)n(do) cum cortice aliq(ua)n(do) sine co(rtice).
Et de elixis idem q(uo)d supradiximus
iudicamus. Comeste t(ame)n aliq(ua)n(do)
cum menta. origano. cimino (et)
similib(us). sua(m) ventositatem et
inflationem imminuunt. Assa-
te ventositatem min(us) (et) inflati-
onem h(abe)nt. (et) ad digerendu(m) no(n)
durissime. v(er)umtamen si aq(ua)m fun-
dantur post assationem. et cum
cimino. menta. (et) origano comeda(n)-
tur partem duricie amittunt.
Ysa(ac). Fabe inquit nove ventib(us)
stomaco magis nocive s(un)t. Fabe r(e)-
mixte farine fenugreci cataplasmate
f(a)c(t)o capiti retro auriculas valent.
ad livorem sub oculis similiter
cum rosa mixte. thure ovique al-
bumine. ad exusitione(m) oculoru(m) ca-
taplasmate f(a)c(t)o valent. masticate
(et) temporib(us) apposite humorib(us) a
capite in oculos descendentib(us) re-
sistunt. cum vino cocte si catap-
lasma fiat ex eis testiculor(um) apo-
stema dissolvunt. farina ear(um) pue-
ror(um) apposita inguinib(us) libidine(m)
constringit. locis in quib(us) pili s(un)t
nascituri supposite subtiles pilu(m)
faciunt. Scisse quoq(ue) in duas p(ar)tes
cataplasmate f(a)c(t)o morsib(us) a(n)i(m)alium
sanguinem stringunt. Mamill(e)
lactis coagulatione(m) induratis
dissolvunt apposite. (et) lactis inhi-
bent exitum. Si cu(m) alumine et
oleo vete(r)i musceas scrofulas dissol-
vunt circa gulam. Aqua earu(m) la-
vando colorem pulchru(m) gignit.

De lenticula.

Lenticula frigida e(st)
in. i. g(ra)d(u). sicca in. ii. Investigata
enim eius natura ex duob(us) contrariis
composita invenitur. uno i(n) me-
dulla. alt(er)o in cortice. Cortex enim
eius acuitatem h(abe)t unde ventrem
ad solutione(m) movet. Medulla e-
ius e(st) stiptice virtutis conforta-
tive stomaci et intestinor(um). ad colica(m)
diarriam valet. Cum lente(s) simul
cum cortice (et) aqua fiunt cocte et
colate. electa aqua oleum cum sa-
le commisce potuiq(ue) stiptico dab(is).
Et si aqua priori electa dum co-
quuntur alt(er)am adiungas solu-
tionem minuit. et si cortice abla-
to coquat(ur) (et) p(r)i(m)a electa s(ecund)a addatur.
melior fit ad digerendu(m). et ad e-
gestionem colicam refrenandam
fortis. Universaliter dico nutrim(entum)

tum lentis grossum est. ad dige
rendum durum. melancolicum san
guinem generat. maxime si cum corti
ce comedatur. cerebrum fumo gros
so implet et melancolicis causa est
dolorum et formidolosorum somni
orum. stomachum et intestina ven
tositate implet. inflationem et
constipationem facit. propterea ceteris
granis nimio plus nocet et pulmoni
et diafragmati et pelliculis cere
bri. ceterisque nervis pellicularibus
precipue oculorum. quoniam humiditatem
eorum desiccat et distemperat. sanis
officit oculis quanto magis infir
mis. Sue desiccationis causa ven
trem et menstrua constipat et in
crassatur ut exire non possit e ve
na matricis. Lenis item cum cortice
cocta. sicce est nocua complexioni.
et passionem in ea melancolicam
creat. sicut nigram morpheam. im
petiginem. serpiginem. cancrum.
elefanciam. et leoninam. Fe[illegible] tamen
qui humide sunt complexionis aliquando
prosunt. si sine cortice coquantur
ydropicis valent. cum cortice vero
nocent nimis propter ventositatem
quam creant. Lenticula laudabilis
est grandis et nova atque coquibi
lis. Accipitur secundum cibum et secundum
medicinam. Secundum medicinam aut
aut propter contentive virtutis confor
tationem et calefactionem. aut
propter ventris solutionem. Que ob
confortandam contentivam vir
tutem accipitur. vel reconstringen
dam colice egestionis cum cor
tice mundentur. et prima dum coquitur
reiecta aqua secunda accipiatur. cet
te aceto immisceantur arnoglosse
frondes. et mala citonia. nespila
et similia. Que propter confortan
dum et calefaciendum stomachum
voluerit aceti vice vinum rufum odo
riferumque commisceatur. propter ventris
aut dissolutionem accipiendi cum
sicla coquatur. aut atriplice vel canna.
aut cucurbita. sive molochia. Item
secundum cibum diverse accipitur. aliquando solis
cum oleo et aceto. aliquando cum carne
recenti. aliquando cum sicca et salsa.
Que vero cum aceto et oleo minoris
est nutrimenti. que cum carne recen
ti maioris. Que vero cum sicca et
salsa pessimus ac nocivus est cibus.
natura namque carnis sicce iste
est grossa et digestioni dura. Contra
cum lente duplicat maliciam. unde
causa est calefactionis incensionis
que sanguinis. eumque in melan
colicos convertit humores. pessima
est maxime si cum cortice cocta
fuerit. Item ut non noceat si tem
perare volueris mundetur et aqua
prima eiecta secundam amittere et aceto
eam condias ac origano. menta. pi
pere. cimino. et oleo. vel amigda
leo. aut sisameleo. Emplastrum cum
melliloto et celidonia. oleo rosaceo
ex lente cataplasmate factum in oculis
calidum patientibus apostema dissol
vitur. cum malo granato cocta. ac
rosis siccis pulverizata et aperta inclu
sionibus apposita valet. Valet iterum
ad erisipilam et fissuras in pedibus
propter frigus. Cum aqua marina si
coquatur mamillisque apposita
lac coagulatum habentibus valet.

Herobilus.

Robilie frigide sunt
in i. gradu. medie inter siccum et hu
midum. cortex earum stipticus est. Cor
tice vero mundato laudabiles gene
rant chimos. nec inflationem
nec ventositatem sicut fabe faci
unt. Ad usum edendi bone sunt

in estate et in calida regione et
cataplasma ex eis mixtis factis so
lidat et dolorem aufert maxime
si cum farina sunt temperate. Ius
ex illis velut ex faba factum va
let ad exasiam et ad tussim. Do
loremque laterum et in pectore. ex
te cum oleo et crisolocanna aute
bleta febrem patientibus prodest
que ex sanguine nascitur et co
lera ru. Contra pro diarrie refrigera
tionem accipe velud illas coctas
una aqua eiecta et altera addita et
admixtis portulace ramis et su
co malorum punicorum acido et oleo
sumant eas. **De cicere.**

Cicer pluris est nutrimenti. ventrem
humectat. urinam provocat. men
strua movet. ventositatem tamen
creat et inflationem. Ideoque sperma
auget. coitumque confortat. Est
cicer viride nec completum et sic
cum et completum. viride ad fa
barum potest verisimilem compara
tionem. Eadem enim differentia que fa
barum est siccarum et viridium. Ciceris
est viridis et sicci. Siccum duobus
modis dividitur. Est cicer album
est et nigrum. album calidum
est in i. gradu. humidum in medio.
Ideo nutrimentum eius maius est quam
fabarum. non tamen bonum. et ad dige
rendum durum. ventositatem et
et inflationem facit. adeo ut
carnem infletet et dilatet. et in ea
hoc facit quod acetum in sicco lu
to. aut fermentum in pasta. Unde
qui eo utuntur fiunt pulchre cu
tis. dilatata enim et extensa caro
lucescit et clarificatur. Ideo coitum
adiuvat. quia tria habet ad coitum
pertinentia. scilicet calorem. nutrimen
tum. et inflationem. Unde ypocras

ciceris potestates due sunt diverse
atque contrarie. cum coquitur eius a
mittit et in aquam non coquitur re
decent. unam dulcedinis alteram
salsuginis. Cum dulcedine vero
sua mundificat et colat. nutri
bus lac auget. ventrem humectat.
apta dissolvit maxime que in te
sticulis sunt et posteriores. Cum sal
sugine vero humores grossos
dissolvit et minuit. urinam et men
strua provocat. ventrem humectat.
valet yctericis et ydropicis et totius
corporis capitisque pruriginem. Si eius
iure lavetur scabiem pruriginemque mundi
ficat. G. habet inquit cicer quas
dam amaritudines quibus aper
tivum est et menstrua provocans. fa
cultatem faciens pueros ex utero
eiciendi lumbricos. cucurbitinos
que educit. Ad yctericiam de opilatione
epatis et fellis valet. lapides fran
git in renibus et vesica. nocivum
tamen est renum et vesice vulneribus.

Nigrum albo calidius est. humidius
minus. propterea amaritudo eius dul
cedine manifestior est. Ideoque plus
albo in apertione epatis et splenis
atque lapidum fractura in lumbri
cis cucurbitinisque valet. Ad epa
tis opilationem precipue si cum a
pio coquatur et radice. ius quoque bibi
tur ipsius. In augmentatione lactis
tamen et spermatis et urine provocatione
album est melius sue dulcedinis
saporositatisque causa. olei nardini
z. v. Galbani z. i. Illudque calidum bibatur.

De fasceolis.

Fasceoli calidi in
medio secundi gradus. humidi in fine
desiccatur. hoc quod plurimum non perfec
te ut grana cetera possunt desic
cari. et si desiccentur non multum
tempus servari valent. Ideoque humorem

crossos inflatiuam uentositatem.
fumumque plurimum caput replen
tem. et sompnia pessima et terribi
lia faciunt et corrupta. In partes di
uiduntur duas. Sed enim albi. sunt et
rufi. Albi minus sunt calidi ma
gis humidi. unde crossius est eorum
nutrimentum. et ad digerendum du
rium. Humores facit flaticos et
crossos. Temulare uolentes crossi
ciem eorum eliquent et corticibus mun
dent. et cum obsoniagaro oleo et
cimino ac pipere comedantur. Vini
tes albi ablatis corticibus cum sale
sumantur et sinapi ac pipere. vinum
forte cum illis accipiant. Rufi
calidi sunt plus sed humidi minus
albis. Ideoque in suis fortiores sunt
operibus. Ius eorum ad menstrua prouo
canda uolentes. iii. ℥. accipiant
olei nardini. ʒ. v. Galbani. ʒ. i. s.
et illud calidum bibant. De orobo.

Orobum calidum est in primo gradu.
siccum in ii. unde mundificatiuum
et colatiuum est et aperitiuum. Cum
radicis corticibus utrumque ex eo farina
facta uentrem humectat. urinam
et menstrua prouocat. cutemque cla
rificat. non tamen illo plurimum assue
scant ne forte sanguinem min
gere faciant. et aliquando sangui
nem per nares exire facit. Farina
orobi cocta cum cepotis que est species
thuris [illegible] ualet
quibus utrisque contingit ex epis
opilatione infirmitas. Temperatum
cum vino super rabidi canis mor
sum positum ualet. Rursus tem
perata cum melle lentiginem mun
dificat. vulneribus et apostema
tibus similiter ualet. De lupinis.

Lupini in ii. gradu calidi sunt et sicci.
Farina eorum cum melle temperata
et potata lumbricos extinguit. et
omni putredine uesicam expur
gat si cum ruta bibatur et pipe
ualet spleneticis. Aqua in qua cocti
fuerint lote pustule auferuntur.
Si cum myrra et melle conficiatur
et pessarium facias menstrua pro
uocat. Dulcoratorum eorum aqua cros
sum nutrimentum est et ad digeren
dum durum. humores crossos
generant. propterea nec uim habent digesti
uam sicut excolatiue. nec stipti
cam sicut confortatiue. stipticeque
nature cibaria. Antiquorum quidam
farina inquiunt lupinorum si pilo
rum nascentium locis apponatur
eos euellendi causa est. et nato ad
imit. et renasci alios non permittit.
Aqua ubi dulcorantur cimices
si loca aspergantur moriuntur.

Fenugrecum De fenugreco.
calidum est in ii. gradu sicc. in i. Farina
eius cum melle temperata si pote
tur mobilitatem facit. et sicco ab
intestinis crossosque humores ex
purgat. In aqua cocta et melle
mixta idem facit. Cum ficubus
et dactilis cocte colamentum si
recoquatur donec spissetur [illegible]
nis sumptum ad dolorem pecto
ris ualet. tussimque diuturnam
crossorum ac uiscosorum humorum et
flaticorum nocumento pectus expur
gat. Farine [illegible] ʒ. v. cum melle
temperate si cum fenugreco bibatur
apozimate matricis aptum opila
tiones. uiscosis eam crossisque hu
moribus purgat. et apostema dissoluit.

Sisamum calidum De sisamo.
est in i. gradu humidum in ii. Est autem
cum cortice et sine cortice. Quod
sine cortice unctuosius est ideoque
crossius et durius digeritur. quo obrem

officit stomaco. prefatum neruus e
nus et uilis sua namque uiscosita
te eos mollit. ad defectum eos
cogit. uirtutem iterum contentiuā
digestiuamque eneruat. in fumo
sitatem humoresque colicos cito con
uertit. sitim et fastidium gene
rat. os boni odoris fetore cōtami
nat. maxime si inter dentes rema
neat. Cum melle sumptum minus
nocet propter sapue si assum comedatur.
Quod cum cortice quocumque modo ac
ceptum minus nocet. Aqua ubi
sisami coquuntur frondes caput
si abluens crines elongat furfu
ribusque mundificat. Apozima si
sami menstrua prouocat. Antiqui
quidam dicunt contra uenenum
sisamum esse. et id nō impossibile e
go etiam dico. Sua enim uiscosita
te atque unctuositate poros corpo
ris opilat omnes. nec ad cor pene
trare permittit. Dyascorides. Inter sisame
leon et nucleos differentiam facit. et
sicut musceleon ualere testatur.
Galienus uero id non affirmat. De pa

Papaueris due sunt species. papauere.
una agrestis altera domestica. Do
mesticam in duo diuidit. Est enim
nigrum. est et album unde opium
fit. album laudabilius ac nu
tribilius est nigro. quippe mi
nus est frigidum. Frigiditas eius est
in .ij. gradu. Dyascorides de papaueribus
ait. Quidam papauere uescu
tur panem uero nutrire. et durum
est digeri. assuetis dormitionē
obliuionemque cōgenerat. Si autem
in aqua coquatur et caput ablu
as temperatum somnum et bonum
in febribus prestat. Fit de papauere
electuarium et sirupus. ualent ad
tussim que ex calidis subtilibus
que humoribus procedit. qui ex capi
te in pulmonem pectusque descē
dunt. Item ad colicam et diutur
nam egritudinem. Nigri grana uirtus in po
tione est nō in cibis. Frigiditas eius
et siccitas in .iiij. gradu. proprietas uis illius
in omnibus actionibus maior est albo.
presertim in somno uentrisque con
stipatione. maxime si sirupus illius
pluuiali aqua cōficiatur. Ideoque
cauendum ne sepe sumatur quia
assuefactum maximum cerebro stu
porem infert. et calor naturalis exti
guitur. Succus autem illius et lac opi
um dicitur. Et lacte tamen factum melius
est eo quod ex suco fit. Papauer sil
uaticum in omnibus domesticis for
tius est. De agno casto.

Agnus castus est calidus et siccus in .iij.
gradu. proprietas eius est defectum e
neruationemque inferre libidini.
et concupiscentiam mortificare.
inflationem aufert. spermata desic
cat nō solum si in cibo et potu su
matur. sed etiam si iacenti alicui
substernatur. Unde Athenienses
suarum temporibus festiuitatum agnum in suis
delubris ponebant. ut omnes ab
eis libidinem excluderent. Hanc
uero herbam Greci pentafilon uo
cant. Nomen autem supradictum id est sy
ne agnus est. castitatis mundi
ciam ue significat. De semine

Lini semen in .i. gradu calidum. lini semen.
sicci uero humidique medium. parum
nutrit. durum est digeri. inflatiuum
stomacho et nociuum. tamen diureticum est.
assum et cum melle acceptum melius
est. Ad tussim frigidam ualet. pec
tusque collectione flatica purgat.
cum melle et pipere manducatum
libidinem auget. et apozimate
eius cum oleo rosato. clisteri facto

ad tenasmó q morsuram ualet
intestinorum. Si apozimati eius
c. ulo mulier supsedeat. apa uul
ue dissoluitur. Explicit de ge
nis. Incipit de fructibus. Et primo de fi
Ficus ceteris fructibus lauda cibus.
bilior ac nutribilior est. humidita
tis sue causa grossos humores
creant. natura eius calida et sic
ca est. Quantitates in caliditate
et siccitate diuerse secundum sui ipsius di
uersitates. Est enim domestica et et
siluatica. Domestica alia uiridis
alia sicca. uiridis alia perfecte ma
tura. alia non perfecte. Cruda nec
perfecte matura minus est calida
magis grossa propter dominationem te
restris partis. habet humores la
tentes qui acuitatem ei prestant
et siccitatem in .ii. gradu. ideoque lauda
bilis est. unde ypocras. ficus quanto
remotiores a siccitate tanto mi
nus calida et magis grossa. ualet
hec secundum medicinam cocta. et cata
plasmate facto scrofulas glandu
lasque dissoluit. Nitro et aceto mix
ta pustulis in capite ualet. mix
ta cum melle ad morsum canis
et pustulas que uirosos habent humo
res facit. Papauis agrestis fron
dibus mixta ossa fracta ex uulne
ribus pellit. Item cera adhibita a
postema dissoluit. Si pistata fo
rmice uulneribus apponatur sanat.
Perfecte maturata uiridis ficus in
minus calida et sicca. Calor eius in
medio .i. gradu. humiditas et siccitas
in ipsa temperate sunt. Ex tribus itaque
rerum compositione constat. Corticis
uidelicet seminis et carnis. Semi
nis uero nutrimentum est nullum
natura eius ut arene uel lapidis. Cor
tex ficus est ut citrius. Caro dur

simus est ad digerendum. Caro
nutribilior solubiliorque existit.
Super hac dixit. Calorem inquit
extinguit. sitim aufert. sudorem
prouocat. Sicca uero ficus calida in
.ii. gradu. sicca in medio primi. quam
obrem calefacit et sitim creat. et
in melancolicos mutatur humores.
ceteris tamen fructibus nutribilior est mi
nus inflat. Sed si superfluos in stoma
co inuenit humores. dura fit ad di
gerendum. ad corruptionemque
mutatur et inflationem uentosita
temque generat et pessimum sanguinem
in superficie corporis pediculos cre
at. Si autem mundificatum humoribus
inuenit bene digeritur et sanguinem
laudabilem facit. corpus purgat
malis humoribus. urinam prouocat.
pectus purificat et pulmonem re
nes et uesicam grossis humoribus
non tamen inflationis uentositatisque
libit. Que nocumenta ei omnino ui
tat ieiunus accipiat et post illam
calamintum manducet. aut amoos
uel ysopum. piper. seu zinziber et si
milia. Colicus post illam gerachu
ram sumat. Qui maioris eam nu
trimenti uult accipere uel cum ut san
guinem laudabiliorem generet nu
ces simul aut amigdalas man
ducet. Item secundum medicinam ualet.
Si cum ysopo coquatur pectus pul
monemque mundificat. tussim di
uturnam curat. Gargarismata cum
apozimate eius in canalibus pulmo
nis apa dissoluit et in lacertis que
sunt in latere lingue cocta cum uino
si eludere fiat. ualet ad dolorem
uentris qui ex grossis humoribus
est. Rursus cocta cum ordeo et fenu
greco cataplasmate facto apa dissol
uit. pistata ac sinapi mixta apo

zima ad tinitum aurium valet.

Uva in duo dividitur. Est enim

De uva.

acerba nec matura. et matura in sui
dulcedine completa. hec digna
est appellatione uve. Acerba frig.
est in tertio gradu. sicca in .ii. Sub
stantias in se tres habet divisas. Gra
norum unam. Corticis aliam. humoris
terciam. Granorum sicca est et dura
conversionis nullius in egestionem
set ex stomaco integra egrediuntur
cum sua forma. pistata tamen et
farina ex eis facta si bibatur stomachum
confortat. colicam stringit ege
stionem maxime si assentur. Cor
tex crossus et nervosus est nec con
vertitur et ideo non nutrit. humor
propter suam stipticitatem et ponti
citatem durus est digeri. confor
tativus tamen stomachi et epatis calorem
extinguit. sitim tollit. acumen
colere rubee mitigat. vomitum
egestionemque colericam stomaci
et epatis propter vim contentive de
fectionem stringit. Oculis apposi
tus palpebrarum crossos humores
attenuat et desiccat. valet iterum
ad pruriginem oculorum et aspritatem.
Uva. Acerbe recipit uve sucum
ante dies caniculares ad solem po
ni donec spissetur ut mel. hic va
let humoribus in gulam descenden
tibus. Singulas atque auriculas si
clisteri fiat valet vulneribus in
testinis. et diuturnis humori
bus ex vulva descendentibus. Uva
matura sanguinem laudabilem
facit. et ceteris fructibus quemad
modum ficus melior cibus est. plus
tamen ficus uva nutrit. Item et hec uva
substantiis composita est. Ossa sunt
frida et sicca et stiptica. granis a
cerbe uve in duricie vicina. hinc
tamen acumen quodam obliquato erat
a stomaco ante confusionem. Item cor
tex fridus et siccus ad digerendum
durus. G. Cortices inquit uve et
ficus similes sunt ad digestionem du
ri. propterea uva si cum cortice simul e
tatur et ossibus indurat egestionem
et ventositatem inflationemque
generant. et humores a sanguine lon
ginquos laudabili. Rursus. Gal.
ficum et uvam asserit ceteris fruc
tibus laudabiliores. non tamen dure sed
egestionis. sed potius digestionis fa
cilis et confusionis. maxime si in su
a arbore perfecte fuerint maturate.
Testantur hec ortolani qui ficu
et uve temporibus suis bene eis utuntur.
unde pingues et clare fiunt cutis. Fa
cilitate autem digestionis eorum illarum
desistentes ab usu facillime ma
crescunt. Caro quippe uve et ficus infla
tiva est in sui substantia. et ideo comeden
tium carnes inflant. Accipiuntur autem
diversis modis. unde nutrimenta eius et
actiones in corpore sunt diverse.
Accipitur a quibusdam hora ipsa
qua ex vite colligitur. Sunt qui e
as suspendunt donec ex eis plu
rimum humoris aer eliciat. Sunt
qui eas cum musto vel sapa in
vase reponunt. hora sue carptio
nis accepte si stomachum invenerint
humoribus vacuum et cibis. et fortis
est digerere. bene digeruntur ac
bene convertuntur in sanguinem bo
num. et ventris adiuvant soluti
onem. corpusque de malis purgant
humoribus. Econtra si stomachum humorum
et escarum repererint plenum. et dige
rere est imbecille. in eo morantur. in
flationes generant ac rugitum. in
humores malos convertuntur et fu
mum plurimum nocivumque creant.

appetise et ab aere superfluo humo
re desiccate. ceteris uinis sunt laudi
biliores. et subtilibus dietis sunt co
uenientes. ab inflatione longe
sunt et fumositate nec stiptice
dunt. Quod si ex eis cataplasma fe
cerimus cum cepis. sale. ⁊ melle
proficiet contra morsum rabidi
canis. Rursus cataplasmata ex
eis cum melle ⁊ ruta facta super
apostemata ex colera nigra uel flate
nascentia imposita ea mire dis
soluunt. Que etiam si cum suis tri
te corticibus ⁊ super umbilicum im
posite destruunt intrinsecus in cor
pore apostemata nascentia. Corticis quoque
uel frondium sue arboris umur
exaginta esui datum cum uino.
stranguirie optime subuenit.
Et si cum aceto potetur repugnat
febrientibus rigorem habentibus.

De auellanis.

Auellane nucibus sunt frigidiores ⁊ ponticiores.
earum enim corpora sunt solidiora
et spissiora unctuositate carentia
hac de causa plus nucibus sunt cor
pori nutritiue. tardiores tamen
ad digerendum. et descenden
tibus e corpore inflationem uen
tris generant. maxime si cum
interiori superficiei comedantur.
Que interiori cortice ablato fi
unt digestibiliores. et utiles sunt
antiquam tussim habentibus.
precipue si cum melle pistate e
sui donentur. Quibus etiam cum
modico piperis assi reuma pati
entes celeriter adiuuant. Que
tantum non asse ieiunis sumpte fi
unt esse uenenum. Preterea si cum
exteriori cortice asse pistentur cum
ueteri adipe suis uel ursi. prosunt allo
peciam habentibus. locisque denu
datis capillos reuocant.

De fi-cis.

Ficus calidi sunt ⁊ sicci in me
dio secundi gradus. bonum comedenti
bus prestant nutrimentum. Quod
cum tamen habent amaritudinis et
ponticitatis. Unde sunt epatis confor
tatiua. eius enim constipationem
aperiunt. Et etiam pectus atque
pulmonem mundificantes. qui
si cum uino cocti potui dentur fi
unt esse uenenum. Ipsi quoque propter suam fi
sticitatem epati conueniunt. Olim quidem
capiti dolenti mitigationem pre
stat. quod dyascorides dixit esse sto
machatiuum. Galienus non affirmat.
Dixit enim neque nociuum neque
lesionem stomaco facere. neque
uentrem soluere nec constipare.
Sed tamen calidam habentibus comple
xionem modicum ex eis comedat.
Quod si assi fuerint comedentium
stomacum confortant.

De pineis.

Pinee sunt calide in fine secundi gradus
sicce in eiusdem initio. Quarum
species due sunt. masculine uidelicet
que sunt parue. et feminine quarum
rum forma est magna. Masculi
ne autem sunt calidiores femininis
et sicciores. Quarum calor est in ini
tio primi gradus. siccitas quoque earum
in eiusdem fine gradus. Que si in aqua
calida infundantur prebent corpori
laudabile nutrimentum. ⁊ collec
tionem in pectore ⁊ pulmone
habentibus subueniunt atque tus
sientibus ex humorum putredine
mitigationem tribuunt. Que cum
seminibus cucurbite date renum
⁊ uesice ardorem urinam prouocan
do auferunt. Feminine uero mascu
lis nutribiliores ⁊ crossum et
difficile ad dissoluendum fac
iunt nutrimentum. Sed utiles sunt in
medicinam. Sunt enim lenitiue mem
brorum asperitatis humores putre
factos dissoluunt ⁊ extenuant. prop
ter hoc sunt utiles ad mundificam

dam pectoris famem. et ad tussim expellendam. Que cum sapa preparate purificant renes atque vesicam omni sanie. urinam provocant. lapidem expellunt.

Explicit liber secundus. Incipiunt capitula libri tertii.

Explicit capitula. Incipit prologus.

Quia compleuimus in hoc secundo libro de granis. leguminibus et fructibus prout oportuit et potuimus. et de custodienda sanitate in sanis. et egrotis valitudini reddendis. oportet itaque in hoc tertio libro ea que dimisimus complere olera videlicet. condimenta. carnes. pisces. et similia. Igitur ab herbis incipiendum est.

Explicit prologus. Incipit liber tertius. et primo De melonibus.

Melones citrini duobus modis sunt. Rotundi scilicet et longi. utrique vero frigidi et humidi in medio secundi gradus. Rotundi tamen viscosiores sunt et grossiores. Causa rotunditatis eorum hec est. liquor enim eorum quia grossus et viscosus fuerat natando in superficie equaliter diffundit se circa latera. Longi vero quia liquor subtilis et aquosus fuit. effluit et distuit inferius. Ideo ipsi elongantur quia tenuificatur huius ratione. Sapor enim rotundi aliquantulum vicinatur dulcedini. longior vero in sapore quasi aqua est. Sapidi autem dulcique eorum grossitudo et viscositas ostenditur. unde longus nimis incalabilis est parumque colativus et mundificativus. Rotundus autem nocentior et magis colativus. et urine

provocativus. Arenas etiam et lapi
des a renibus ac vesica expellit quod
eius sapor testatur. Videmus et
enim corpora ex eo fricata ab omni
sorde mundificari. Utrique tamen
ad corruptionem parati. Oppu
tantur etiam in humorum qualitate
in stomaco existentium. sive cole
rici sint sive flatici. Ideo stomaco
nocent. nervos enim eius mollifi
cant eisque lubricitatem prestant.
Quod si cibum in stomaco invene
rint miscentur cum eo et causa lubri
citatis cibus egeritur priusquam
coquatur. In intestinis etiam ru
gitus et ventositates faciunt.
non numquam vomitum et abhomi
nationem. Ideoque necesse est illos
comedi ante omnem cibum stomaco
ab humoribus munito. nec alius
accipiatur cibus quousque dige
sti esse videantur. Si ita a comeden
tibus percipiuntur digestive obedi
unt virtuti. et bonis assimilan
tur chimis licet eorum conversio
flatica sit. Quibus econtrario dati fri
gidi et pessimi generantur humo
res. fiuntque causa malarum generanda
rum febrium. maxime eis qui co
lerici et calidi sunt naturaliter. quod fit
propter sue conversionis velocitatem.
et sui mutationem in colericum
humorem. Sed ut ab eis nocumen
tum auferatur in fine eorum done
tur oxizaccara. maratrum. mastix.
flatici vero accipiant oximel. zin
ziberis conditi. aut ʒ. ii. sicci. et thuri
masculi. ambrorum ʒ. i. aut diacimi
num. et purum bibatur vinum. Se
men melonis atque radix minus
carne frigida sunt. Sed cum desiccan
tur in fine fri. gradus sicca sunt. Ideo
plus carne sunt collativa. Sem
autem urinam provocat. renes autem
et vesicam mundificat ab are
nis et lapidibus. dolorem tamen
in renibus facit. lesionem quam in
vesica. Renes enim sunt carnosi. et
inde lapides et arene nascentes
in eis sunt molles. Vesica quidem
quoniam nervosa. duros lapides et a
renam generat. Quapropter renes necesse
est fortiora medicamina dentur
vesice quam sunt semina. Corticis autem
melonis pulvis oris fetorem
tollit si ex eo lavetur. Dyascorides.
Semen inquit melonum in su
perficie mundatum et cum carne
melonis et ciceris et fabe farina
temperatum. et in modum trocisci com
positum. et ad solem desiccatum
valet ad faciem mundandam.
et cutem extenuandam. Rursus
radicum eius pulveris duarum drag
marum pondus cum oximelle bibitum
irritat vomitum. Est et aliud me
lonum genus qui palestini voca
tur. qui vulgariter dicuntur sarrace
ni. humiditas istis minor est ce
teris. frigidiores tamen illis sunt. proinde
sunt sarraceni tardiores diuque
ad conversionem. Dicimus etiam
eos corruptioni esse inobedientes.
unde calorem habentibus in stomaco
atque febricitantibus conveniunt.
quoniam crossicies eorum et frigiditas
repugnando febribus ardorem e
arum extinguunt.

De cucumeribus.

Cucumeres frigidi sunt et hu
midi in ii. gradu. grossi et duri
ad digerendum. et tarde e stomaco
descendunt. stomaco nocivi sunt.
nervositatem eius provocant. Qui
cibum aliquem in stomaco inve
nientes cum sui frigiditate illum
servant crudum. nec dimittunt

a stomaco dissolui. Sed tamen stomaco minus nocent quam melones. quia cucumeres molردientes digestive virtuti laborem in stomaco faciunt. Melones vero stomachi sibum emolliunt et convertuntur in venenosos humores quibus stomacus percutitur. Veritamen si bene digesti fuerint melones, meliores quam cucumeres chymum generant. quia cucumeri chymus est grossus. flegmatici intus vicinus. unde ypocras. Cucumeres sunt grossi et difficiles ad dissolvendum. et magis quam melones urinam provocant. et ventrem non humectant.

De citrulis.

Citruli sunt frigidiores et grossiores. et cucumeribus graviores. frigiditas enim eorum est in fine secundi gradus. proinde grossum flegma generant. et magis cucumeribus nervositatem stomachi nocent. Rursus propter suam duriciam et frigiditatem sunt grossorum humorum et frigidorum generativi. Quod certificatur. quia cetrini in stomaco moram facientes corruptionem venenosorum humorum subeunt. ergo citruli magis omnibus stomaco nocent. Medulla tamen eorum perfectiorem chimum generat.

De cucurbitis.

Cucurbita frigida et humida in secundo gradu. flaticum generat chymum. proinde calidis natura convenit. e contrario frigidis. Colicis melior est quam sanguineis. quia eius humiditas stomachum humectat. atque suum calorem extinguit. Similiter debemus eam intelligere nocivam flaticis esse plusquam melancolicis. Que quidem melius est si colericis tali modo detur. Coquatur scilicet cum cotanis et cum mali granati succo. aut cum succo agrestis uve. aut aceto malorum citoniorum. aut cum oleo amigdaleo. vel oleo onfacino condiatur. Flaticis autem elixa et ab aqua expressa cum sinapi. pipere. apio. et menta utilius datur. ut ex eorum caliditate condimentorum temperetur. calidumque generat chymum. et condimentum eius sit cum cotanis et ceteris supradictis ut temperiem accipiat. et ad extinguendum calorem et ad stomachum confortandum. Que habet etiam his actionem medicine congruam. quia si cooperiatur pasta et assetur. et succus intrinsecus eius in pasta inventus potui detur calorem febris mitigat. sitimque extinguit. Preterea si cum cassiafistula. viola. zuchara. manna ad potandum tribuatur. solummodo colera rubea purgatur. Porro si in aqua elixetur eiusque aqua cum modico nitri et melle potui detur eis. scilicet quibus flegma seu colera dominari videtur eos summa cum celeritate adiuvat. vel tuetur. Corticis eius succus cum oleo rosaceo commixtus dolorem capitis ortum colerica complexione amputat. Rursus si ex eodem succo in aure calidum apostema habente distilletur mire dolorem placat et apostemati repugnat. Sed tamen colice passioni nocet propter sue lubricitatis indigentiam.

De lactucis.

Lactuce duo sunt genera. Est enim domestica et silvestris. Domestica licet frigida sit et humida. non tamen ei ultime dominatur. Hec enim qualitates si quantitative lactuce dominarentur. natura cibi careret. Sed actio eius soli convenit medicine. maxime si in fine

sui temporis cum induratur. Ideoque an
tiqui dixerunt eam frigidam
esse in .ii. gradu et aquis lactuce eam
assimulaverunt. Quarum comple
xio minus aquis fluminum
frigida est propter solis calorem eam usque
in profundum perforantem et propter
terre vicinitatem et sui cum luto
commixtionem. Lactuca vero cum
sit mediocriter frigida et humida me
lior est ceteris herbis ad generandum bo
num sanguinem in qualitate et
quantitate. Que si non lavetur
aqua melior est. Aqua enim sue
frigiditati et humiditati aug
mentum tribuit. Lactuca cito
digeritur. urinam provocat. stomaci
mordicationem colera rubea ortam
extinguit. unde fit causa tussim
placans. Sanguinis ebullitionem
refrigerat. vigilias patientibus
sompnum laudabilem prestat.
Capitis dolorem de colera rubea
seu sanguine ortum amputat.
Cataplasmata vero tymporibus ad su
prodicta opitulantur. Sed cocta plus
quam cruda fit esui conveniens quia
eius lac calore ignis minuitur
propter quod sompnum erat inducens
Propter hoc igitur lactuca in exordio su
o cum lacte indiget fit utilior
stomaco. et ad augmentandum
lac mulieris et vim sperma conve
nientior. Causa secundum vivans
parvitas est sui acuminis propter
humiditatis sue frigiditatisque
temperiem. Sperma et lac augmen
tat propter sanguinis bonitatem
quem generat in qualitatis et quan
titatis perfecti. Rursus eius actio
nec ventrium est solutiva nec con
stipativa. Indiget enim acumine
et dulcedine unde sit solubilis.

nec indiget stipticitate. aut pon
ticitatem non habet per quam iudi
cetur esse constipativa. Sed tamen
cum induratur et lactis copiam
habuerit eius humiditas minu
itur et fit saporis amari. unde fit
apertiva. Sanguinem pessimum
generat. ideo eam assuescentibus fit
nocitiva. quia oculorum tenebrosita
tem facit. materiam spermatis cor
rumpit. Causa visum obscurans
est sensus mortificatio. unde spiri
tus visibilis extinguitur cum sua
etiam oppilatione calorem suffo
cat naturalem. Ideoque sperma coa
gulatur. hac de causa sepe semi
ne lactuce pollutionem habentibus
ad potandum dato summa celeri
tate succurrit. Cataplasma frondium
eius habentibus erisipilam subve
nit. calidum etiam apostema dissolvit.

De lactucis silvestribus.

Lactuca silvestris
in forma quasi domesti
ca est. Rami tamen silvestris longio
res. frondesque subtiliores et aspe
riores minusque virides propter sue
parvitate humiditatis. que testa
tur sue amaritudinis multitu
do et ponticitatis. ideo minoris
est frigiditatis domestica. est enim
quasi mediocris inter calidum et frigidum
in primo gradu. Cui actio est iuvativa
quasi eupatorium. lac quoque eius
quasi lac papaveris nigri. minus tamen
frigidum. unde .dr. .i. lactis silvestris
lactuce .ʒ. i. cum suco domestice
et aceto mixta. potuique data cru
dos humores expellit. Solum etiam
lac bibitum sompnum movet. Alii
dicunt provocare menstrua propter
suam amaritudinem.

De endivia.

Endivia duplex est. silve
stris et domestica. Domestica vero

diuise uirtutis est. habet enim amari
tudinem et ponticitatem et insi
piditatem. Que tamen in duas di
uiditur partes alias. Est enim hye
malis et estiua. hyemalis autem
insipida est propter sue amaritudi
nis et ponticitatis paucitatem.
Insipiditas est propter ipsius frigiditatem
et humiditatem. unde frigida est
in fine primi gradus. Alii quidem di
cunt in principio secundi gradus. Quidam
autem eam esse humidam quod sensui
non patet. Siccitas enim eius palam
est propter amaritudinem suamque pon
ticitatem. Secundum medicinam uero
utilis est. quia cataplasmata super
stomachum mire confortat eum.
ualetque colicis et cardiacis. Esti
ue autem est amaritudo. sed mino
ris est frigiditatis. scilicet frigida est in principio
gradus. sicca in medio. i. propterea peiorem ge
nerat sanguinem. G. lactuca
siue endiuia que maioris est a
maritudinis ideo deteriorem ge
nerat sanguinem. Estiua tamen
secundum medicinam est melior quoniam
plus est apertiua. maxime constri
pationis epatis. Que si elixa de
tur cum obsomogaro et oleo co
medendum minus erit nocibi
lis. Si uero cum aceto stomachum confor
tat. uentrem constipat. Succus
quoque eius coctus dispumatusque
atque cum oxizachara bibitur con
stipationem aperit et humores
putrefactos mundificat. fitque con
ueniens diu febricitantibus. Sil
uestris quidem frigida est in initio i.
gradus. sicca in eiusdem fine. Ideoque
habet ponticitatem stomachum conforta
tem. Que si manducetur aut su
cus eius bibitur morsui scorpi
onum subuenit. Cataplasmata eo
dem modo operatur. Radix eius si
bibatur fit contra uenenum. Que
cum mirta mixta et in uulua su
posita menstrua procul dubio prouo
cat.

De apio.

Apium duplex est domesticum uidelicet et siluestre.
Domesticum in duo diuiditur. Est enim
quoddam in aqua nascens. et est ali
ud in ortis. Aquaticum autem mi
nus ortis est calidum et siccum.
proinde digestibilius est et minus
stipticum. unde conuenit natura
calidis. et ualet secundum medicinam
quia cataplasmatum cum mica
panis supra stomachum mitigat eius
ardorem. Quod uero in ortis nascitur
calidum est in principio iii. gradus. siccum
in medio. hoc testatur amaritu
do eiusque acumen. Ideoque crudum
esum citium opilationem aperit.
urinam prouocat. uentrem stringit.
proprietatem etiam habet constipatos
soluendi. et uiam humoribus facien
di. eosque ad stomachum et uuluam
et caput attrahendi. unde fit noxi
um epilenticis. maxime in uul
uam fetum crescenti. unde G. pregnan
tes inquit apium assuete mandu
cantes. causa sunt apitum gene
randorum in fetibus earum et putridarum
pustularum. Rursus. Non debemus
apium pedibus laudare. quia hu
mores membrorum corporis totius in
ad stomachum coadunat. unde uomitus
generatur. Semen magis frigidi
bus est diureticum. Radix autem ma
gis omnibus est diuretica. Que si
cum lactucis comedatur non ad
eo nocet corporibus. quia de lactu
carum humiditate temperiem a
liquatulum accipit. non numquam
in medicina mittitur semen. et
dolori prestat mitigationem. atque

tussientibus

tussienti bus remedium. fit et contra
uenenum. Sed tamen apium uniuersa
liter nocet epilensiam pacientibus.
Sucus apii ualet contra febrem
antimeriman si solus aut cum
suco maratri mixtus potui detur.

Est et aliud **De alio genere apii.**
genus apii quod uulgus cerfolium
uocat calidum est in fine .iii. gradus. siccum
in .ii. quod potui datum cum melli
crato menstrua prouocat et urinam.
laterum dolorem renum atque uesice
placat. uentris tortionem de gros
sa fumositate mitigat. Sed tamen
etiam uentositatem et omnium
uiscerum dissoluit et opilationem
aperit. **De petroselino.**

Petroselinus calidus est et siccus in
fine .iii. gradus. ideoque diureticus est.
incidens. urinam prouocat et men
strua. uentositatem dissoluens
et inflationem. precipue hoc cum
sperma facit. unde .G. petroselinus
inquit cataplasmatus super pustulas
scabiem ac morfeam mire mun
dificat. unde fit ydropicis iuuati
uus et prodicam febrem pacien
tibus. Renum ac uesice placat
dolorem. quia corporis poros ape
rit. uiasque rarificat. et humores
extenuando cum urina et sudore
procurat. epar et uuluam mundificat.
opilationem eorum aperit. et aperta
curat maxime que sunt in reni
bus. uentositatem colice passionis
dissoluit. qui pistatus et in uul
uam missus menstrua prouocat.
Secundinam et mortuum fetum
expellit. quo etiam potui dato.
mundificat fetus a grossis et in
scosis humoribus. **De eruca.**

Eruca calida in .ii. gradus est humida in
primo. Sola comesta capitis dolorem
generat. uentositatem facit et infla
tionem. Que si cocta comedatur
spermati augmentum tribuit. et
ueretrum erigit. augmentati sper
matis fit causa propter calorem eius
que humiditatem. uentris inflatio
propter calidam quam generat uentosi
tatem. Sed tamen capiti nocet dolorem
inferendo. Colericos et flegmaticos
eam cauere oportet. diligentibus
eius comestionem detur cum en
diuia. lactuca. portulaca. Sola est
accepta dolorem generat. digestionem
corrumpit. uentrem constipat.
spermatis humiditatem desiccat.
coitum ualde debilitat. frigidis
uero naturaliter conuenit. quia eorum
digestiuam uim adiuuat. uen
trem humefacit. sperma et coitum
augmentat. Dya. Eruca inquit u
rinam prouocat. quod ypocras nega
uit. dixit enim eam humectare uen
trem. non prouocare urinam et sudorem.
non enim uim habet apertiuam. Sper
ma uero eius non est inflationis ge
neratiuum. quia indiget humi
ditate. sed cum calore suo coitum
augmentat. sperma crescere non facit.

De porro.
Porrum calidum
est in medio tertii gradus. siccum in
fine. quod certificat sua ponticitas. unde
sanguinem constringit e naribus
fluentem. Sed secundum album illauda
bile est. Nocet enim stomaco faciens
inflationem ac uentositatem. et
cum suo acumine mordet intus
eius. habet etiam proprietatem facie
endi fumum nigrum melancolie pertinen
tem. qui caput ascendens uisum
facit tenebrositatem. atque sompnia
nia turbulenta inducit ac timorosa.
unde est ab omnibus cauendum. natura
lesionibus eius aptis habentibus

maxime colicis. maniacis. et opi
lationem in capite habentibus
qui comederit diligentes post cir
lactucis accipiant. portulacis
et endiuias et similia. ut eius calor
ab istis temperiem accipiat. aut
elixetur. deinde bis aut ter laue
tur. et esui priori modo detur. Quod
tamen ualet secundum medicinam. Crudus
enim comestus canales pulmonis
de crossis mundificat humoribus
epatis opilationem aperit. oxiremi
am habentibus mitigationem
tribuit. Sucus eius cum aceto o
leo rosaceo et thure naribus immissus san
guinem constringit de naribus
effluentem. secundum eos qui frigide sunt na
ture. In aurem distillatus dolo
rem placat de frigiditate exortum.
Crudus cataplasmatus super mor
sum serpentum bene prodest. Eli
xus quoque si pistetur et super emo
roidas cataplasmetur tumorem de
humiditate factum dissoluit. Ca
put eius coctum et cum sisami
leo aut amigdaleo conditum
uenerem suscitat et uentrem hu
mectat. ualetque contra colicam pas
sionem que fit de crossis humo
ribus et uiscosis. Semen porri sic
cius et fortioris actionis est. De quo
due ʒ potui date cum duabus
aliis myrte seminis sanguinem
e pectoris serratu fluentem re
stringit. gule tamen et dentibus no
cet. Quod si assetur et nasturcii se
mine misceatur emoroidas pro
dest patientibus. uentositatem in
testinorum dissoluit. tamen constipat
uentrem. Siluestre uero calidum
est in .iiij. gradu et siccum in .iij. pro
inde crossos humores dissoluit.
opilationem aperit. urinam pro
uocat et menstrua. Sucus eius si
modum pessarij uulue suppositus
menstrua prouocat.

De feniculo.

Feniculus bifarie diuiditur.
Est enim siluestris et domesticus.
Domesticus in medio secundi gradus
calidus est. siccus est in medio primi.
inobediensque digoni. Set tamen
ualet secundum medicinam. Sucus ei
eius coctus et dispumatus atque
cum oximelle potui datus ualet
contra diuturnas febres. et uri
nam prouocat. Qui desiccatus et
cum collirio mixtus fit utilis o
culorum lumini. Semen eius calidum
est in .ij. gradu. siccum in fine primi.
lactis est augmentatiuum. opila
tionis epatis. renum et uesice a
peritiuum est. lapides frangit.
menstrua prouocat. ualetque contra
febres diuturnas. Siluestris autem
stranguiriosos iuuat. lapides.
urinam. et menstrua plus dome
stico curat. Dia. Radix feniculi
cum suo semine potata ualet
contra yctericiem et contra ueneni.

De menta.

Menta calida est et
sicca in .ij. gradu. habet ponticitatem
et aromaticum odorem. unde sto
machum confortat. appetitum ir
ritum irritat. abhominationem de
putridis humoribus amputat.
Sucus eius cum suco malorum gra
natorum mixtus et cum aceto po
mi citrini singultum sedat. et
uomitum colericum. linguam
etiam lenit asperam si ex eo fricetur.
Cataplasmatus super mamas lacte
tumidas tumorem omnino dissoluit.
esui assuefactam coitum suscitat.

De borragine.

Borrago calida est
et humida in primo gradu. proprietatem
habet generandi letitiam. Si in

no missa potui detur cor etiā cō
fortat. proinde antiqui miscebant
eam cardiacis medicinis ualen
tibus passioni. Que etiā cocta cum
aqua et melle. aut zachara. et po
tui data canales pulmonis et
gutturis optime purgat et mū
dat. De portulaca. Portu
laca frā est in .iij. gº. humida in .ij.
Rami aūt ei' hñt aliquantulū
ponticitatis. vñ ꝓpt frigiditatē
frondium ualet ad incensioēm
stoī. matricis. renū. et morsionē
uesice. Calorem et febrium exti
guit acutū. et ꝓpt ponticitatem
quam rami habent stomacū
est confortans et intestina. et ua
let contra uulnera in eis ul' in ue
sica. Sanguinis fluxum undiqȝ
manauerit constringit. Suc' eius
bibitus cucurbitinos de uentre
excludit. Q'd si in capite ul' frō
te. ul' in interioribus inungatur
dolorem aufert atqȝ calorem. Ra
mi eius si manducent' dissinte
riam et colicam egestionē ha
bentibus subueniunt. ꝓpterea si portu
laca masticetur dentibus conge
latis occurrit. Leuit enī eos cor
ꝗ asperitatem de acetosis natā
humoribus. Cataplasmata sup emō
roidas eas sanguinem strigit.
Atriplex frigid' De atriplice.
est in pmo gradu. hu. in .ij. parū
nutrit. Eius ē liquor ē aquosus
cito eiciatur. Conuenit ī medicinē
ꝓpt suam uiscositatem. quia cata
plasmata sup calīm apā illā re
frigerat. maxime si sit erisipila.
Semen ei' mundificatiuum est et
collatiuum. proinde utile ē yteri
ciam hñtibus que de epatis opila
tione nascitur. De quo duabus ʒ.

cum melle potui datis colicis uo
mitus prouocabitur. De spinachia
Spinachia frā sunt et humida in ca.
fine pmi gradus. uentrē humec
tant. et ualent gule dolenti de sā
guine et colā ru. et sunt meliora
stomacho quam atriplices. De ble
Bletus frīs est et humid' in .ij. ta.
gradu. laudabilem chimum
generat. uentrem humefacit et
conuenit natura calis. Sitim ex
tinguit. tussim calidā humectat.
Malua frā ē in .i. De malua.
gº. humida in .ij. G. Malua inquit
mt' frīn et calīn ē mediocris quare
statur actio eius que dissoluit f
flegmones. et digerit saniem
apostematis. Cuius radix et sem
hoc agit. Apozima eius ualet sā
guinis fluxum. Quiddam enī hr
ponticitatis. Que si cum uino po
tui detur dissoluit grossos humo
res. renum etiā lapides frangit.
cataplasmata cum anserino adipe in
uulue apā dissoluit et maturans
ad saniem illā prouocat. De si
Sicla quam uulgus bletam cla.
appellat calida ē et sicca in pº. gra.
Inlaudabile stō prāt nutrimen
tum ꝓpt quoddam sui acuminis. et
sue multitudinem humiditatis.
Que tū si in aqua coquatur et cō
diatur cū aceto. opsomogaro. ca
rui. et olō confectio. aut amigdaleo
fit digestiōn facilius. parum tamē
nutrit. uentrem humefacit. epa
tis opilōnem apit. maxime si
sit de grossis uiscosisqȝ humoribus.
Que cocta in aqua comesta fit
stiptica. vñ ypocras. Apozima ble
te lotiuū est. corpus uero eius
constipatiuum ē. De caulibus.
Caul' frā ē et sicca in .i. gº. tūbidū

sanguinē gn̄at et melācolicū.
horribilem dat odorem. Q̄r dup̄
est. Est eni quidam blete simili
est et qui uocatur caribia. Simi
lit' carambre eiusdē actionis s̄t
cuius ceti caules. Veri q̄dem cau
les duob; modis sūt. hyemalē
silic; 7 estiui. Estiui quidem ust
orem generant sanguinē. colē
nigre inde uocaui. Q ō mōst̄t
eoꝝ acumen. ꝓinde sūt colatiui
et mudificatiui. yemales uero
nō tanti sūt acutiuus. sed ius
eoꝝ uentrem humectat 7 uriā
ꝓuocat. eoꝝq; corpus ē 7 siccū.
vn̄ est constipatiuum. q̄ꝛ ius
bibitum uentrē soluit. 7 sine iu
re comesti uentrem cōstipant.
ideoq; ut ab eoꝝ nocumēto tempe
rentur ī aqua elixantur. et aqua
p̄ma ꝓiecta in alia coquantur
cum pinguissima carne pecudis
sui suis. 7 condiant' cū coriādro
pipe. cimino. 7 allia. Similit' ca
rambre eiusdē actionis s̄t cuiu'
ceteri caules. plus tn̄ duri et in
digestiui.

De rapis.

Rapa calida est in .ij. g̃. humida in .i.
multo plus ceteris herbis nutritur
re tn̄ digeritur. mollem et in
flatam facit carnem. ꝓpt' sui uē
tositatē 7 inflationem. ꝓinde
coitum suscitat et spma augm̄
tat. Que si in aqua coquatur. et
illa electa in alia aqua recoq̄tur
duricia sue subē temperatur. 7 me
diocrit' int' bonum 7 maluz nu
triet. Que nō bene cocta diffici
le digeritur. uentositatem ge
nerabit. et in uenis 7 poris opi
lationem facit. Secundo utilis ē
si bn̄ cocta et utraq; aqua ꝓiec
ta recoquatur cum carne pigui
sima. ꝑterea s'm medicinā con
grua est. quia in eius urina podā
gricoꝝ et arteticoꝝ pedes si loti
fuerint dolori mitigatiōē p̄abit.

De radice.

Radix calida ē in .iij.
gr̄a. sicca in .ij. minus q̄ rapa
nutrit ꝓpt' suum acumē qd̄ ē for
tius acumine rape. nutrimētū
eius crossum est 7 durum digō
stoaco. s. nocatiui. est incōueni
ens oculis. dentibus. gule. et omib'
uulue doloribus. Secūm medicinā
uō conuenit. Est eni lauatiua
renum 7 uesice de crossis humo
ribus. urinam ꝓuocat. lapides fri
git. Et si cocta comedatur de hu
moribus humidis facte tussi subue
nit. Secūm cibum manducata to
tionem 7 inflationem generat.
stō fit illaudabilis qd' testat' ruc
tus eius putridus. qui fit maxi
me ante cibum. Illa eni ieiunī
esui data cohibet cibum ne desce
dat ad coctionis locum. vn̄ fit cū
indurāde digōnis. 7 naturale
uirtute inhibet cibum in supe
riori parte expellere. q̄re fit uo
mitus maxime eis qui natalit'
hnt in stō uentositatem. Que
eni post cibum accepta muno
rem gn̄at uentositatem superi'
ascendentē. 7 cū sua grauitate
descendit inferius. deponitq; ci
bum in coctionis locū. 7 ut opō
tet digeritur' vn̄ fit cū confortā
di secūm digōnem. hec est grā
sue actionis. quā nō habentibus
uentositatem impedit p't cibū
accepta. ꝓinde uolentes eam ꝓ
uomitu accipe an̄ cibū sumant.
sed ꝓ suplemento sede tertie uel
digestionis post cibum mādu
cetur.

De sparago.

Sparagus calidus et humidus est in .i. gradu. Qui domesticus est et silvestris. Domesticus est temperatior et ceteris herbis nutribilior. proinde sperma augmentat. stomacho convenit. et urinam provocat. Silvestris vero calidior et siccior est. Ideoque plus est colativus. Opilationem epatis aperit et renum. urinam provocat atque vesicis valet. Cuius radix et semen nimium valet. quia apozima eorum bibitum morsibus occurrit aranearum. Elixatus esui quoque datus ventrem humefacit. valetque contra dolorem dorsi. humida ventositate ortum. colicoque dolori mitigationem prestat. In bucca quoque eorum de apozimate lota dolorem dentium amputat. Quidam tamen nominati dicunt sparagum coitus esse augmentativum. quod G. et Dya. negant. Ego vero dico quia si coitum augmentaret non esset nisi ex copia nutrimenti. nimium enim calorem non habet nec ventositatem unde suscitet venerem. De baucia.

Baucia calida est in medio secundi gradus. humida in medio primi. que duobus modis est. Est enim domestica et silvestris. Dura grossique nutrimenti est. et minus quam rapa nutrit. Habet et quiddam acuminis unde est extenuans et diaforesin faciens. Ideoque urinam provocat et menstrua. Habet etiam aliquantulum inflationis. unde coitus fit inventiva. Que assuefacta illaudabilem generat sanguinem. Igitur ut temperetur bene oportet eam elixari. et aqua sua eiecta tertio coquatur cum lactuca. coriandro. cepa. et condiatur cum officio olei. aceti. piperis. et carvi. De culcasia.

Culcasia est radix nascens plurimum in partibus egypti. aliquantulum cum acumine habens ponticitatis. unde monstratur calida esse et sicca. Que si elixetur acumen amittit penitus. et viscositas quam prius latenter habuerat in ea manifestatur. Ideo grossi durique est nutrimenti. sed cum sui ponticitate stomachum confortat. et ventrem constipat. Et tamen si moderate comedatur bonum generat nutrimentum. valetque dissintericis cum viscositate et ponticitate quam habet. De melongia.

Melongia calida est et sicca in fine secundi gradus. quod eius acumen et amaritudo testatur morsusque quo lingua inficitur. Idcirco est cito convertibilis in coleram nigram vel ustam. Hec est eius proprietas unde cutem corporis corrumpit. lentigines. et impetigines. cancrum. elefanciam. durumque ad dissolvendum apostema generat. opilationes atque similia facit. Que ut minoris fiat nocumenti temperetur. et findatur et sale impleatur. deinde diu in aqua calida dimittatur. postea in aliam remittatur. et bis aut ter lavetur. ut aqua qua lavatur omnino careat nigredine. Deinde elixetur et aqua eiecta cum pingui carne boum. seu pecudum. porcorum similium recoquatur. Illam autem absque carne comedere volentes coquant cum aceto et oleo. De fungis.

Fungi frigidi sunt et humidi in tertio gradu. quod mollicie sua atque humiditate testificantur. Qui duplices sunt mortiferi videlicet et non mortiferi. Non mortiferi grossam habent humiditatem viscosam. actioni nature et digestioni inobedientem. unde fiunt illaudabiles ut pote tumorosi.

iadq; bonum ē ut oio caueant.
Quos comedere uolentes. corꝝq;
pati nocumentum nō respuen
tes eos elixent. atq; cum eis cala
mentum ⁊ pira misceant. et po
unt expressi in alti aqua recoq̄
tur. ⁊ cum pipe ⁊ zinzibere. cami
calamento. origano ⁊ similibꝰ
condiantur: ⁊ esu tribuantur: ⁊
in fine merum ⁊ uetus uinum
potent. Fridi uō natura accipiāt
in fine eoꝝ. ℥℥. conditum et dia
ciminum. diaton pipeon. sacge
nem ⁊ tiriacam magnā. Mor
tiferi uō diuise sūt actionis s̄m
diu̇sitatem eoꝝ. Sunt eni q̄dam
mōtem inferentes cum frigidi
tate ⁊ humiditate ueluti cum
sūt in. iiij. gr̄. Sunt ⁊ occidentes
cum nimia uiscositate ⁊ opila
tione quam in uenis ⁊ poris fa
ciunt. et ꝓpt̄ humores eoꝝ ad
dissoluendum duros ⁊ inobedi
entes. Sunt ⁊ quidam cuꝫ ma
la occidentes qualitate quā ha
bent de loco ubi nascunt̄. sicut
illi qui sunt iuxta eruginosū
ferrum. aut pannos putridos. a
ut foramen reptilium. ul' arbo
res crossas ⁊ uiscosos humores
habentes. Mōtiferoꝝ signa hec
sunt. mollicies. s. et uiscositā. hu
miditas et crossitudo. Qđ si per
medium diuidant̄ ⁊ aliq̄tuluꝫ
in aere dimittant̄. putridi pcul
dubio inuenient̄. Ignoranter
eos comedentes ita curentū. pi
ra eis esui dentur. ⁊ nitrum cū
olo potui detur aut cinis. ul' sal
cum aceto. ⁊ stercus galli seu gal
line cum aceto ⁊ melle. Apozimā ⁊
calaminti. origani. ysopi. ⁊ silium
iuuat. Refert aūt. G. qđ si pessa
rium ex eis f̄cm fuit ⁊ uulue posi
tum fluxum sanguīs stringit.

De capparis.

Cappari sūt tripli
ci modo. Est radix. fructus. ⁊ fron
des omēs sūt cali ⁊ sicci in. ij. gr̄.
qđ testatur eoꝝ amaritudo. pontī
citas. ⁊ acumen. Ideo dissoluunt
incidunt. ⁊ mūdificant stōma
supfluis huōribꝰ. opilōnes epa
tis. duriciamq; splenis aperiūt.
et urinam et menstrua puocāt.
Qꝛ utiliores sūt s̄m medicinam
q̄ s̄m cibum. quia illaudabilis
nutrimenti sūt ut pote colera
nigriq; sanguinis generatiui.
neruos ⁊ stōaci peruciunt assue
facti. vñ elixos oportet eos man
ducari. aqua eoꝝ ablata ⁊ cōdi
tos cum olo ⁊ aceto. Qꝛ si cum car
ne ul' alia re comedi ab aliquo
optantur absq; coriandro non
comedant̄. quia coriandri natā
pꝛāt temperiem nocumento cappa
roꝝ.

De cepis. porris ⁊ alleis.

Hoꝝ trium uirtus acumen habꝫ
quia de subā acuta mixta cū
crossa ⁊ t̄restri. humida ⁊ aquo
sa subtili ⁊ aerea componitū. q̄
ita possunt intelligi. Si eni unū
hoꝝ coletur ⁊ pmetur ⁊ aliquā
tulum in uase dimittatur in
fundo calicis. fex terrestris acum̄
hn̄s inuenitur. ⁊ siccus liquoreꝫ
habens cum paruo colore aereo
que int̄ se differūt. quia cepa
cal' ē in. iiij. gr̄. humida in. ij. alia
cal'. sūt ⁊ sic. in. iiij. gr̄. porr' cal' ē
in. iij. sic̄ ē in. ij. pinde cepe penitū
comesta cum sui acumine ⁊ hu
miditate malos gn̄ant huōres
in stō. Stum inflationes. uēto
sitatem. capitis dolorem. atq; in
saniam facit. Fumo ei' capita

scendente ⁊ cerebrum pcuciente.
vñ assuefacientes illos cadunt i
maniam. ⁊ tibilla sompnia at
q; melica cernūt. psertim si ex
egritudine exeuntes illas man
ducauerint. Si aūt ꝓpt̃ medici
nā moderate s'm q' oportet man
ducentur calorem inducunt et
extenuant ⁊ incidūt. hu. crossos
⁊ uiscosos. ora uenaꝝ aperiunt.
et uriā; pucāt ⁊ menstrua. ori
renuam mitigat. appetitum au
gmentat. supficiem rarificat. p
cūcto sudorem ⁊ egōnem pucāt.
uenerem irritat cum suo calore
et spina crescere facit cū sua hu
miditate. malum tñ facit nutri
mentum. Cruda uō comesta ni
chil nutrimenti corpori tribunt.
Si elixetur. ⁊ aqua pіecta in alia
recoquatur dat nutrimentū bo
num ⁊ plurimum. maxime si cū
pinguissima carne comedatur.
et cum bono condimento condi
atur ⁊ odorifero. Alia aūt pūnū
dant nutrimētum. sūt nociua co
l'icis et calorem naturalr̃ habē
tib;. Que si fuerint comesta s
frigidis et humidis naturalit̃
urinā; pucāt ⁊ uentrē humec
tant. Econtrario siccis natura fa
ciunt. Set ut coꝝ calor sibi nich
inferat nutrimēti. elixentur p
inde condiantur cū aceto et ob
somogaro. Sunt etiā p medici
na. quia morsib; canis rabiosi
remedium pstant. Q̃d si post co
mestionem coꝝ uinū forte bibi
tum fuīt ualebunt contr̃ morsū
serpentum. psunt etiā eis q ue
neno sūt infecti. et fridas passi
ones habentibus ceu tyriaca
magna.

De coriandro.

Coriandrū uō diuise uirtutis ē.
q varietas sui saporis hoc testatē.
habet enī amaritudinem et pō
ticitatem. Itaq; ypocras illud di
xit calorem habere p sua amari
tudine. ꝓpt̃ sui ponticitatē stip
ticum esse aūt. vnde dixit coriā
drum uiride calīm est ⁊ cōstipās
uentrem. ⁊ mitigans extenuā.
qd̃ pt̃ cibum datum prestat sōp
num. S; dya. intendit illud esse
fridum. dixit etiā id scrofulas
dissoluere. qd̃. G. negauit. Imp̃
sibile inquit est scrofulas refri
gerare aut refrigeratas dissol
ui. quia scrofule sunt duri cros
siq; timores. Dixit itm̃. Inten
tionem. dy. intelligere non ua
leo dicentis coriandrum ēe fri
gidum. cū sapor ē amarū. ama
ritudo uō significat calorem ex
tenuantem. Set s'm cibum du
rum digōni q; inobediēs ē. Qd̃
si misceatur cum aceto. uł mali
granati suco tempiem sumit.
vñ calorem extinguit stō. Sed'o
medicinā fit cōgruum. qa suc
cus eius cum cerusa mixt̃. aceto. li
targiro. ⁊ olo ro. fit cōe calida a
postemata. calidasq; pustulas.
Qd̃ si misceatur cū; mica panis
et farina lentis cont̃ erisipilā ua
let de crossis humorib; creata.
vñ. dyasc. qd̃. G. affirmauī. Opor
tet inquit h' cataplātis confec
tio in statu apātis nō in princi
pio poni. qm̃ in initio res est in
frigidans ⁊ dolorem mitigans.
nō dissoluens. ⁊ uulnā aperiēs.

De ruta.

Ruta duplex est do
mestica ⁊ siluestris. Siluestris
calā est ⁊ sicca. in. iiij. g. dome
stica in. iij. vñ domestica melior

est ad digerendum. qa uirtute;
incidendi habet. et crossos uisco
sosq; humores extenuandi. Ven
tositatem et inflationem dissol
uit. ventrē humectat. ꝑinde iu
uat inferiora intestina. Q si
coquatur eiusq; apozima potui
detur tollit tortionem uentris q
dolorem de uiscositate humoꝝ
et uentositate orta. Rursus si co
quatur in oleo et clisteri ex ea
fiat fiunt crossa; dissoluit uen
tositatem crossis et globosis in
testinis suspensam. In uino co
cta potui q; data fit contra ypostarcā.
Cuminum calidum ē De cumino.
in. iij. g. sicc̄ in. ij. ventositate;
dissoluit. dolorem placat et uen
tris tortionem. Coctum cum ci
baris uentositatem gn̄antibus
tempat eam. Simili modo hoc
faciunt nigelle. hn̄t etia; nigel
le aliam ꝓprietatē. occidūt eni
lumbricos si bibuntur. De a
Anetus calidus ē in fine neto.
.ij. g. sicc in medio. ventositatē
inflationem dissoluit et tumo
rem. Cui rami in oleo cocti fiūt
diuretice uirtutis. inflationē
dissoluūt. laboriosos mitigat.
somnū ꝓuocant. humida apta
ad saniem ducit. Semen ei bi
bitum urinā ꝓuocat. lac augm
tat. ventrem de humoꝝ putre
dine mundificat. dolorem tumo
rem. laboremq; dissoluit. habet
etiam ꝓprietatem extinguendi
singultum de plenitudine. Qd
si uratur fit calidum et sic. in. iij. g.
et ualet contra uulnera putrefcā.
et diuturna in uereto nata.
Carvi cal. ē et sic in De carui.
.iij. g. habet aliqntulū acumini.

vn̄ fit congruus stōm huidus
habentibus. uentositatem expellit.
digestiuam uim cōfortat. infla
tionem dissoluit. urinā ꝓuocat.
lumbricos et cucurbitinos expel
Piper calidum ē De pipere. lit.
et sicc in. iiij. g. valet frigidos et
huōrosos stomacos hn̄tibus. adiu
uat eni uirtute; digestiuam. ē
et sm̄ medicinā. quia si misceᵗ
in electuario optimū fit contra
diuturnam tussim que de cros
sis humoribus ē. Stōm et pectus
et pulmonē de uiscoso flegmate
mundificat. uentositatem et
uentris inflatione; aufert. et uri
nam ꝓuocat. De zinzibere.
Zinziber calidum ē et sicc in. iij. gdu.
habet huiditatem licet sensui nō
appareat q sic testificatur quia
putredini ē apparatum. vtile est
frīos hn̄tibus stomacos. ventrem sol
uit. huiditatem desiccat. digesti
uam adiuuat uirtute; et humec
tat uentrem. De cinnamomo.
Cinnamomum cal. ē in. iij. g. sꝫ tn̄
quia aromaticū est stōm con
fortat. epatis cōstipationē apit
urinam ꝓuocat et menstrua.
Crocus cal. ē et sicc i De croco.
pº. g. stōm cōfortat. epis cōsti
pationem apit. anhelosos iuuat.
et membra debilia confortat.
Mastix cal. ē et sicc De mastice.
in. ij. g. stōm confortat. urina;
ꝓuocat. et digōnem adiuuat.
Sinapis calidū ē et De sinapi.
sic. in medio. iiij. g. huiditatē
capis et stomaci desiccat. que si ē
pulitis cibu detur stōm de crossis
huōribus mundificat. uilk eius se
annectentibus. De aceto.
Acetum moderate infrigidat.

fortiq; desiccat. causa defectionis sue frigiditatis ē. quia de duabus componitur materiis frigiditate videlicet elementali que propter suam acetositatem ē. et accidentali humiditate acquisita de ebullitione et putredine. Omne enim acetum est in initio dulce. sed cum coquitur calore solis et aeris ebulliens non habuit vim qua custodiatur liquor eius putrefit. et in acetositatem convertitur. Itaque acetum infrigidat in .i. gradu et desiccat in .ii. Unde propter sue frigiditatis debilitatem corpus perforat velociter usque ad remota loca. et ibi facit quod vinum fecerat. Causa subtilitatis ē calor quem acquisierat ab ebullitione. Ceteri vero liquores non habent ullam similem modo subtilitatem. sicut uve agrestis liquor. et mali granati. pomi que citrini et silium. Horum actio plus in vicinis quam in remotis operatur locis. Unde .G. volentes stomachi refrigerare calorem ac membra sibi vicina. malorum granatorum succum. aut uve amare. aut citrini pomi accipiant. Utile enim ē sibi quia in stomacho morantur propter simplicitatem frigiditatis eorum. Volenti quidem refrigerare membra a stomacho remota conveniens est acetum. habet enim vim penetrantem usque ad remota loca. Ideo ē dissolutivum et extenuativum. quod calefactum potui datum orthomiam habentibus subvenit. et sanguinem et lac in stomacho coagulatum dissolvit. fit et esse venenosa et mortem inferentia. hec est opium. iusquiamum. euforbium et silia. Diuturne tussientibus ex flate occurrit. nocet tamen nove tussi maxime sicca exagitatis. Quod si coquatur cum cibis. vel cum aliqua re manducetur stomacho confortativum est. appetitivam adiuvat virtutem et augmentat. malisque humoribus ad stomachum fluentibus repugnat.

De obsomogaro.

Obsomogarus calidus in .i. gradu sic in .ii. ē. virtutem habet lavantem. mundantem et colantem. pectus enim purificat. pulmonem atque stomachum de grossis et putridis humoribus. Saporem cibis prestat. ventrem humectat. In femore dolorem vel sciam habentibus. tribuit mitigationem. sive manducetur sive clysterigetur. vulnera sordida de eo lota mundificantur. neque per sanas partes dilatantur. Garus quod de piscibus minoris ē caloris quam obsomogarus. pisces ē frigidi sunt et humidi.

De sale.

Sal calefaciat moderate. multumque desiccat. quia compositus ē ex duabus qualitatibus. Una ē colativa et incisiva. altera vero est coadunativa et constrictiva. que utreque sunt desiccantes. Idque sal desiccat in .iii. gradu. calefacit in .ii. Quod tamen duobus modis ē. metallinum videlicet et marinum. Marinum autem fit in lacubus quos salinas vulgus vocat. vel fit de aqua maris cocta estivo sole. Metallinum laudabilius ē maxime quod careat lapidibus. et fuerit clarum. obtusum et equale. Marinum vero bonum ē si fit candidum non tamen equale metallino. Dya. Sal inquit metallinum fortius ē marino. quod .G. negavit. Dixit ē illorum actionem esse equalem. utrumque etiam sal in hac actione est equale. In initio dissolvunt et mundificent super-

fluitatem crossorum putridorumque hu
morum. deinde quod ex eis remanet desi
catur et consumitur. quibus finitis
naturales corporis coadiuvant hu
miditatem. et constrictivam conservant.
et poros cutis claudunt. ut illa hu
miditas putredini non appareat.
Secundum vero medicinam conferunt.
dant enim condimentum cibis. sapo
ritatem atque acceptabilitatem
digestivam virtutem adiuvantem.

In prima — De naturis animalium.

particula licet competenter de ani
malium naturis diximus et com
plexionibus. iuvamine et nocumen
to universaliter scripsimus. tamen opor
tet in hac particula specialiter de sin
gulis aperte tractare. ut huius par
ticule intentio cordibus legentium
tenacius infigatur. fit quod necesse
nobis quidam superioris particule
repetere. i. de omnibus que sub ele
mentis constant disputare. Que
videlicet aut sunt nascentia. aut
animalia. utraque s. humane nature
repugnantia. ut pote mortifera
veluti de animalibus sunt serpentes.
de nascentibus autem lolium. aut sunt
humane nature competentia et nu
trientia. sicut de animalibus caro perdi
cum et similium. et de nascentibus gra
na. vel sunt humane nature incongru
a nullam tamen lesionem inferen
tia. sicut de animalibus est ericius et
lepus. de nascentibus autem orobum
et lupinus. Que autem sunt humane
nature inutilia neque nocentia. a
ut sunt non bene nutribilia sicut
hec que diximus. aut nullum nutri
mentum ministrantia. veluti col
loquintida. scamonea. eleborus.
anacardus et similia. At quoniam nostra est
intentio de nutribilibus scribere.
non oportet ut de aliis dicatur.
Dicimus ergo quod omne animal generaliter
bifariam dividatur. aut enim sil
vestre est aut domesticum. Silve
stria vero animalia sunt calidiora et sic
ciora. et digestibiliora. sed illau
dabile nutrimentum generantia
propter multitudinem motus et la
boris eorum. et propter calorem et siccita
tem sui aeris in habitatione. quod fit
propter caloris solis habundantiam
et propter indigentiam umbre co
operientis a sole. verum silvestria ani
malia minus sunt boni nutrimenti
in quantitate et qualitate. non sola
silvestria caprina. quia superfluita
te caloris motus et laboris quibus
assuescunt. eorum naturalis temperatur
frigiditas. ideoque nimio eorum exercitio et
saporis suavitas carnium ac odoris
gravitas amputatur. adiutori
um etiam digestive virtuti datur.
ut facillime oportuneque caro di
geratur. Cetera vero animalia do
mestica ad silvestrium compara
tionem calorem et siccitatem ha
bent temperatiorem propter sue quietis
et aeris temperiem. Proinde sunt
nutribiliora et laudabiliora. cras
siora tamen et duriora sunt ad digeren
dum. Rursus omnia silvestria vel
domestica animalia tripliciter divi
duntur. aut enim sunt masculina.
aut feminina. aut castrata. Ma
sculina autem omnia sunt calidiora fe
mininis. et minoris sunt humidi
tatis. sunt etiam laudabiliora et
digestioni faciliora. Feminina vero
que minorem habent calorem et ma
iorem humiditatem. ideo ad dige
rendum tardiora. Castrata vero
quamvis propter humiditatem feminini
sunt vicina. in calore tamen distorta

tia. quia calor eorum inter utrumque
serum est mediocris. Castrata uero
animalia maiorem quam feminina
habent calorem. masculinis quoque
minorem. Ideo digestibiliora fe
mininis sunt. Rursus in unoquoque
eorum femininorum videlicet ac mas
culinorum animalium. aut est lactens.
aut decrepitum. aut adolescens.
aut in iuventute perfectum. Lactens
uero naturaliter calidius est et humi
dius omnibus animalibus. atque tenerio
rem habet carnem. propter sanguinem
sue complexioni dominantem. Propter
hoc igitur sunt animalium quedam
in suo genere humida sicut porci
et pecudes que necessario de duabus parti
bus habent humiditatem ex etate
scilicet et complexione. quare quod ab eis ge
neratur est viscosum. digestionique
difficile. facile tamen de stomaco descen
dit. sed difficillime a membris dis
solvitur. viscosum generat flegma
maxime si non sit de masculinis ani
malibus. Quod si fuerint animalia
in suo genere sicca. sicut caprina
et bovina. suarum complexionum sic
citas cum etatis humiditate
temperatur. unde sunt leviora et di
gestioni competentia. maxime
si masculina sunt. Itaque lacten
tium caprina et bovina sunt por
cinis et pecorinis laudabiliora.
Que quidem omni laude penitus in
digent. Animalia autem in iuven
tute manentia lactentibus sunt
calidiora in qualitate in quanti
tate uero minime. Est et eorum sic
cior caro pro sue nativitatis remo
tione. unde animalia si sunt genaliter
sicca. sicut caprina bovina et sic
citatem de duabus partibus habent.
etate videlicet et complexione.

sunt ergo dura et indigestibilia et
ad dissolvendum tarda. illauda
bile quoque nutrimentum dantia.
Quod si sunt animalia in suo genere hu
mida sicut pecudes et porci. naturalis
eorum humiditas cum eorum siccita
te temperatur. Ideo iuvenes porci
et pecudes meliores sunt iuvenibus
capris et bubus. Animalia uero annu
alia sunt inter lactentium humiditatem
et iuvenum siccitatem mediocria.
Ideo omnia unum annum habentia
sunt laudabiliora propter eorum humi
ditatis ac siccitatis temperiem.
Meliora tamen animalia que sunt na
turaliter calida. calor enim eorum dige
stioni sue dat adiuvamentum. unde
laudabilius nutrimentum generant.
Propter hoc ergo animalia porcina. capri
na. et bovina cetis sunt utiliora. quo
niam naturalis eorum calor est ve
hementior et dominantior. Decrepita qui
dem animalia sunt sicciora et duriora
quia naturalis eorum calor est defectu
simus extinctionique propinquus. et eorum
humiditas vicinius finienda.
et quia virtus eorum digestiva est de
fecta accidentaliter acquisiverit hu
miditatem crudam et innutribi
lem. itaque ad digerendum difficilia
et ad dissolvendum tardissima.
Illaudabilem chimum ut pote vi
scosum flegma generantia. Sed tamen
si naturaliter fuerint calida minus
erunt nociva. et econverso si fuerint
pessimam inferunt lesionem.
hac de causa decrepite pecudes mi
nus capris sunt nocive. Constat
ergo sanguinem qui de veteribus
yrcis. capris. agnis lactentibus
et vetulis ovibus generatur esse pessi
mum. Causa eius pessimitatis
non est una set diversa. hyrcorum enim

et caprarum pessimitas fit propter suarum
carnium duriciam. suamque digestionis
tarditatem. et propter acuitatem sanguinis
quem generant. hyrci tamen peioris
sanguinis sunt generativi quam capre.
Pessimitas agnorum lactentium vel
ovium vetularum fit propter sue humi
ditatis copiam et viscositatis et
superfluitatem flatus quem generant.
unde comesta priusquam sit digesta sto
macum egrediuntur. Adolescentes
quidem pecudes licet ipsi malignita
ti pertineant etatis tamen siccitas hu
miditatem eorum complexionis temperat.
unde sunt laudabiles. digestionique fa
ciles. Bovinumque carnium generantes.
vitulorum vero lactantes et quia sunt
in augmento iuventutis. scilicet iuvenci
sunt meliores ac digestibiliores
adolescentibus pecudibus et lactentibus.
Castrata vero bovina istis sunt me
liora propter saporitatem et mollitiem
suarum carnium. unde facillime digerun
tur. Boves autem et capre in ea quan
titate sunt dure carnis et sicce in
qua porci et pecudes sunt viscosi et
humidi. propter hoc iuvenes porci et pe
cudes meliores sunt bobus et capris
in iuventute existentibus. licet boves
capris sint deteriores. Ideo lacten
tia edulina sunt convenientia in
temperatas complexiones habentibus
propter temperiem quam habent. Sunt etiam
commoda egritudine excruciatibus
simili modo caprina et pecorina bo
vinis et porcinis meliora esse fa
temur. Sufficiat universalis dispu
tatio de nutrimentis animalium.
Oportet ergo nos ut particulariter quod
restat subsequamur et congrue doctrina fa
vente unicuique animalis naturam et iu
vamentum dicamus. De pecudibus.

Pecudes sunt calidiores bobus. capris
et porcis. et humidiores quam bobus et
capris. minus tamen porcis humide.
Caro enim porcina ceteris animalibus fri
gidior est et humidior maxime do
mestica. quia silvestris porcina ad
domestice comparatione calida est et
sicca. unde minoris est nutrimenti. Do
mesticam ergo porcinam non oportet
accipi nisi raro. et solum eius extre
mitates comedantur. sicuti pedes na
res. hec enim omnia membra semper sunt
in motu. Debet tamen priusquam come
datur exercitari. Quiete vero viventes
devitent silvestria. multo magis
et domestica. Deinde abstinendum
est a capris et bobus exceptis vitu
lis et edulis cum lactantes fuerint.
causa devitandi capras porcos bo
vesque non est una sed diversa. Quie
te enim viventibus et delectatione
assuetis modicus est calor. et co
pia humorum viscosorum et frigidorum.
et caro porcina similiter est frigida
et humida et viscosa. unde fit causa
augmentandi in eis flegma humidum
¶ Status uõ dum in eodem perse
uerant ut nõ minuanẽ nec cre
scant. ¶ Declinatõ uõ ex quo in
cipiũt sinthata remitti quousq;
ex toto desierint. Vbi grã. fe
bris accidentia sũt calor innãli.
fastidium cibi. desiderium potꝰ.
dolor capitis. Instantia uigiliaꝝ.
pulsus uelox 7 frequens. Vrina
intensa 7 rũba. Ex quo g° in ali
quo febricitante sinthata ista e
mergũt dicimꝰ principiũ egritu
dinis. Ex quo uõ incipiũt auge
ri usq; dum finem crescendi ha
beant dicimꝰ augmentum. Cũ uõ
in eodem pseuerant ut nec aug

mentum habent neque diminutionem
dicimus statum. Cum vero incipi
unt remitti repente vel paulatim
vel ex toto vel ex parte dicimus de
clinationem. In dandis igitur farma
ciis ista temporis attendenda est divi
sio. Purgandum enim est in pri
cipio vel in declinatione. in augmen
to vero vel statu nequaquam. Quemad
ut ypocras ait. Circa principium
et finem omnia sunt imbecilliora.
circa statum vero fortiora. et alibi.
Inchoantibus morbis si quidem
videtur movere move. In statu
vero silentium. vel purgandum
non est quia non sufficit egrotans
sustinere et acumen egritudi
nis et violentiam purgationis.
In principio autem egritudinis
purgare volentibus consideratione
oportet ut materia sit digesta. unde
ypocras. In principiis raro far
matiis uti. et hoc pravus bene divi
dicantes facere. scilicet utrum materia
sit digesta. Item digesta medicari
et movere non cruda. quoniam cruda
existente materia. data farmatia bo
nos potius quam malos educit hu
mores. unde sequitur egri defectus.
Nos tamen si purgandi necessitas in
stitit in statu et augmento purga
mus. digesta tamen materia ut pote
aliquo levi apozimate. ut cassia
fistula. tamarindi. viole. pruni.
et silibus. vel aliquo sirupo laxati
vo. medicina vero attractiva ne
quaquam. et hec de consideratione temporis
sufficiant. De consideratione complexionis.
Consideratio enim com
plexionis circa corporum purgationem
attendenda est. Quidam enim
sunt qui ex natura complexionis facile
le solvuntur. Quidam vero difficile.
Quidam vehementes purgationes
sustinent. Quidam vero vehementi
bus non sufficiunt. unde secundum varieta
tes complexionis varius utimur
medicinis aliter et aliter agentibus. Sunt
enim quidam calidi et sicci complexiona
liter ut colerici. Quidam calidi et
humidi ut sanguinei. Quidam
frigidi et humidi ut flatici. Quidam
frigidi et sicci ut melici. Sunt preterea
terea simplices complexiones. unde
secundum varietates complexionum va
rianda est medicina. Colericos igitur si
purgare voluerimus cum medi
cina infrigidante et levi. nisi frigidi
humores sint in eis. purgabimus
cum violis. prunis. cassia fistu
la. tamarindi. mirobolli. et silibus.
cum enim fiunt calidi et sicci com
plexionaliter et tenues et macilenti
habitudine levibus indigent et
vehementes non sustinent medici
nas. humores enim cum sint leves
facile educuntur. Sanguineos
eodem modo levi et infrigidante pur
gamus medicina. nisi quando frigi
dus humor superfluit. Cum enim
habundarent humores in eis le
ves indigenti et fluidi facile edu
cuntur. vehementiores tamen sustinent
quam colerici medicinas propter humiditatis
et carnositatis habundantiam.
Flatici vero vehementes sustinent
medicinas et calefacientes. quoniam in eis
multa habundat humiditas.
et humorum fluxui resistit frigi
ditas. Melici vero omnibus reli
quis vehementiores sustinent me
dicinas propter habundantiam frigi
dorum humorum qui cum spissi et com
pacti sint facile non possunt edu
ci nisi per vehementem medicinam.
unde ypocras. melicos inferius ec

uehementius purgari conueniet.

Etatis ¶ **De consideratione etatis.** eodem modo non est pretermittenda consideratio circa corporum purgationem. Secundum enim etatum diuersitates differentes exhibemus medicinas. Etates itaque secundum diuersitatem complexionum sunt .iiij. ut asserit Iohannicius. adolescentia que calida est et humida. hec protenditur usque ad .xxv. uel .xxx. annum. Iuuentus que calida et sicca est et protenditur usque ad .xl. uel .l. annos. Senectus que frigida est et sicca usque ad .lx. aut .lxx. annos. Senium uero quod est frigidum et humidum. in uite termino dies suos metitur. ¶ Igitur si purgandi adolescentes insistent necessitas leuibus purgabimus in medicinis. ut potest medicina que purget comprimendo uel lenificando ut uiolis prunis manna uel cassiafistula. tamarindi et similibus. adolescentes enim nutrimento indigent. et non solum ad restaurationem consumptorum uerum etiam ad incrementum membrorum. preterea humores in adolescentibus sunt liquidi et fluidi et leues. membra eorum mollia et tenera. unde ex facili medicina facile mouentur. uehementes uero nequaquam sustinent. ¶ Senes uero et in senio existentes leui eodem modo si purgatione fuerit necessaria purgandi sunt medicina. Laborant enim ex defectu humorum et spirituum. unde purgandi sunt cum agarico. pollipodio. sene. epithimo. cassiafistula et similibus. Si enim uehementes darentur medicine facile succumberent. unde yppocras. Si purgatio seniori singultus superueniet mortale. Senes uero in senectute existentes et iuuenes medicinas sustinent acriores propter uigorem et soliditatem membrorum. humores enim in eis non facile per medicinam soluuntur. ¶ Iuuenes uero propter habundantiam uirtutis uti fortioribus quam senes sustinent medicinas. ¶ **De consideratione habitudinis.**

Non minus autem attendenda est consideratio habitudinis in dandis farmacis. habitudinem dico figuram corporis. figura autem consideratur in grossitudine tenuitate et mediocritate. Grossicies attenditur in consistentia carnositatis uel pinguedinis circa corpus. Tenuitas est macilentia ex nimia tenuitate. Mediocritas inter utrumque. Pingues itaque et carnosi uehementiores et dissolutiuas sustinent medicinas propter uirtutem membrorum et humiditatis habundantiam. Tenues uero et tabefacti leui indigent medicina propter paucitatem humorum in ipsis. Si enim fortes medicinas daremus extenuitatis eos ad ultimam deduceremus maciationem. Mediocres uero mediocribus purgentur medicinis. ¶ **De consideratione uirtutis.**

Virtutis quoque consideratio uirtutis certa maxime attendenda est in quolibet purgationis genere. Quidam enim uehementes medicinas facile sustinent. Quidam ex lenibus facile succumbunt. Attendendum est autem utrum uirtus sit fortis an debilis an mediocris. ¶ Si igitur corpus sit forte purgationem uehementes et acutas et dissolutiuas potest sustinere medicinas. Si uero debilis fuerit leui aut nulla indi

get me. Si eni nimia fiet huo
ru eductio in ampliore incidit
debilitatem a qua no patet ple
rumq regressus. Si aut uirtus
sit mediocris mediocris exhibea
tur purgatio. nich aut adeo ti
mendum est circa medicine exi
bitionem quantu debilitas.

De osideratione consuetudini.

Consuetudine quoq no debemu
ignorare. s. utrum sit solitus pu
gari nec ne. Ex inde eni pluma
habem purgandi corporis noti
ciam. Eis namq q consueuerat
usum medicinar laxatiuar se
curius dare possumus in medi
cinas. qm ppt consuetudinem
non abhorrent eas. Inquirendu
est q utru acceperunt medicina
nec ne. et utru facile moueant
ul difficile. ul cito. ul tarde. In
his aut qui no consueuerit me
sumere ne eis natura abhorreat
leuib utendum e medicinis. q
periculosum e ignorata eius fa
cilitate ul difficultate admoue
dum in primis uti uehemetib
medicinis. In consuetis uero uti
me. si cito consueuerit solui pt
acceptam me. faciles ad soluen
dum ppendim. vn eis minus
acute dande st medicine. Q uo
tarde consueuerit solui difficile
ad soluendu cognoscim. un me
dicinis uehementib in eis possu
mus uti. Item inquirendum
est utru consueuerit remoue me.
nec ne ut competens ad hec exi
beatur eis remedium. et que in
acutis offerenda e me. Ite utru
purgetur inferius ul superius.
Date namq medicine ad purga
dum superius aliqn laxat 7 infe
rius 7 econtro. Quib pcognita con
suetudine facile poterim obuia
re.

De osideratione sexus.

Consideratio aut sexus pretermit
tenda no est. utru sit uir aut fe
mina qui purgand est. Mulieres
eni respectu uiror frigide sut et
humide. Viri uo respectu mulier
calidi sut 7 sicci. Viri itaq ppt ri
gorem mbror 7 soliditatem 7
spissitudine huor uehemetes
substinent medicinas. Mulieres
uo qm molles carnes habet et
teneras ppt fluxibilitate huoru
et liquiditate. 7 uirtutis mbror
defectum ad sui purgatione ex
petit medicinas leuiores. 7 que
frigidos purgent humores.

De consideratione regionis.

Regionis etiam no debemus ob
mittere consideratione. Quedi
eni calida. quedam frigida. Que
dam humida. Quedam sicca. In
calidis itaq regionib constat
qm corpora facilius purgantur
q in frigida. vn leuib utendu
est medicinis. s. lenificantibus.
ut cassiafistula. tamarindi. violis
prunis. 7 similib. Acutiatiuis uo
7 dissolutiuis raro. In calidis q
regionib humores habundant
calidi et lenes qui eductioni sut
facile obedientes. In regione uo
frigida possumus uti medicis
uehementib. qm in ea habudat
humores frigidi. 7 ad soluendu
difficiles. vn in istis regionib
quidam no soluuntur ex. iiii. l. v.
ul. vi. 3. scam. In humidis uo
regionib qm in eis habudant
liquidi humores 7 fluxibiles et
eductioni obedientes leues den
tur medicine. In siccis uo conua

humores in eis spissi sunt et con
pacti et difficiles dissolutioni uten
dum est medicina uehementiori.
Item attendendum est utrum tempus
fuerit uentosum. uel a uentis tran
quillum. quoniam difficilima et periculo
sa sequuntur sinthomata. scilicet effimera.
tortio uentris. tenasmon et dis
sinteria. Ex frigiditate enim aeris plurimque
impeditur medicine effectus. In
regione uero que a uentis immu
nis est permittimus pocionatos per
campos deambulare ut ex motu
corpore calefacto moueatur et
dissoluatur medicina.

De consideratione circa materiam purgandam. et utrum digesta sit an non.

Premissis considerationibus ante purgationem necessariis
restat ut ea que circa materiam
sunt attendenda prosequamur. Circa
materiam igitur considerandum est
scilicet quantitas. qualitas. locus in
quo continetur materia. Quantitas scilicet
utrum sit pauca uel multa. Mul
ta enim existente materia uehemen
ti euacuanda est medicina. nisi aliqua
predictarum considerationum impediat
ut debilitas egri et similia. Debi
li autem existente corpore paulatim
et leui purgamus medicina. Si
uero pauca sit materia leuis ad eius
purgationem medicina sufficit.
Qualitas enim materie eodem modo
attenditur. utrum scilicet sit calida uel fri
gida. utrum digesta uel indigesta.
Calida enim materia facilius potest
educi. et cum medicina infrigidante et le
ui erit euacuanda. Frigida est cum
calefacienti et fortiori medicina.

De cibis sorbilibus et digerentibus.

Digestio enim materiei inter reliquas
considerationes maxime est at
tendenda. Materia enim existente
cruda si laxatiuam presumimus dare
medicinam bonum membrorum nutri
mento necessarium educunt humores. qui ex
sui digestione preparati sunt eductioni.
humores uero crudi a medicina nequaquam pote
runt moueri. et interius remanebunt
compacti et membris infixi. Un
de est quod quidam bonis et necessariis
eductis humoribus crudis uero et
non digestis remanentibus sentiunt
se solito grauiores et debiliores.
Inde etiam mortis periculum plurimque
incurrunt pocionati. Si uero dige
sta materia sit fiat purgatio. edu
cuntur tamen humores superflui et rema
nebunt necessarii. Unde ypocras. Dige
sta medicari et mouere non cruda.
quoniam si digesta materia recipit medicinam
facile euacuatur. et nichil de his
necessariis nutrimento membrorum subtra
hitur. Si uero sit indigesta edu
cuntur humores necessarii et relinquuntur in
corpore superflui humores. quia eger
post medicinam sentit se debilem
et magis afflictum. In qualitate
etiam attendimus quis humor sit
purgandus. scilicet utrum colera. flegma. uel me
lancolia. ne coleram pro flegmate. uel aliud
pro alio purgando. deteriorem poci
onato inducamus consistentiam.
Quis autem humor sit purgandus
sui uniuersaliter habundet siue par
ticulariter supra sufficienter prosecuti
sumus. Locus etiam in quo continetur
materia considerandus est. quoniam secundum
uarietatem locorum uarii modi me
dicinarum exhibendi sunt. Ubi grossi
humores a capite purgamus per
pillulas diacastoreas. per gargarismum
materiam a stomaco uero per uomitum
uel per inferiorem subductionem. ab
intestinis per clisterem. a matrice per
pessaria. et sic de ceteris. Signa autem

cognoscendi

cognoscendi quis humor in quo loco habundet. et quomodo purgandus sit superius edocuimus.

De preparatione corporis ad purgandum.

Oportet iterum ut cum medicinam laxativam dare voluerimus prius corpus pocionati disponamus. et ut facile et competenter moveri possit preparemus. unde ypocras. Corpora si quis vult purgare oportet fluxibilia facere. Item ante purgationem tribus diebus vel quatuor oportet corpus perhumectare cibis levibus et sorbilibus ut venter molliatur. Requiem etiam in duabus ut exercicio habiliores et faciliores sint ad vomendum. unde ypocras ad eleborum. Hiis qui non facile purgantur sursum oportet corpora prehumectare plurimo nutrimento et requie. data namque medicina si venter prius molliatur ledit stomachum et intestina. quia non potest humores attractos propter vie inferioris constrictionem expellere. et propter moram sui in stomacho. Frigidos humores itaque si purgare voluerimus cibamus eos cum cepis et carne pingui. damus et quandoque paulinum simplicem. decoquimus et pollipodium cum carne et ius inde conficimus in quo pocionandus ossa faciat. ut venter fluxibilis fiat. Si calidi humores purgandi fuerint damus malvas. mercurialem. blitas. portulacam. atriplex. conditis cum carne pingui vel oleo. Si etiam venter sit durior damus decoctionem pollipodii. et sic corpore humectato competenter exhibemus medicinas.

De medicinis que cum apozimate dantur. et quid sit apozima.

Cum corpus aliquod purgare voluimus oportet prius medicinam competenter preparare. Circa preparationem itaque medicine attendendum est. et quibus modis utendum sit medicinis laxativis. et quando et quomodo sit eis utendum. Damus etiam medicinas in pillulis more electuarii dissolutas in apozimate. quandoque in siroppo. quandoque in pulvere. In pillulis quidem damus quando remotas partes purgare volumus. et maxime ad purgandum caput. Causa autem est quia pillule antequam in stomaco dissolvantur multam faciunt moram. unde bene a capite et a remotis partibus possunt humores attrahere ad stomacum. Cavendum tamen est ne debilem habentibus stomachum et gracilia intestina in solida substantia detur medicina. ne medicine violentia et eius mora in stomaco ledatur stomachus et intestina. More electuarii tunc damus quando medias partes vel etiam in extremitatem purgare volumus. causa autem est quia moram in stomacho faciente potest extremitates purgare non tamen tantum quantum pillule. Distemperatis vero utimur medicinis quando morbus in stomaco vel in locis vicinis est. distemperamus vero medicinas aut cum vino aut cum aqua. cum vino ut a remotis partibus fiat purgatio. ut vinum enim poros aperiendo vim materie ad extremitates deferat. Cum aqua ut partes vicine purgentur. In apozimate damus medicinas ad purgandum partes intimas. dicimus autem apozima quamlibet decoctionem laxativam herbarum. frondium. florum. seminum. radicum et similium. et dicitur apozima a zeo quod est ferveo et apo quod est de. inde apozima id est defervens eo quod decoctum datur. Damus autem apozima quandoque egrotantibus. quandoque convalescentibus. hiis etiam

qui debilem hñt stom̄ & g̃cilia
intestina. his etiam q̄ medicinā
confectas recipe nō possunt q̃m
leuit̃ & sinē molestia soluunt et
purgant. Siropos q̄ utimur
ad laxandum. tum q̄a leuit̃ la
xat. tum quia quidam sūt qui
adeo abhorrent medicinas ū ex̃
aliter q̃ in siropis nō possūt ac
cipere. Puluere etiam utimur
laxatiuo / cui usus magis inuē
tus ē causa cunalitatis q̃ causa
necessitatis. datur enī in uino ali
quo. uł in cibo aliquo. uł in po
tu. Notandum ētiā q̄ ex omni
cōfectione ex quacūq; fiūt elc̄
tuaria possunt fieri pille. siro
pi. pulueres. apozimata et c̄s.
exceptis illis que recipiūt elc̄o
in tanta q̃titate ut uirtus elli
careat medicine. Vomice q̄
nō sunt dande in solida subā. q̄
niam multā morā faciūt in
stomaco. & humores resoluūt in
uentositatē. unā cito sequit̃ suf
focatō. De medicinis q̃lit̃ de
beant acui. & de scamonea quarē

Qvm q̃ mł magis ea utamur.
tiplex sit medicine uarietas. q̄
dam oportet alit̃ q̃ sua exigat
confectō p̄parare. Quasdam uō
me. q̄ ex quibȝ fiunt pille que
etiam recipiunt more elc̄tua
rii uł distemperare possimus ł
alit̃ p̄parare. Apozimata uero
pulueres et siropos nequaquā
consueuimus uariare. Cum ergo
danda ē me. considerandum ē
utrū me. ex sui receptiōe mul
tum uł parum sit laxatiua. q̄
dam ē ex sui receptiōe multū
sunt acute. quedam uō parum.
unā oportet ut minus laxatiuas

purgan acuam amplius. alias uō
minus. et leuem medicinā; di
cimus aliquā me. in parua q̃ti
tate uehementer laxatiuam. acu
medicine cōfectie addi ut ipsa la
xatiua efficiatur. Acuuntur aūt
medicine ex scamonea. elc̄tuario
agarico. esula. coloquintida & similib;
de quib; in sequētibȝ sigillatī
tractabimus. s; q̃m utimur scamo
nea frequenti de ea potius nos ex
pediamus. Causa aūt q̃r magis
scamonea utamur duplex est.
quia in parua q̃titate accepta
multū est laxatiua. alia q; mł
tum ē suauis & nō orribilis sa
poris quēadmodū alie ex qbȝ me.
acuunt̃. Videndū ē igit̃ qua
lem debeam̄ eligere q̃m multis
modis adulterātur scamonea. ad
ulteratur ē scamonea q̃n; ex co
lofonia. & tūc parū uł nichil est la
xatiua. aliq̃n ex lacte titimalli
et tūc multū ē laxatiua & inte
stinor̄ excoriatiua. Eligenda ē
scamonea colore subalbida ł sb
nigra frāgibił. In sapore suba
mara. & que ex tactu saliue mu
tatur in lacteum colorem conti
nuo. et q̄ linguā nō mordeat n̄
urat. Acuimus aūt me. cū. ʒ.
.i. scam̄. ł. ij. uł. iij. Purgat aūt
principalit̃ colam. scdario fleg
ma. tertio meliam. unā principalit̃
datur in colicis egritudinibȝ. hȝ
p̄prietatem adherendi uillos stom̄.
et inducendi q̃nq; nauseā. q̃nq;
uomitū. q̃n; fastidium. habet
naturam rarefaciendi epar & dis
soluendi. unā nociua est haben
tibȝ ex accidenti uł ex natā epar
calidum. p̄cipim̄ aūt ne nimis
subtilit̃ terat̃ nec ex subtilitate

sui uel stomachi adhereat. Ad extinguendam eius maliciam elaborandum est. Cum igitur medicinam volumus acuere eam decoquimus hoc modo. Involvimus scamoneam in folio caulis vel pomo concavato et induatur pasta et sic decoquatur in furno vel in prunis ad decoctionem paste. que infrigidata accipitur scamonea et pulverizata misceatur medicine. Notandum est autem quod decocta scamonea minus est laxativa quam ante decoctionem et ideo amplius de ea medicine apponendum est. vel si precognoverimus aliquam medicinam laxativam accepturum per viii. vel per xv. dies ante terenda est scamonea. et admiscenda est medicine ut ipsi incorporetur et uniatur. sic enim maliciam deponit et viam laxandi non amittit. Si vero tempus adeo sit angustum ut predictis modis eius malicia mitigari non possit. una nocte ante acceptionem teratur scamonea. et in modico oleo ro. vel violacei temperetur tria grana vel quatuor masticis et gummi arabici addantur ante. Duobus igitur modis acuimus medicinas que distemperate vel more electuarii accipiuntur. De pillis vero id notandum est quod pille omnes cum melle confecte vel que molles in substantia sunt eodem modo possunt acui. Que vero cum suco conficiuntur si dure fuerint acui non possunt nisi iterum trite conficiantur. et hoc modo exacuantur. **De medicinis quomodo debeant dari.**

Post preparationem medicine consequens est ut dicamus quibus modis medicine debeant dari et qualiter exhiberi. Datur autem medicina quandoque in pillis. quandoque more electuarii. quandoque distemperate. quandoque in apozimate. quandoque in siropo. quandoque in pulvere. Quoniam autem quidam sunt qui ita abhorrent medicinas quod nullas possunt accipere. Quidam vero sunt qui in solida substantia eas accipiunt. Quidam vero qui tantum in liquida. Oportet autem ut ingeniemus et aliquem modum inveniamus quo absque suscipientis abhominatione eas demus. Inquirendum ẽ ergo abeis quomodo medicinas melius possint accipere. quando abhorrent eas incautis debemus ostendere. Si vero pillas non potuerint accipere dabimus eas in nebulis involutas. prius in vino vel nectare intinctas. Enucleamus etiam ceresa vel uvas et pillas interponimus. et damus transglutiendas. In ovo etiam sorbili pillas imponimus ut eas cum ovo sorbeant. eodem modo cum pultibus. Si vero dederimus medicinas more electuarii. possumus eodem modo in nebulis involuere et dare. Quod si non abhorreat detur in cocleari. Medicine autem que distemperate accipiuntur vel in apozimate vel in siropis possumus obviare quoniam in tali quam habent sentiantur sapore. Medicinam autem in pulverem damus cum aliquo in ꝑcello vel pultibus. tamen si delicati fuerint qui purgandi sunt demus medicinas delicatas competentes quas facile possint suscipere. ut sunt catartici imperiales. benedicta. ꝑdiaprunis. diaceros. diacitoniten. diamilon secundum confectionem alexandri. siropi laxativi et similia que sunt suavis saporis. Cibos etiam et potus laxativos damus de quibus in sequentibus dicemus.

Quid faciendum sit post acceptam medicinam.

Si purgandus aliquis potionem acce
perit supdormire potest quousque
medicina dissoluatur et du
cat potionatum. hoc autem sit genera
le preceptum ut nulli medicine
ex quo cepit aliquem moue̅ sup
dormiatur quousque purgatio
sufficienter compleatur. vis enim
medicaminis perit et extenua
tur. Calor est qui dissoluit et somp
nus si durauit eius uires con
sumit. Quare autem sit supdormien
dum hec est causa. quoniam in somp̄nis
naturali calore confortato in
terius me̅. melius dissoluatur.
et uis eius fortius per totum corpus
dissoluitur et diffunditur. unde for
tius operatur me̅. Si uero more
electuarii detur medicina parum
supdormire potest aliquis nisi mul
tum facilis sit ad soluendum.
qui iam me̅ suscepit ut calore
confortato in somp̄nis et reten
to per oppillationem pororum me̅
dissoluatur et operetur. medicina
enim non mouet nisi moueatur.
Parum uero supdormiat quoniam cito
dissoluitur. Si uero noluerit supdor
mire exerceat corpus et mediocriter
ut calefaciat. Ita tamen ut non dissol
uatur in sudorem quoniam poris apertis
uis me̅. in fumositatem reso
luta euaporaret cum sudore. unde
generaliter est cauendum ne sudent
quoniam in medicine retardaretur ef
fectus. Mouendi uero sunt medio
criter ut dicit ypo. Cum uolumus ele
ctuarium ducere moue corpus. et
aluum. Deberat autem nauigatio q
niam motio corporis perturbat. In
medicinis uero que distempera
te accipiuntur uel in apozimatibus
uel in siruppis non est supdormi
endum quoniam cito mouentur et mo
uent. Si enim supdormierint uis
me̅ consumetur naturali calore
interius confortato. Corpus autem
mouendum est mediocriter ut moue
atur et dissoluatur me̅. Si autem
datur medicina in puluere ali
quantulum possumus supdormire pa
rum tamen quoniam cito mouetur me̅.

De eiectione me̅ per uomitum.

Sunt quidam qui medicinas accep
tas nequeunt retinere. Sed consueti
sunt eas per uomitum reicere. quod si
cognouerimus oportet uomi
tui obuiare. In primis igitur ligentur
brachia circa nucleos digiti et
manuum et pedum. et fiat fricatio
extremitatum. foramonibus (?) narium
detineantur ut saporis medicine
obliuiscantur. spongia aceto infu
sa furcelle pectoris applicetur circa
os stomaci. crusta et panis assi nari
bus apponatur. Comedetur etiam
pomum acetosum uel pirum et parum
de suco eius glutiatur ut sapor me̅.
aboleatur. Os quater cum aqua ablu
atur.

De medicina que non soluit. et quid sit faciendum si non soluat.

Recepta itaque interius medicina
aut soluit aut non soluit. aut an
gustiose aut leniter. aut multum
aut parum soluit. Ad hoc autem ut
non soluat me̅ quatuor cause concur
runt. fortitudo membrorum et soliditas
stomaci frigiditas. me̅ putrefactio uel
uetustas. aut accidentis adul
teratio. Inepta uero corporis dispo
sitio ad purgationem est fortitudo
membrorum et soliditas. Si enim
membra robusta sint et solida non
potest me̅. humores attrahere. ne
que ab eis aliquid dissoluere propter mem
brorum soliditatem. Si autem stomachus

fuerit frigida non potest propter siccitatem
stomachi medicina dissolui. Medicina
enim cum propter siccitatem non moue
tur non mouet. Simili modo pu
trefactio uel adulteratio medicine
acuens impediunt ut medicina non
soluatur. aut propter suam uetustatem
uel adulterationem uel putrefac
tionem. Eodem modo si corpus non
sit paratum ad purgationem ne
que medicina potest humores mouere neque
educere cum sint indigesti.

**De consideratione materie utrum dige
sta sit an non. et quid sit digestio.**

Oportet igitur inuestigare causam
ex qua medicine retardetur effectus.
Si uero fuerit impedimentum ex so
liditate membrorum cognoscemus
ex habitudine corporis. ut si fu
erit medicus tenuis et macilen
tus. Medici enim difficiles sunt ad
purgandum. Si ergo medicina data non
soluerit hiis uel parum soluerit in
hora qua soluere debuerat. et fortis
sit ad purgandum et sufficiat ie
iunare aliam possumus dare medicinam
acutiorem. Si uero stomachi frigiditas
impediat. signa erunt habundan
tie saliue in ore. eructationes
plurime. uehementia appetitus.
et tarditas digestionis. Si ergo non
soluerit medicina. apponenda est stomacho
uesica enea plena uino calido uel
aqua uel oleo. Vaporandus est etiam
stomachus cum lateribus calefactis
in uino et inuolutis in panno
et similibus ut per calorem dissol
uatur medicina. Potandus est etiam aqua
calida. et alia non est danda medicina.
Impedimentum uero ex medicina non esse
cognoscitur si eadem medicina eodem
modo preparata alii data alterum
competenter soluit. Si autem medi
cina propter putrefactionem non soluerit
danda est alia medicina recentior si possit
ieiunium sustinere. Si non sol
uerit medicina ex inepta corporis dis
positione ad purgationem quod perpen
dimus ex urina. et ex eo quod prius
non sit usus medicinis digestiuis. Primo
debemus ad humorum digestionem
laborare. deinde debemus medicinam
laxatiuam dare. Bibat autem poti
onatus aquam calidam cum oleo
et sale. deinde missis digitis in ore
uel penna uomitum prouocet. ne medicina
interius remanens nocumentum
inferat. Consilium autem nostrum est ne
alicui detur medicina laxatiua nisi cer
tissima ei uix accidat precognita.
Cum enim aliqua medicina data tarde
operatur et alia super illam detur: po
operatur prima deinde uero secunda. Unde
potionatus ad ultimam quandoque de
uenit inanitionem. Contingit
inde quandoque medicinam non soluere tum ex
sui debilitate tum ex uie inferioris
opilatione. Quandoque enim medicina humores
sufficienter attrahit sed attractos
non potest expellere quia debilis est medicina.
aut quia uia inferior est opilata. At
tracti itaque humores ad stomachum tu
morem et inflationem ipsius gene
rant. unde comprimuntur spiritualia ex
quorum suffocatione mors plerumque
sequitur. Ad hoc itaque utilior cura
est et competentior ut per clisterem fue
curamus hoc modo. decoquatur malua
et mercurialis in aqua. in fine uero de
coctionis addatur furfur ut parum
bulliat. deinde coletur colature ad
datur sagimen parum olei uel assu
gie uel butiri. et in ea distemperetur
katarticum imperiale. benedicta. uel rosata.
uel trife. sar. secundum quod calidos uel frigidos
humores uolumus purgare. et tepi

dum inciatur p inferiorem regi
onem. In ipā aūt iniectiōe pars
posterior eleuetur ut liquor ten
dat ad illa. ꝛ liquorem cōtineat
quādiu sustinere potit. Si aūt
clistere nō hūerimus cū supp
sitorius hoc modo succurrim'. coq
mus mel diu ꝛ addimus modicē
salis. Signū uō decoctionis mel
lis ē qn̄ gutta induratur piec
ta in aqua friā. deinde uō mag
daleones in aqua informentur
i modum minoris digiti ꝛ sup
ponantur. Aliud addē possumus
saponem gallicum. i. album du
rum ꝛ informamus magdalio
nes ꝛ supponim' adhibita tamē
clisteria magis ualent ꝛ maio
rem efficaciam dicunt' habere.

Premissis quibusdam q̄ circa corpu'
humanū purgandum ꝛ ipsa mē.
attendenda sunt. Superest ut de
mē digerentib; tractemus. qn̄
nō confert purgatō n̄ mā sit
digesta. Vn̄ necesse ē ut purga
tionē precedat mā digā. Dige
sta enī medicam oportet et mo
uere nō cruda ut dic̄ ypo. Expe
rientia quoq; ipā nos docet et
docuit q̄ data mē ꝛ indigā exi
stente mā. magis nocet q̄ con
ferat ut quidē de sanis egros et
egris egriores faciat. Primum
igitur dicem' qd sit digō. deiñ
qui humores indigesti dicāt'.
p̄ea qui hy sūt digesti. deinde
signa digōnis ꝛ indigōnis p
sequamur. Ultimo uō de digerē
tib; tractabimus mē. Digestio
itaq; in hac facultate multip'
dr̄. Dicitur enī digō actio uirtu
tis digestiue circa nutrimētū

membrorum. ut ē dr̄. digō fit i sto
fit in epate. fit in omnibus memb'.
Digestio etiam dr̄ cōmutatō ul'
alteratio alicui' humoris in sani
em. ut in gnātōne sanici circa ap
stemata. Dr̄ item digō p ut
hic accipitur. spissitudinis cru
ditas. ul' acredinis alicui' humo
ris in cētrium alteratio. Spissus ā
humor aliqn̄ est sine uiscosita
te subē. aliqn̄ uō cū uiscositate.
Spissus sine uiscositate ut huōr
melicus qui spissus ē nō uiscos'.
Spissus aūt cum uiscositate ut
fl'a uitreum. colera citrina uel
uitellina. omēs aūt isti s̄m spi'
situdinem sūt indigesti. Indi
gestus uō dr̄ humor s̄m cruditā
tem qn̄ ex frigiditate nimis te
nuis efficitur. Oroide. i. liquide
quia ex cruditate sua tenue ē et
indigestū. Indigest' uō dr̄ s̄m
acredinem qn̄ ex nimia caliditate
tate ꝛ siccitate huōr aliquis fit
acris. ut ex nimia sui acredine
nō possit educi absq; membrorum
lesiōe ut est cola nigra. qn̄ adui
tur urina ē rubea. ul' rubicunda
ul' uiridis. Cola etiā rubea qnq;
in caliditate et siccitate nimis i
tendit'. un̄ acris efficitur. Colera
etiā p   ꝛ eruginosa. Sic ita
q; indigestus dr̄ humor qn̄do. s.
ex cruditate sui ul' spissitudiē
ul' acredine nō pōt a mē remo
ueri absq; lesione. Huōres autē
digesti cum a suis qualitatibus
in contrarias alterari. ut si huōres
indigesti fuerint ex sui spissitu
dine oportet eos diuidere ꝛ subti
liari. Si uō uiscosi fuerint uiscosi
tatem corrigere. Si uō crudi ꝛ te
nues calefaciendo inspissare. Si

Ptō qd ē digestio ꝛ quot modis dicat'

uō acres fuerint acredinē oportet
mitigare q' habes ab alexandro
qui precipit huōres si fuerint acē
tempari et mitigari eorum acredinē
cum medicinis infrigidantibus et humec
tantibus. De signis indigestionis

Signa aūt indigestionis humorum.
humorum hec sunt. ex superfluitati
bus maxime cognoscuntur p uomitū.
p sputum. p emunctiones. p sudores.
p urinas. p egestiones qd testatur Ga.
in libro de iuditiis. oportet inquit
medicos circa iuditia egritudinum
maxime superfluitates attendere.
Si enī digeste fuerint certi codie
instante certam predicunt ostensi
onem. Si enī nō uenerint dige
ste nō ferunt certam ostensionē
uel significationem. p sputum
uō medicine consideratur indi
gestio. De signis indigestionis spu

Sputum ali ti uenientis a stomaco.
ud uenit a stomaco. aliud a pulmo
ne. aliud a capite. Sputum ueni
ens a stomaco maximā significati
onem habet ex sapore. Si enim spu
tum fuerit uiscosum insipidum.
humorē indigestum secundum uiscosi
tatem et spissitudinem circa stomachum
habundare significat. ut est u
treum fleuma. Si uō tenue et insipi
dum fleuma naturale indigestum ha
bundare significat secundum crudita
tem. Si enī fuerit acre et spissum hu
morem indigestum secundum spissitu
dinem habundare significat.
ut fleuma acre uel meliam. Si fuerit
salsum nō certam digestionis fert
significationem uel indigestionis
unde ad alias recurrendum est
significationes. Si uō fuerit ama
rum cū siti et oris desiccatione
inferens punctiones et ulceratio
nes in exitu significat humorum
indigestionem secundum acredinem ha
bundare in stomaco ut pote coleram.
De signis indigestionis sputi ue

Per sputum nientis a pulmone.
uō qd a pulmone eicitur cum
tussi significatio indigestionis atte
ditur. scilicet ex sputi substantia et sapore. Si
fuerit sputum album uiscosum et
insipidum significat humorem ha
bundare circa pulmonē indigestum
secundum uiscositatem et spissitudinem
ut est fleuma uitreum. Si uō fit liquidum
et insipidum significat humorem indi
gestum secundum cruditatem ut est fleuma
naturale. Si uō sit spissum et acre
humorem indigestum secundum spissitudinem
significat. scilicet acetosum fleuma uel melia.
Si uō salsum et spissum indigestum
secundum spissitudinem ut est salsum fleuma
significat. Si uō fuerit amarum uel
citrinum in exitu pungens et ul
cerans tracheam arteriam et ca
nales pulmonis et lacertos lingue
et gutturis significat humorem
indigestum secundum acredinem. et
significat habundare circa pulmonem
coleram. De signis indigestionis

Eodem modo uomitus a capite.
sputum per foramina palati
significationem prebet indigi
humoris circa caput ex substantia co
lore et sapore. Si enī fuerit uiscosum
insipidum et spissum significat hu.
indigestum secundum spissitudinem cum
uiscositate circa caput habundare
ut est fleuma uitreum. Si uō tenue et
insipidum indigestum secundum crudi
tatem ut est fleuma naturale. Si uō
acre fleuma acetosum uel meliam i
digestum secundum spissitudinem.
Si uō mordicationem inferat ul
ceret palatum in exitu coleram

significat habundare circa caput in
digestam secundum acredinem.

De signis indigestionis per emunctiones.

Emunctiones eodem modo signa in
digestionis declarant. Si enim spisse
et uiscose fuerint significant hu
mores indigestos secundum spissitudi
nem et uiscositatem habundare
circa caput. Si uero tenues et liquide
secundum cruditatem indigestorum. Si uero
inordinationem inferant ut uri
nas et pungant in exitu humores
indigestos secundum acredinem significi
cant.

De signis indigestionis per sudorem.

Per sudorem eodem modo indige
stionem humoris perpendimus. Si enim
sudor fuerit frigidus et uiscosus
significat humores indigestos secundum
spissitudinem habundare. Si uero
tenuis et liquidus indigestos secundum
cruditatem per saporem quos uel
si fuerit insipidus uel acris indi
gestos significat humores. Si fu
erit amarus humorem indigestum
significat secundum acredinem.

De signis indigestionis per urinam.

Urina quoque circa indigestionis ma
terie prebet significationem ex
colore et substantia. Si enim urina fu
erit tenuis et remissa significat
humores indigestos secundum cruditatem.
Eodem modo si fuerit pinguis et
remissa ut alba glauca uel sub
palida indigestionem significat.
Si uero moderata in colore et te
nuis in substantia uel amplius intensa
et tenuis non minus indigesti
indicat materiam.

De signis indigestionis per egestiones.

De egestionibus secundum
eamdem modum signa in
digestionis habentur ex colore, sapore
et substantia. Si enim fuerint liquide al
be et spumose significant humores
indigestos secundum cruditatem in inte
stinis habundare. Si uero spisse
fuerint et liquide et albe cum mu
cillaginibus flecmaticos humores indi
gestos secundum spissitudinem significat.
Si uero nimis citrine cum excoriati
one intestinorum in exitu pungen
tes humores secundum acredinem indi
gestos habundare significat.

De signis digestionis.

Executis signis indigestionis an
purgationem futuram que ne
cessaria est attendenda ponamus
signa digestionis maxime ex sup
fluitatibus habentur quemadmodum in
digestionis. Quoniam si materia indi
gesta fuerit secundum preceas qualitatem
alienatis a natura digesta erit circa
ni adustione ad certum. Secundum
igitur superfluitatum precedentium ordinem
signa digestionis exponentia a spu
to incipiamus.

De signis digestionis sputi uenientis a stomaco.

Si sputum itaque a stomaco ueniens
more salue fuerit uiscosum prius
et insipidum. deinde spoliet sua ui
scositate ex toto uel ex parte digestio
nis erit signa. Si uero prius extiterit
tenue et insipidum postea incipiat
inspissari et insipiditatem dimit
tat digestionem declarat. Iterum
si fuerit acre uel salsum prius deinde
spoliet a salsedine uel ab acredi
ne. uel si prius fuerit tenue et postea
inspissetur. uel si prius spissum
deinceps attenuetur digestionem si
gnificat. Si autem prius fuerit a
marum mordicationes et ulcera
tiones inferens. deinde temperatur
ab amaritudine ut postea mordi
cationem non inferat digestionem
manifestat.

De signis sputi digesti uenientis a pulmone.

Similiter si sputum ueniat a pulmone primo uiscosum et insipidum et difficile educatur. deinde a uiscositate et insipiditate remittatur. et facile fit ad eductionem: digestionis erit signum. Si autem tenue et insipidum uel acre a principio deinde uero inspissetur. uel prius spissum postea attenuetur digestionem significat. Similiter si a principio salsum postea remittatur a salsedine. uel primo tenue postea inspissetur. uel prius spissum postea attenuetur digestionem pretendit. Item si prius amarum pungens et ulcerans lectos gutturis. deinde spolietur predictis qualitatibus digestionem significat.

De signis sputi digesti uenientis a capite.

Sputum eodem modo ueniens a capite cir rascitione si prius fuerit uiscosum uel spissum uel insipidum. uel acre uel salsum. deinde attenuetur. et predictis saporibus spolietur digestionem declarat. Eodem modo si fuerit tenue et postea inspissetur digestionem nunciat. Item si fuerit prius amarum palatum urens et lacerans sua amaritudine et malicia sua digestionem signat.

De signis digestionis per emunctiones.

Emunctiones similiter signa digestionis declarant. Si uero prime fuerint spisse et uiscose. et postea attenuentur. uel primo tenues postea inspissentur significant digestionem. Item si pungant et ulcerant nares et faciem in exitu deinde qualitate sua spolientur digestionem significant.

De signis digestionis per sudorem.

Per sudorem etiam modum signa digestionis habentur. quoniam si sudor in principio egritudinis fuerit spissus et uiscosus deinde attenuetur et uiscositas deponatur. uel si primo fuerit tenuis deinde circa statum inspissetur digestionis erit signum. Eodem modo si in principio fuerit insipidus uel salsus. uel acris uel amarus deinde circa statum qualitatibus uel spolietur digestionem signat.

De signis digestionis per urinam.

In urina similiter signa digestionis apparent. Si enim urina primo fuerit tenuis. deinde inspissetur. uel si fuerit spissa ex continentia febris. deinde attenuetur. nisi humores digesti a principio fuerint in causa ut sanguis uel colera. uel prius remissa postea coloretur: uel primum tenuis intensa postea remittatur in colore digestionem pretendit.

De signis digestionis per egestiones.

Ex egestionibus etiam digestionem perpendimus. Si enim prius fuerint tenues et albe et spumose postea inspissentur et fiant subcitrine. declarant digestionem materiei. Item si prius fuerint uiscose et spumose et muccillaginibus flatuis immiscentur. deinde a predictis corrigantur. digestionem manifestant. Item si prius fuerint liuide uel albe. deinde accedant ad citrinum uel ad subcitrinum colorem digestionem significant.

De signis digerentibus.

Expositis signis digestionis que maxime circa corporis superfluitates attendunt. ad medicinas digerentes cum attendit illud uero est notandum quod secundum uarietatem et causis indigestionum exhibenda est diuersitas medicinarum digerentium. Indigestio autem ut supra dictum est modis: aut secundum spissitudinem cum uiscositate. uel spissitudinem sine uiscositate. aut secundum cruditatem

tem et tenuitatem. uel secundum acredinem.
Tres itaque causas predictas indigestionum
febris comitatur. Quartanam uero
secundum acredinem calliditas operatur.
Si ergo fuerit indigesta secundum spissitu-
dinem tunc erit utendum medici-
nis calefacientibus et digerentibus
et subtiliantibus spissitudinem. ut
sunt calidi cibi. et potus. electuaria
oximella et similia. Verbi gratia. aliquis
patitur ueram quartanam. in-
digesta est materia secundum spissitudinem
ad digerendum. ergo utamur calida
dieta. calidis electuariis. ut sunt
diaciton. pipereon. zinziber conditum.
diaciminon. diacalamintum. di-
acuminum que calefaciendo materiam
disgregant et subtilient.

De puluere materiam digerente.

Puluerem etiam dabimus de zinzi-
bere. cinamomo. nucibus musca-
tis. gariofilis. galanga. zedoaria.
cardamomi. carui. macis. cimino
anisi. feniculo. et similibus. Materia
autem incipiente digeri dabimus de
tertio in tertium diem simplex pu-
lium quod materiam digerat ex
parte et euacuet.

De oximelle.

Oximel quod ad idem facimus de
radice apii. feniculi. petro. sparagi.
brusci. et squille. damus mane
et sero cum aqua calida. Si uero
indigesta fuerit materia secundum spis-
situdinem cum uiscositate ut in
tercium flegma et similia. digesta enim
materia cum incisiuis calefacientibus
et subtiliantibus que spissitudi-
nem subtiliant et uiscositatem
corrigant. ut sunt calidi cibi. electu-
aria predicta et pulueres. oximel
squilliticum aut diureticum dabimus
singulis diebus cum tepida aqua.

De medicinis incisiuis.

Contingit materiam quoque indige-
stam esse secundum uentositatem et materia
non esse frigidam. ut potest quando colera citri-
na uel uitellina uel salsum fleg-
ma fuerit in causa. tunc ergo utendum
est medicinis incisiuis que parum aut
nichil calefaciendo materiam sub-
tilient. ut sunt syropus acetosus. syropus
de malis granatis. oximel etiam
simplex qui fit ex aceto et melle
tantum. Si uero indigesta fuerit materia secundum cru-
ditatem et tenuitatem digeren-
da erit cum calefacientibus et ex-
quentibus cum ipsa inspissant. ut
sunt cibi et potus calidi. calida electua-
ut diaciton. pipeon. dyaprassion.
diacalamintum et similia condimenta
in puluere de speciebus predictis. et cum
cepit inspissari damus euacu-
antia. Non autem utendum est oxi-
mellis et similibus incisiuis et subtili-
antibus quando materia non indiget subti-
liante. Si uero materia fuerit indigesta
secundum acredinem. aut erit colera ad-
usta. aut colera rubea. aut sub co-
lera rubea comprehendamus prassi-
nam et eruginosam. Isti autem hu-
mores aliquando adeo intendunt cum
calitate et siccitate ut ex sua acre-
dine non possint educi absque le-
sione nisi prius temperentur. Si
ergo colera nigra fuerit in causa. tem-
peranda erit cum frigida et humida
dieta sicut in tertiana. dabimus
ei sirupum acetosum. uel syropum
de malis granatis. balneum etiam
dulcis aque ad temperandum acre-
dinem et siccitatem utiliter adhibe-
mus. Si uero colera rubea secundum suam a-
credinem erit cum sirupo ro. uel uiol.
uel cum sirupo de nenufare cum
suco malorum granatorum acetosorum
cum frigidis cibis et potibus et similibus.

balneis dulcis aque que ad in
frigidandum 7 humectandum
ualent. **De medicinis q laborí**
ose aut leniť aut paruz aut suf
ficient' aut ultra modū soluunt.
Si aūt soluit medicina. aūt soluit
laboriose. aut leniť. aut parum.
aut sufficienť. aut ultra modū.
Si ġ leniť soluit nullo indiget ar
tificio. laboriose uō soluit me.
qñ m̄ nō est ad eductione; ppa
rata. vñ int' me. 7 matia; est cō
flictus. humores itaq3 indige
sti in uentositatem resoluunť
ex qua distendit' stomacus ĩ inte
stina 7 sequit' uentos torcio. In p
mis ġ uesicam enea oľo calido
uľ uino. uľ aqua plena; panno
lineo interposito loco torsionis su
perponim'. ł lates calefactos in
no aspgimus 7 panno inuolu
tos stomaco applicam'. Idez facim'
de puluinari calō. uľ pãno line
o calefco. **De medicina que pa**
rū soluit.
Si aūt parum fuit solut' poci
onatus si fortis sit 7 sufficiat
leuiunare detur ei statim alia me.
uľ aliqd esm laxatiuū. uľ aliqd
leue catarticū. Si aūt scire uolu
erit an ubitus sit a medicina. hic
signis cognoscitur. In uentre ñ
sentit motū nec pturbatione;
nec gungulationē. nec rugitum.
In ore non sentit me saporem. ñ
hīt eructuationes sapore medi
cine infectas. 7 aliquāta mora e
ex quo nō assellauit est interposi
ta. tunc igit' utilit' ad bibendū
dam' ei aliqd uis uľ aquā calā;
dam' ut dissoluatur siqd in stō
remansit de me. 7 educatur.
De conseruatione pocionati.
Post purgatiem uō de consuatõe
pocionati ē dicendū. Constitu
endum ē ġ in loco a frigore im
muni 7 quiete et nō luminoso.
Caueat ġ a colloquiis 7 fabulati
onibus. 7 exercitatione 7 ñ calefiat
et exsiccetur amplius 7 mai. de
inde sequatur sitis aut febris ef
fimera 7 silia. Post interpositam
uō morā cum humores tranquilli
fuint reficietur hoc mō. Gallina
uľ perdix decoquat' in aqua et de
inde fiat condimentum cū cimino
7 aniso 7 comedat inde pocionat'
mēbrum unū uľ duo 7 in inde
faciat offas. Id tñ diligenter no
tandum ē q quāto plus fuerit
aliquis solutus tanto minori
a. tenuiori dieta ē reficiendus.
et quāto uō minus tāto grossio
ri. Tenuit' ġ in cibo 7 in potu sūt
reficiendi. Bibant aūt uinū me
rum limphatū cum aqua calā.
Caueant aūt sibi oīo a cibo et po
tu 7 frigido. Membra enī ex me
debilitata sūt 7 rarefacta. Ex potu
itaq3 frido 7 cibo plimū grauā
tur 7 amplius debilitantur. Itē
cum debilis sit 7 pauc' calor nāľ
frido cibo uľ potu superueniente
facile extinguitur. Si aūt ñ sit
tps carnium detur uis ciceris. ł
si cices nō attingant ł uis amig
dalaz. uľ farina confecta cum
amigdal' 7 silia. que sūt digesti
bilia. pisces aūt non approbamus
quia sūt contitabiles 7 nō bonos
gnānt humores. Ita uō i dieta
7 quiete p tres uľ qtuor dies ob
seruetur potionati quo usq3 uires
plenas resumpserit. 7 qto āplius
fuint purgati tāto diutius sūt
obseruandi. post qrtum uō diem
competenť balneum exhibemu'

ut sordicies corporis extergatur. et si qua superflua fumositas sit circa cutem collectam per calorem balnei consumetur: uel euaporetur. et membra debilitata confortentur. Sit autem balneum temperatum et in eo parum moretur. Sequenti uero die sanguinem detrahimus nisi uires uel etas uel consuetudo impediant. aut aliqua predictarum consideracionum. et hec ad sanitatis conseruationem pertinent.

De uariis et periculosis sinthomatibus pocionati.

Pocionatis uaria et periculosa superuenerunt sinthomata. scilicet nimius fluxus uentris. febris. torcio. tenasmon. sitis. dissinteria. uomitus. defectus. appetitus. spasmus. singultus. et sincopis. simul.

De nimio fluxu uentris

Nimius fluxus uentris superuenit pocionato quandoque uicio medici. quandoque uitio pocionati .i. culpa. aut ex habilitate humorum ad eductionem. Culpa medici. ut potest si dederit medicinam nimis acutam. nisi prius consideratis his que necessaria sunt circa purgationem. Culpa pocionati ut si tactus fuerit a frigore uel in frigido loco assellauerit. uel nimis comederit uel biberit. uel si pocionatus inobediens fuerit. Fit etiam nimius fluxus uentris si humores fuerint fluxibiles et parati ad eductionem. Si ergo detur medicina nimis acuta nimium fluxum uentris inducit. uel humorem nimis educit. Ad constringendum igitur fluxum uentris ligentur brachia et extremitates manuum. deinde gallina uetus coquatur et teratur. et decoctioni addantur gummi arabici. dragaganti. et sumac. et in uino illo faciat offas addito bolo armenico. uel de uino illo pultes cum farina triticea uel mica panis addito bolo armenico. Fiat etiam balneum ex aqua tepida ut euaporetur uis medicine. et in eo paruam moram faciat ne nimis calefiat.

De febre putrida et effimera.

Febris pocionato superuenit quandoque putrida quandoque effimera. Effimera superuenit ex turbatione humorum et distemperantia spirituum. uel ex nimio frigore superueniente. uel cibis uel potibus nimis calidis uel frigidis ex nimia quantitate acceptis. uel exercitio uel uigiliis multis et similibus. Putrida uero ex humoribus attractis ad stomacum qui cum propter medicine debilitatem non possunt expelli ibidem sese conculcantes putrefiunt. Febre igitur superueniente ducatur eger ad balneum ut sudet. uel fiat ei balneum aque tepide. deinde cooperiatur ut sudet quoniam febris effimera cum sudore terminatur. Vel si pocionatus non potest habere balneum ad ignem constituatur et cum dialtea ungatur ut fiat euaporatio superflue fumositatis. Si autem hoc modo non soluitur febris scies quoniam est febris putrida. Nisi igitur debilitas egri impediat dandum est ei aliquod leue catarticum quod materiam putrefactam educat. Si uero debilis est reficiendus est donec fiat robustior. deinde purgandus est.

De tortione uentris pocionato superueniente.

Tortio uentris pocionato superuenit quandoque ex frigiditate aeris. quandoque ex cibis et potibus frigidis uel in nimia quantitate receptis et similibus. Ad hoc probatum exhibemus remedium. pannos lineos in aqua calida infundimus deinde exprimimus et quanto calidiores ferre potest ibi supponimus.

vaporam᷑ etiam stōm cu: uesica
enea aqua oleo ul' uino calō ple
na. latus 7 calor stōmaco apponi
mus. 7 cum milio tosto ul' sale
sacellamus. balneū 7 competēt
es adhibem᷑. **Ex nimio fluxu ventris.**

Tenasmon 7 pocionatis
tribꝫ modis supuenit. ex acumine
s. me. ex frigiditate supueniēte. ex
grauibꝫ et ponderosis humorib᷑
uiuiscatis et agrauantibꝫ infe
riora intestina. Si fiat ex acumi
ne mē. cognoscitur si recepit medi
cinā eufoꝝb. lac titimalli 7 silia
que natūꝫ hnt ulcerandi stōm
et intestina. fit aūt ex mē. acu
ta pungente intestina. vn uolū
tatem hnt assellandi. Egerunt
aūt gutte sanguinee 7 mucilla
gines cum egestionibꝫ. Si uō
fuīnt ex frigiditate cognoscem᷑ ex
inditio pacientis. ut si confitea
tur se exposuisse frīō aeri. frigid᷑
ē aer penetrans ad pfundu: cō
stringit inferiora. 7 prohibet uim
medicīe. ul' tactū fuisse a frigo
re ul' assellasse int' lapides. Si ā
fuīt ex humoribꝫ intestina gra
uantibꝫ cognoscit᷑ p remotiōe:
aliaꝝ causaꝝ. hīs g' competent
subuenim᷑ cum clisteri mollifi
cante q' fcīn fit de furfure mal
ua 7 sale. ut huōres uiuiscati i
intestinus dissoluant᷑ 7 educatū.
Si uō ex aliis cāis accidēit 7 flu
xum uentris nō timeam᷑ ponen
dus ē in balneo dulcis aque. p
mollificatio qđ sic fit. Pulegiūꝫ
7 altea coquantur in aqua plu
uiali 7 in ea sedeat pocionatus
usq: ad umbilicum. Si uō flux᷑
uentris timeatur fiat tale bal
neum. R. cortices castanee. cor
tices mali granati. balaustia. aca
cia. ypoquistidos. cortex pruni sil
uestris 7 nespuli. cortex coctani 7
sorbarij 7 etiam sorbes decoquant᷑
in aqua pluuiali 7 in ea sedeat pa
ciens usq: ad umbilicum. Expimē
tum ad hoc utile. Colofonia pix
greca sup carbones ponantur 7
inde partes inferiores suffumi
gentur. Ad idem. Sacellus plen᷑
furfure in uino bulliat. et sup
eum paciens postea sedeat opti
mum est ad hoc. **Ex siti que potionato supervenit.**

Sitis pocionatos sup
uenit ex dessicatione
oris stōi. 7 ppt' huōꝝ nimiā educ
tionē. Coquantur g' in aq̄ dragāg.
aī 7 spillium. 7 aqua illa detur
ei tepida ad bibendum. detur 7
syrupus rosace᷑ cum aqua pdicta
ul' aqua temperetur. semen citoni
oꝝ bibat. Candi etiam sublingua
teneat. Os etiā cum aqua frida
lauetur. 7 nichil uī tīns glutiat.

De dissinteria superveniente.

Dissintia pocionatis accidit qnꝫ
ex acumine medicīe excorian
tis 7 ulcerantis stōm 7 itestina
7 fit in fine purgōnis. Aliqn̄do
uō ex pūgitiuis 7 acutis huōu
bꝫ attractis q̄ ulcēant intrinseca
et excoriant intestina. ut sūt co
lera rubea. colera nigra. colā pra
sina 7 eruginosa qđ contigit aū
q̄ corpus multū soluat᷑. Cogno
scitur aūt dissintia ex sanguino
lentis egestōnibꝫ cum fluxu uen
tris. Ad fluxum uentris restrin
gendum et uulnera intestinoꝝ
consolidanda 7 mundificanda. detur
ius galline ubi coctū sit dragagāt.
gūmi arabi. 7 sumac. deīn addat᷑
puluis boli armenici 7 sanguis dra

conis. pultes que de uue passo vel in
aqua pluuiali fiant et super asper-
gatur puluis boli armenici et de-
tur. Fiat etiam sirupus talis. Recipe
balaustia. cortex mali granati.
cortex castanee. ana ℥ ii. acacia. et ori-
fatium (?) coquantur in aqua plu-
uiali et colentur: colature etiam
addatur tercia pars suci planta-
ginis et addito zucaro fiat syrupus
et detur cum decoctione stiptico-
rum. Syrupus etiam mirtinus plu-
rimum valet ad idem. Diacodion
etiam detur cum decoctione stipti-
ca. similiter athanasia. potio-
nisti

De fastidio superueniente:

Fastidium potionato superueniens quandoque
ex attractis humoribus ad stomachum
et non eductis qui stomaco immisce-
ti defectum appetitus faciunt et ma-
xime si circa os stomachi fuerint. quandoque
vero ex debilitatione et solutione
et rarefactione substantie stomachi, quod sic di-
scernitur. Si potionatus fuerit pa-
rum solutus et paciatur fastidi-
um potus et circa stomachum grau-
itatem et dolorem et distentionem
sentiat signum est quod fiat ex hu-
moribus stomaco inuiscatis. Si vero
multum fuerit solutus et sitis fuerit
intensa signum est quod ex rarefac-
tione substantie stomachi. Si ergo fuerit fasti-
dium ex humoribus in stoma-
co existentibus et possit sustinere
potionatus oportet ut humores
cum medicina laxatiua educan-
tur. Si vero non possit sustinere opor-
tet expectare quousque sufficiat
et tunc purgare. Si autem ex stomachi
solutione fuerit fastidium opor-
tet confortari sic. Detur ei diaci-
toniten (?) quod fit de melle
rosaceo et receptione triasandali.
et rosata nouella. et hoc si calorem
paciatur: Si vero calorem non pa-
titur diaciton calidum. Dentur etiam
citonia cocta sub prunis in vino
infusa. Sucus quoque malorum granato-
rum acetosorum detur appetitum
reparat. Sucus vue acerbe idem
prestat. Fiat etiam eis ius viride
de foliis mente et saluie et modi-
co piper cum suco vue acerbe vel
aceto. Dentur mala maciana
et similia que appetitum iuuent.

De vomitu superueniente:

Vomitus eodem modo potionatis
dupliciter accidit. Fit autem ex hu-
moribus ori stomachi inuiscatis nau-
seam et vomitum inducentibus.
aut ex malicia vel stomachi inuiscata.
vel stomachus infectus indignati-
one patitur et indigestionem et abho-
minationem quod discernitur hoc modo.
Si corpus non fuerit sufficienter
purgatum et grauitas circa stomachum
senciatur. et pondus et humores
in vomitu iciantur. patet quoniam
ex superfluis accidit humoribus.
Fiat emplastrum ori stomachi supponendum
ex suco absinthii. mica panis
cocti. aloe. masticis. dragaganti. gummi
arabici. et farina ordei distemperentur
cum suco mente. Si vis ut fiat
calidius addantur species calide et a-
romatice. Si vero grauitas non
senciatur in stomaco et sufficienter
precesserit purgatio et nullus hu-
mor cum cibis iciatur scimus quoniam
vomitus prouenit ex malicia. Si vero
humor fuerit cum vomitu purge-
tur cum vomitiua medicina vel per ventrem
si virtus potionati sufficiat. Si
vero accidat ex malicia. detur ad poti-
dum aqua in qua coctum fit
gummi arabici vel mastix. vel lauetur

stomaca medicina. detur etiam
syrupus ro. et cum aqua mastice.
Ista enim uomitum compescunt.

De singultu superueniente pocionatis.

Singultus pocionatis superuenit
quandoque in principio purgationis.
quandoque uero circa finem. In principio
purgationis fit quando humores a
tracti a medicina resoluuntur in fumum
et uentositatem ex qua replen
tur nerui. Solet illud maxime con
tingere ex uomicis medicinis. et hisque
recipiunt ellebrum in magna quan
titate. ut est yera rufina. oximel
juliani. et his similia. Ista enim
humores in uentositatem resol
uunt. Oportet ergo hi motu exerci
tari. ut ex motu calor excitetur
et medicina dissoluatur. unde ypocras. Cum
uolueris ellebrum ducere moue cor
pus. cum uero stare uolueris soporem
num fac. et noli mouere. fricamus
etiam eius extremitates. et humi
eos per capillos. per barbam. per aures.
per nares. vaporamus quoque stomachum cum
uesica enea. cum lateribus calidis et
similibus secundum predictam doctrinam.
In fine uero purgationis superuenit
singultus duobus modis. ex re
pletione. scilicet et inanitione. Ex re
pletione ut ex humoribus a medi
cina attractis neruos oris stomachi in
fundentibus et replentibus. unde se
quitur spasmosa ipsius dispositio.
Contra hunc singultum predicto modo
operandum est. Ex inanitione uero con
tingit singultus neruos oris sto
machi inanitis et desiccatis ex ni
mia humorum subductione. unde
spasmantur nerui oris stomachi et sic
instat periculum. Sequitur enim
quandoque spasmus uniuersalis partici
laris quod maxime contingit in te
nui corpore et in senibus. unde ypocras.
Si purgato seniori singultus sup
ueniat mortale. Si ergo adhuc fluat
uenter secundum predictam doctrinam con
stringendus est. Oportet autem ut
ut contra inanitionem operemur
reficiendo eos quia non cito suffo
cantur mors sequitur. Damus
ergo ius galline ut in uino faciat
offas. Damus etiam uinum temperatum.
Reficiendi et enim sunt sepe et pau
latim. quando non substinent multam
refectionem. Stomachum etiam inungimus
oleo uiolaceo. dialtea et butiro. et
aliquem pannum infundimus
oleo uiolaceo et ori stomachi supponimus.

De sincopi superueniente.

Sincopis eodem modo pocionato su
peruenire solet. quandoque in principio
purgationis. quandoque uero in fine. Certo
etiam eodem modo et ratione. ex humoribus
scilicet ad stomachum fluentibus et ex defectu
motus cordis scilicet inducentibus. Est
autem sincopis defectus motus cor
dis. qui grece syncopis uel ypoto
tina. latine exsolutio uel male
factio dicitur. a uulgo uero dicitur
spasmatio. In principio purga
tionis superuenit sincopis ex hu
moribus attractis ad stomachum et
in uentositatem resolutis.
maxime si humores fuerint. Di
stenditur enim stomachus ex uentositate
te distensus comprimit spiritu
alia. unde cessat motus cordis et de
stituitur pocionatus motu conse
sum. Contigit maxime hec pas
sio ex ellebro et uomicis medicinis.
ut tapsia. casmeola. catapucia.
nuce uomica. et similibus que naturam
habent resoluendi humores in fumo
sitatem. Quibus hoc modo succur
rimus. Moueatur pocionatus et

excitetur. extremitates eius fricen
tur ut fiat revocatio spirituum per
herbam. pannos. per nares. per ca
pillos trahatur. et nullo modo quiescere
permittatur. Convulsam etiam
calidam damus ad bibendum ei
ut medicina moveatur et citius
operetur. Ex humoribus vero ad stomachum
influentibus et spiritualia comprimen
tibus sincopim si contingat cogno
scitur ex dolore et angustia circa
stomachum. tunc itaque cum medicine laxati
va succurrimus. In fine purgati
onis contingit sincopis ex ni
mia inanitione et debilitate stomachi.
Cum ergo corpus erit nimis ina
nitum pauci sunt humores et spiritus.
unde paucus sanguis transmittitur
in concavitatem cordis ad generati
onem spiritus vitalis. qui cum pauci
sit non sufficit dilatari. unde se
quitur defectus motus cordis.
Colligantia enim oris stomachi ad cor
cum debilitatur fit stomachus et rarefactus
id idem facit. Contra hec
ergo sinthomata sic est laborandum.
Bibentur frequenter et modice cum
cibis sorbilibus. detur ergo eis ius
galline ut in eo faciant offas.
In iure autem ponatur pulvis carda
momi et cinamomi ut stomachus
confortetur. comedant parum
de gallina vel de perdice. bibant
etiam vinum temperatum cum aqua
calida. et applicentur naribus o
dorifera ut rosa. mirtus. muscus.
lignum aloes. et similia ut potionati
confortentur. De spasmo s
Spasmus ex inani superveniente.
tione supervenit tamen potionato. Est
autem spasmus contractio nervorum vo
luntarium motum impediens.
Cum autem fit spasmus alius fit

ex repletione. alius ex inanitione.
alius ex frigiditate. non supervenit
tamen potionato nisi ex inanitione
qui semper est mortalis. et maxime si
fuerit universalis. unde ypo. Spasmus
ex elleboro mortalis. Fit autem spasmus
ex acumine medicine duobus mo
dis. aut tamen medicina est acuta
vel nimia quantitate sua humo
res educat. aut quando acumine suo
nervorum humiditatem consumit.
unde eorum contrictio sequitur. quod spas
mus dicitur. Si ergo spasmus universalis
fuerit parum vel nichil in eius
cura proficimus secundum particula
rem vero dum incipit sic operabi
mur. Si venit durente secundum predictam
doctrinam constringemus. Si autem
constringere non potuerimus nichil
in educendo proficimus. decoquantur
itaque in aqua. malva. altea. bra
ca ursina. viole. fenugrecum. et
semen lini. ex quibus decoctio in
aqua decoctionis conficiatur em
plastrum addito semine lini. fenu
greco. et psillio. addito quoque butyro
et assungia porcina. ponatur hoc
emplastrum circa ascellam et spinam
dorsi usque ad nucam. scilicet ubi est origo
nervorum. ungantur quoque spine et colli
et maxille. et musculi. et nucha
cum dialtea butiro. et oleo violaceo.
In aqua predicte decoctionis oleum
coque ponatur vel violaceum. et spon
gia unde est vaporabis infusa ex aqua
illa. etiam vaporentur spina et
ascelle. et partes spasmate. vel de
predicta decoctione et oleo communi. fiat quoque
balneum eis. et parvam moram
in eo faciant. valet etiam ad hoc
sicut medulla cervina. et assun
gia gallinacea partes predicte in
ungantur. Conculceatur etiam lac

mulieris que feminam peperit
super totum caput 7 spinam unde
est nervorum origo 7 frigentur ut
nervi humectentur. **De virtute
medicinarum laxativarum compositarum
Tractationis nostre 7 simplicium.**
series quid faciendum ante pur-
gationem. quid in ipsa purgatione
quid post purgationem sufficien-
ter edocuit. Restat ergo ut de virtu-
te medicinarum laxativarum conse-
quenter dicamus tam composita-
rum quam simplicium. usum earum
7 effectum ostendendo 7 que sint
multum laxative 7 que parum.
que laxant angustiose. que le-
niter. que quos humores laxant
purgantur. et quomodo 7 quibus ex-
pediant egritudinibus. Medici-
narum itaque alia simplex. alia com-
posita. Simplicibus medicinis
utimur talibus quales natura
produxit. ut sunt herbe. radices. se-
mina. 7 similia. que nullo alteran-
tur artificio. Simplices 7 dicimus
quod licet aliquod artificium recepe-
rint altius medicine non habent admixti-
onem. ut est scamonea. opium. ele-
terium. tamarindi. 7 similia que
variantur aliquo artifitio. nec
tamen amittunt alterius medicine commixti-
onem. 7 primo dicendum est de sim-
plicibus medicinis. tertio de compositis.
**De simplicibus medicinis purgantibus
comprimendo.**
Medicinarum ergo simplicium
secundum varios purgandi
modos usus est quadruplex. alie
enim purgant comprimendo. alie leni-
ficiendo. alie attrahendo. alie dis-
solvendo. vel liquefaciendo. Com-
primendo purgant que ponderos-
sitate sua humores a stomaco 7
epate 7 venis capillaribus 7 me-
saraicis 7 intestinis evacuent vel
stipticitate sua quam habent constrin-
gendo et comprimendo humores
educunt. ut sunt tamarindi et mi-
robolani omnes. lapis lazuli. ab-
sinthium. ferrugo et similia. Id
autem notandum quod omnes medi-
cine que comprimendo purgant
que humores 7 feces remollien-
do intestina lubrificando humores
a partibus vicinis evacuant. ut
sunt cassia fistula. manna. viole.
mercurialis 7 similia. 7 hec similiter
parum laxant. Attrahendo purgant
quoniam virtute atractiva quam habent
atrahunt 7 educunt humores a
membris ad stomacum 7 ad intestina.
attrahunt autem ex virtute atracti-
va humores quam habent non ut quidam
nugantur ex calitate. frigiditate. sic-
citate 7 humiditate. sed quadmo-
dum videmus quod magnetes et
adamans virtutem habet attrahen-
di ferrum non altius metalli vel
corporis quadmodum agathes at-
trahit paleis 7 festucis et non
alia corpora licet leviora sint.
Sic 7 medicine quedam virtutem
habent attractivam humorum. una vim
altera altius. ut scamonea vir-
tutem habet attractivam colere principa-
liter. elactirum flatis. Elleborum
nigrum melie. 7 sic de ceteris. humo-
ginis quedam sunt laxativa vehe-
menter ut scamonea. eleborum utriusque
elacterium coccognidium. titimalli.
omnis lactidos. laureola. colloqin-
tida 7 similia. Quedam vero pa-
rum ut viole. agaricus. pollipo-
dium. semen epithimi 7 similia.
dissolvendo vero sive liquefacien-
do purgant. que humores quos
attingunt liquefaciendo educunt.

ut sunt calx uiua. tartarum. eu
forbium et silia. Ista etiam habent
aliquid uirtutis atractiue. Illo tamen
non. quoniam istis raro est utendum quoniam
naturam habent excoriandi inte
stina maxime in tenui corpore.
et cito inferunt inde dissinteriam.
Incipiendum est ergo modo de me
dicinis que purgant comprimendo.

De tamarindis.

Tamarindi fruc-
tus sunt cuiusdam arboris in
india colore nigri. qui conquas
sata et in quadam confectione
redacta ad nos deferuntur. Sunt
autem frigidi et sicci in secundo gradu.
purgant autem principaliter cole
ram rubeam. secundo nigram incipi
entem humores aduri. unde compe
tenter dantur ad euacuandum co
leram adustam in stomaco in
testinis et epate. ut ictericis contra
opilationem epatis ex calore.
i. ex colera cum suco fumi terre.
utimur et eis in medicinis confec
tis sic. et in apozimatibus dantur
etiam distemperati cum aqua pru
norum remotis nucleis et grossi
ori substantia.

De mirobolanis.

Mirobolani et purgant et laxant
comprimendo. Sunt autem mirobo
lanorum v. genera. Citrinus. Kebuli.
Bellinicus. emblicus. indus. et sunt
fructus diuersarum arborum. eligendi
sunt qui erunt gumosi. quoniam ex
gumositate sua laxant. Sunt autem
omnes frigide et sicce complexionis.
Inter omnes uero magis laxatiui sunt
citrini. purgant autem principaliter
coleram rubeam. unde competenter dan
tur ictericis tercianariis contra
distemperantiam epatis in calore
et oppilatione. contra defectum
appetitus ex colera ad purgan
dum stomacum et intestina. ad purgan
dum et aquam citrinam ydropicorum
pacientium. asclitem. uel timpanitem.
Dantur autem distemperati in aliquo
liquore per noctem. ut sero caprino
uel suco fumi terre. uel aliquo apo
zimate. Notandum uero quod non debent
decoqui quoniam per calorem gumosi
tas in fumum resoluitur. unde
uis laxandi debilitatur. Ex gu
mositate enim sua laxatiui sunt.
et sunt maiores citrinis et obliqui.

De kebulis.

Kebuli similiter
frigidi sunt et sicci complexionaliter.
magis tamen frigidi sunt quam citrini.
et minus participant ad ama
ritudinem. unde minus sunt laxatiui.
et magis stipticitate participant.
purgant principaliter coleram ni
gram. et omnes adustos humores.
secundario coleram rubeam. unde princi
paliter dantur pacientibus febre quar
tanam notham. pacientibus eti
am cardiacam et sincopi ex cole
ra nigra. Conferunt et opilationi e
patis et splenis et fluxui emoro
ydarum. quoniam sanguinem mundifi
cant. prosunt etiam caligini ocu
lorum et debilitati uisus ex melico
fumo. et aliis egritudinibus ex co
lera nigra. Usus eorum est ut dentur
temperati in liquore aliquo uel su
co alicuius herbe. In confectis etiam
medicinis fiunt pilule ex eis ad ui
sum clarificandum de v. generibus
mirobolanorum. s. ex kebulis quibus cum semi
nibus diureticis fit puluis et datur
cum cibis. plurimum enim ualet
obscuritati oculorum.

De kebulis indis.

Indi kebuli eodem modo
sunt frigidi et sicci. habent autem medi
um effectum inter kebulos et ci
trinos. purgant enim coleram ru-

nō tm̄ quantū citrini. et coleram
nigrā nō tantū q̄ntum kebuli.
Dantur aūt ⁊ conferunt eisdē pas
sionib; quib; kebuli ul' citrini
eodem mō s; nō tantū quātū
kebuli ul' citrini. De kebulis.

Bellirici ⁊ emblici sūt bellirici.
frigidi sūt ⁊ sicci. effectum hn̄t
similem cū kebulis. purgant
etiam principalit' colerā nigrā.
s'c'dario coleram rubeam. ūn̄ com
petent' dantur eisdem egritudi
nib; ⁊ eodem mō quib; kebuli.
⁊ eodē mō licet nō tm̄ conferāt.
Notādū tm̄ qd mirobolani oēs
stōm. ⁊ intestina. uenas mesara
ycas ⁊ epar maxime purgant
parum uō remotas partes.

De absinthio.

Absinthium
herba una ē que purgat comp
mendo. calā in p° gradu. sicca i
s°. purgat p̄ncipalit' coleram
rubeam. s'c'dario f'l'a de ore stoāci.
et epate. Duplicem aūt ut legi
mus in libro graduū habz uir
tutem laxatiuam. s. et stipticā.
Si enī humores digestos inue
nient eos comprimendo ⁊ ama
ritudine sua mouendo educit.
Si uō indigestos inuenūt stiptici
tate sua eos constringendo red
dit compactiores ⁊ magis indi
gestos. datur aūt ad purgādū
coleram ex ore stoī ⁊ epi ⁊ uenā
mesaraycis. contra defectū ap
petitus ex colā. Sublī quoq; sto
machi ⁊ epis constringendo cō
fortat. Epatis ē et splenis opi
lationem soluit. datur etiā in
apozimate calīdo aliquo. ul' q'
magis ualet detur eis sucus cū
zucaro. De lapide lazuli.

Lapis lazuli similit' purgat cō
primendo. est aūt lapis coloris
ex quo lazulinū fit. ⁊ est frigid'
⁊ siccus cōplonalit'. purgat prin
cipalit' melācoliam naturalem
ponderositate sue subē. ⁊ uirtus
atractiua quā hēt ualet sincopi
ex humore melico. quartane uō
cardiace ⁊ spleneti ac ceteris etiam
passionib; ex eodem humore uta
lit' medet' non p se s; alicui me
dicine admixtus. ut ex theodo
ricon anacardī. fiant pille addito lapi
de lazuli in duplo ad pond' ana
cardor. prius tm̄ p̄parentur hec m̄.
p̄mo teratur subtilissime ⁊ uio
letur in modū color. deīn lauet'
in aqua purissima. ⁊ cū aqua fu
erit turbulenta eiciatur ⁊ p̄tea
reponatur: et sic tam diu lauet'
quo usq; lazulinum purum in
fundo remaneat. ⁊ aqua rema
neat purissima. ⁊ sic p̄paratum
addatur me. De ferrugine.

Ferrugo comprimendo purgat. ē
aūt ferrugo cacca ul' spuma fer
ri. purgat aūt ponderositate su
a humores quos inuenit in stō.
et in intestinis. p̄ncipalit' aūt ē
meliam uī hēt constringendi.
unde podest pacientib; emoroy
dis. ⁊ c'tra nimium fluxum mē
struor. utimur ea in medicinis
confectis ut in' ferasar. ferru
ginea datur in puluere etiam.
s; qm̄ hēt naturā ulcerandi inte
stina debent addi stiptica ut ro
se. balaustie. psidia. ⁊ similia. p
se uō nō detur qm̄ induat dissi
teriam debet eligi lucida ⁊ bene
trita. prius debet ablui ter ul' q'
ter donec tota fex recessit. et ita
lauata erit efficatior.

Expleto tractatu medicinar q'

purgant compmēdo. ad ea que
purgant lenificando tūnseam.
lenificando aūt purgāt que hu
mores et feces eos lenificando
et intestina lubricando eos idu
cunt. ut cassiaf. mirabolani al. mal
ua. māna et consimilia.

Cassiafistula (De cassiafistula.)
inter calitatem et frigiditatem ē
tempata. aliquantulū ūo humida.
unde intestina lubricando et hu
mores leniendo laxat. est aūt
cassiaf. fructus cuiusdam arboris.
et ex ea medulla est medicina
lis. purgat principalit' colerā
rubeam de stōaco et intestinis.
unde conuenienter medetur
colicis egritudinibus. ut tertia
ne febri. et distempantie epatis
in calore. et cōt habūdantiā co
lere in stō. eis etiā qui constric
tionem uentris ex stercorum de
siccatiōe paciuntur ut in macil
lentis contingit. pacientibus acu
tis plurimū confert. feces enī
molliendo soluit. usus enī eius
est cum medicinis cōfectis et
apozimatibus. et p se datur etiā
lotiua ē cū aqua calida ul' frig.

Mercurialis est (De mercuriali.)
herba quidam frigida et humida
uiscosā habens subam. unde et
lenificādo purgat principalir
educat colam a stō et intestinis
et ab epate. datur et sucus eius nō
coctus cum zucaro ad purgan
dum coleram. ex decoctione enī
uim laxandi in pte amittit. de
coctio aūt eius cū olō amigdali
no siccae tussi pdest et thoracis cō
strictioni. Iuscellata aūt cum
carne pingui ualet his q med.
laxatiuam nō accipiunt. uētrē

enī mollit. utilit' quoq clisteribus
admiscetur ut eius elixatura cū
decoctione furfuris addito sale
olō ul' melle et axungia iniciat'.

Malua herba est tē (De malua.)
perate calida et parū humida
que uentrem leniendo et molli
ficando educat. principalir colā
a stō quadmodū omēs
medicine lenificantes. parum
est laxatiua. ualet constrictiōi
uentris ex desiccatione stercorum
cum olō amigdalino. sicce tus
si medetur. data cum carne pi
gui uentrē mollit et intestina
lenificat. unde pocionem accepti
uis pdest. clisteribus quoq adhi
beatur cum oleo et sale. ul' si forci
us facere in decoctiōe distempe
retur bndicta ul' aliq alia me.

Manna est gumi (De manna.)
cuiusdam arboris frigide et sicce
complexionis. purgat lenificādo
colam rubeam. raro uō coleram
nigram. unde competent' dat' ter
cianariis yctericis contra defectum
appetitus ex colera. habētibus epar
distempatum in calore. et cont'
ceteras colericas egritudine. U
sus eius in confectiōibus est. ut
in trifera sar. et in apozimatibus.
datur et p se ad purgandum co
leram cū aqua calida ul' frig.

Post medicinas lenificātes se
quitur ut de atractiuis dicamus.
harum aūt quedam sūt laxatiue
multū. quedam parū. Multum
laxatiue sūt ut scamonea. ebulus.
electium. titimalli oms. Colloqui
tida. aloes. agaricum. Coccognidi
um. lactides et similia. Quō aūt
frequētius scamō utimur de ea prius
nūc expediamus. (De scamonea.)

camonea ē

Scamonea ē medicina calida et sic
ca in tertio gradu. ut autem asserit
diascorides scamonea ē frutex
longitudinis duorum cubitorum.
folia habens expansa. et inde lacte
humor distillat. qui coagulat
in trociscos formatur et ad nos
transfertur. trocisci autem illi scamo
nea sunt dyagridium appellatur.
purgat principaliter coleram se
cundario flegma. tertio meliam. unde da
tur utiliter tercianariis nisi nimia
sit caloris intensio. yctericis ualde
et contra distemperantiam epatis in
calore. et contra defectum appetitus ex
colera. Sed accipientibus que gutta ex
colera in aliqua parte corporis utili
ter medetur. laxat enim uehementer
et remotas partes purgat. usus
eius administratur in confectionibus.
per se enim numquam debet dari. Dosis
enim minor est. ʒ. i. media. ℈. ii. et
maior. ℈. iii. minima ob. i. Qualiter
debeat eligi quomodo preparari
superius sufficienter edocuimus.

Eleborus ⟦De eleboro albo. R.⟧
albus una ē de medicinis que
multum sunt laxatiue. Est eleborus
herba crescens in montuosis lo
cis. et folia habens similia plantagi
ni. sed oblungiora et acutiora sti
pitem habet altitudinis unius bra
chii cubitus et eo amplius radicem
albam. et que multas producat ra
diculas. eius tamen radix medici
nalis est. Eleborus igitur albus calidus
et siccus uirtutis est. purgat su
perius et inferius et multum est
laxatiua et laboriose ducit nisi
materia sit digesta. habet enim proprie
tatem resoluendi humores in uen
tositatem quos usus eius est in medicinis
confectis et in apozimatibus. datur
etiam cum uino tritici uel tipsana
ut parum in stomaco faciat moram
et ut humores ita remolliantur
et facilius preparentur ad exitum.
omnibus autem nocet decoctio eleborus.
quia ipsa substantia minus et si diu mix
tus fuerit in medicina quam recentum.
numquam uero detur nisi materia fuerit prius
digesta quoniam inducit periculum. Sit
autem generale preceptum ut quicumque
receperit eleborum nullo modo quiescat
quia sincopim solet inducere. Sed
cum uolueris eleborum ducere. mo
ue corpus neque supdormiat quoniam ex
resolutione humorum in uentosita
tem sequitur suffocatio spiritu
alium et mors. purgat itaque flegma
et uiscosos humores principaliter. se
cundario coleram. ut sunt apoplesie e
pilensie. syatice. podagrice et ar
tetice. colicis etiam et yliacis mede
tur et similibus. ⟦De eleboro nigro.⟧

Elleborus niger calidus ē et siccus
in tertio gradu. similem habet uirtu
tem cum albo excepto quod non ē adeo
laxatiuus. et tantum laxat inferius.
nascitur in locis muntuosis. radi
ces habet nigras interius albas. fo
lia similia sunt falx lupine que
marsilium dicitur. Radix eius tamen est
medicinalis. utimur eo in medi
cinis confectis et apozimatibus uel
in uino aliquo decoctum damus
remota substantia. purgat specialiter
meliam naturalem et innaturalem
unde prodest quartanariis. maniacis.
melicis. tremulosis. uertigino
sis. spleneticis et similibus. damus
de eo in medicinis ℈. i. in decoctione uero
ut remoueatur substantia ʒ. ii. uel. iii.

Elacterium ⟦De elacterio.⟧
est succus cucumeris agrestis qui
cucumeris amarus dicitur. cuius

folia laxatiua sunt radices ⁊ fructus. Cucumerus agrestis circa sui maturitatem colligitur. scilicet in diebus canicularibus ⁊ succus eius exprimitur ⁊ ad solem desiccatur quousque in magdaleones possit formari. ⁊ sic confectum dicitur elacterium. est autem calidum ⁊ siccum virtuti et plurimum laxatiuum. purgat per os ⁊ uentrem. Usus eius est in confectionibus apponi et ut admisceatur non exacuitur ereo medicina nisi cum pondere dimidii. ℈. Qui autem recepit elacterium ut superdormiat si moueatur quemadmodum qui susceperit elacterium quoniam suffocationem inducere solet. purgat principaliter flegma et uiscosos humores. sed colleram. unde ualet contra paralisim. ⁊ apoplexiam. epilensiam. colicam. ⁊ yliacam. febri cotidiane ex uitreo uel naturali flegmate. sciatice. artetice ⁊ podagris subuenit. attrahit enim maxime a remotis partibus et purgat. Ceteris etiam passionibus ex flegmate medetur utiliter nō detur pse.

De colloquintida.

Colloquintida de medicinis est que purgat attrahendo et est laxatiua multum. Est autem colloquintida fructus quidam in modum pomi qui ⁊ cucurbita alexandrina dicitur. exterius corticem habens durum. interius uero pulpam ⁊ grana continens. de ea multum est pulpa. Eligenda est illa que collecta fuit in augusto circa sui maturitatem. Quedam enim colliguntur in uere ⁊ nimiam habent amaritudinem. ex sua amaritudine ⁊ immaturitate preter modum sunt laxatiue. Eligenda est etiam que colorem habeat album uel uergentem in citrinum. Cauendum est quoque ne illa recipiatur que sola in arbore sua nascitur quoniam totam uim arboris in se retinet. unde in nimia quantitate laxat ⁊ laboriose et cum angustia. In colloquintida etiam extra pulpam iuxta alexandrum coquatur uinum et eo diminuto refunditur aliud. ⁊ ita ter uel quater ⁊ bene hoc modo leuiter cocta detur sub. quod plurimum confert epilenticis. purgat autem principaliter flegma ⁊ uiscosos humores. unde medetur epilenticis ⁊ apopleticis. stomaticis. sciaticis. podagricis. yliacis. colicis. arteticis. flaticis. egritudinibus in decoctionibus et in confectis medicinis.

De titimallis.

Titimallus una est de attractiuis medicinis. Sunt autem ut asserit diascorides vii. genera titimalli. tribus autem generibus utimur. scilicet catapucia. anabulla. esula. Sunt autem titimalli omnes calide ⁊ sicce complexionis.

De catapucia.

Catapucia est nomen herbe ⁊ fructus eius. fructus autem eius est ad quantitatem piperis corticem habens subnigrum interius medullam albam ⁊ uentosam in modum nucis uel amigdale. unde fit oleum catapucianum quod est multum laxatiuum. Catapucia autem calida est ⁊ sicca in tertio gradu. multum est laxatiua. purgat superius ⁊ inferius laboriose ⁊ cum angustia. Cauendum autem est ne alicui dentur catapucie nisi facile uomentibus ⁊ nisi materia sit digesta quoniam laboriose soluunt. nec sunt dande debilem habentibus stomachum quoniam subuertunt ipsum stomachum

euadent nisi distemperate ne mo
ram in stomaco faciant. nec cum
eis super dormiendum nec super quie
scendum est nec in certis uomicis
medicinis. Usus eorum est ut ex eis
attenuantur medicine cum x. l. uel xii.
enucleatis et pistatis. et sic admi
scentur medicine. ponuntur etiam
in medicinis uomicis. per se quo
que possunt dari trite et distempe
rate cum calida aqua uel cum ui
no. purgant principaliter flegma et
uiscosos humores maxime a stomaco
et intestinis. febri cotidiane et
ex uitreo uel naturali flegmate.

De anabulla.

Anabulla est species
titimalli. stipitem habens grossum
et lungum in summitate. folia in
simul mixta congregata. cuius lac
te solum utimur. In diebus autem
canicularibus extrahuntur folia et
lac quod distillat colligitur et cum
melle decoquitur ad spissitudi
nem. et cum melle illo conficiun
tur medicine uel pille et multum
laxatiue. Lac etiam coquitur absque
melle et additur medicinis et mul
tum laxat. Ex lacte etiam crudo
pille conficiuntur et propter multum
sunt laxatiue. non sunt dande ni
si habentibus carnosa intestina
quoniam intestina ulcerant et dissin
teriam inducunt. magis tamen
si fuerit lac crudum quam coctum.
quoniam ex decoctione maliciam depo
nit. Quoniam autem naturam habet ul
cerandi stomacum adduntur mastic
tinta et gummi arabici. Solet etiam
inducere mortificationem et do
lorem circa anum. et idcirco non detur
nisi pinguibus et carnosis. pur
gat principaliter flegma et uiscosos
humores a stomaco et intestinis. et a re

motis partibus. Valet arteticis. scia
ticis. podagricis. colicis. yliacis
et similibus egritudinibus flegmaticis.

De esula.

Esula eodem modo
est species titimalli cuius radix medici
nalis est. Est autem herba similis li
narie stipitem habens rubeum.
eius sunt due species. maior scilicet et minor.
et utraque est laxatiua. Colligitur
itaque esula et rasa superficie medi
anus cortex usui reservetur. Usus
eius est in confectionibus uel ut inde
acuantur medicine. Redigitur et
in puluerem. et additur electuariis
laxatiuis uel eiusdem puluere .℈.i.
acuimus medicinam. Soluit leui
ter et fere quantum scamonea. uel cum ra
dice decoctione medicinam distem
peramus. purgat autem flegma et ui
scosos humores a stomaco et intesti
nis principaliter. Sedat colicam et
iliacam. Valet arteticis. podagri
cis. colicis. yliacis. et febri cotidi
ane. et similibus egritudinibus.

De turbit.

Turbit radix est cu
iusdam herbe. et est calide et sicce com
plexionis. Colligitur radix et ad
longitudinem digiti finditur.
Eligendum est autem quod fuerit al
bum et leue et in capitibus gummo
sum et inferius concauum. Usus eius
est et in confectionibus et apozima
tibus et pinguiatis et non per se. et pul
ueris eius .℈.i. uel amplius acu
untur medicine. purgat princi
paliter flegma. maxime a remotis parti
bus et a iuncturis. unde confert
flegmaticis egritudinibus aut febri
cotidiane ex uitreo uel naturali
flegmate. confert et colicis. yliacis.
sciaticis. podagricis. et arteticis.

De laureola.

Laureola media
est uehementer laxatiua. calida

est ⁊ sicca in quarto gradu ē fruc
tex habens rotundum ad quan
titatem piperis qd̾ dicit̾ coccogni
dium. de ea aūt medicinalia s̾t
frondes. ⁊ folia. ⁊ sem̄. laureola
itaq; ut ex foliis ⁊ frondibꝫ in
telligas multum ē laxatiua.
purgat aūt fl̄a ⁊ uiscosos huō
res principalit̾ a remotis ptibꝫ
⁊ iuncturis mēbror̄. Secūdū āio
mesiam. vñ ualet sciatic̄. arte
ticis. podagricis egritudinibꝫ
ꝯt̾ apoplexiam q̄; ⁊ palisim. vsus
eius ē cum aliis medicinis. ut
cum oximelle uliam ⁊ similibꝫ.
datur ⁊ in apozimatibꝫ. p se nō
detur qm̄ naturam h̄t ulceran
di intestina ex nimio sui acumi
ne. Si tñ ea p se uti uoluerimus
decoctionem ei damus addito
gūmi arabico ul̾ mastice ut ei
malicia reprimatur. non ē aūt
danda nisi eis qui difficiles s̾t
ad soluendū. ⁊ carnosum uētrē
et intestina habentibꝫ.

De coccognidio.

Cocognidium semen ē lau
reole. eiusdem nature ⁊ uirtu
tis ē cui⁹ est laureola. est aūt calē
⁊ sicce complexionis. ⁊ magis ē la
xatiuū q̄ laureola. purgat pn
cipalit̾ fl̄aticos ⁊ uiscosos huō
res. secūdū mesiam. vnd̾ cōpetē
ter miscetur me͞d. purgātibꝫ ui
scosos humores a remotis par
tibꝫ. ⁊ extremitatibꝫ medec̄. con
fert etiā sciaticis. podagricis. ar
teticis. ⁊ ceteris passionibꝫ que ex
uiscosis fiūt humoribꝫ. vsus aūt
eius ē nō p se dari. s; cū aliis me
dicinis debet dari.

De aloe.

Aloes succus ē cuiusdam h̾be eodē
noīe appellate. est aūt calide ⁊ sic
ce complexionis. nec ē multum
laxatiua. Eius uō tres s̾t species.
est enī cumpyticus qd̾ uulgo dica
tur citrinum q̄ assimulat̾ epati
in colore. est aūt aliud citrinū
qd̾ a uulgo d̾r epaticum. et ista
usibꝫ competit medicine. est ⁊
tertiū qd̾ caballinū dicitur q̄a
medicinis usibꝫ ē alienum. q̄a
interius si ē receptum potius le
dit q̄ iuuet. Eligendum ē aūt
aloe qd̾ in colore assimulat̾ epa
ti. i. qd̾ subnigrū habeat colorē.
et qd̾ sit frangibile ⁊ nō habeat
orribilem odorem. purgat prin
cipalit̾ flegma ⁊ grossos huō
res a stomāco et intestinis. habet
etiam naturam purgādi cere
brum a superfluo ⁊ uiscoso fl̄ate.
neruos etiā sensibiles facit. pū
gat quoq; grossos humores in
neruis insensibilibꝫ existentes.
vnde competent̾ miscetur ī me
dicinis caput purgantibꝫ et
pillis ⁊ medicinis ad uisum cla
rificandū. fumositatem etiam
grossam a stomāco ad caput ascē
dentem detergit. Cauendum est
aūt ne detur in nimis calido tē
pore. maxime his qui consueue
runt pati fluxum sanguinis p
emoroydas. qm̄ aloes emoroy
das mouet ad fluxum. Si tamē
detur addatur gūmi arabicū ma
stix. ul̾ anticum. ad ei⁹ maliciam
temperandam. Extius aūt uirtu
tem h̄t constringēdi ⁊ solidan
di. vñ ualet colirius ad lacrimas
oculor̄ constringendas. ⁊ ad carne
generandam in uulneribꝫ ⁊ cicatri
cem inducendam.

De pollipodio

Pollipodium herba ē que uulgo
dicitur filix quercina ē calide ⁊
sicce complexionis. ei⁹ aūt spēi duo

sunt grana. Unum quod crescit in mu
ris ueteribus et rupibus. aliud quod cre
scit in quercubus et illud usibus med.
est utilius. de eo tamen medicinalis
est radix. Eligendum est autem
quod exterius habeat colorem ru
beum. interius autem uero uiridem.
principaliter purgat flegma. post co
leram rubeam maxime a stomacho et
intestinis et est parum laxatiuum.
ualet febri cotidiane. terciane
etiam ex colera uitellina uel ci
trina. Soluit etiam opilationem
epatis ex uiscosis et grossis hu
moribus. febri quoque quartane. confert
coliacis et yliacis habentibus flegma
mucillaginosum. et intestinis
utiliter medetur. Utimur eo in
apozimatibus et confectionibus et iu
re galline uel carnis. damus etiam
puluerem ipsius uel succum ale
xandrinum. Quando autem ex dissolu
tione uiscosorum humorum innata uen
tositate solet tortiones inducere
addantur mastix. semen feniculi.
anisi et similia. De agarico.

Agaricus fungus est abietis. et est
calidus et sicce nature et parum laxa
tiuus. eligendus est albus leuis
tenebilis. i. qui facile teri possit.
purgat principaliter flegma. post cole
ram nigram. ualet contra tercianam
ex colera uitellina uel citrina. ua
let contra cotidianam et quartanam. ex co
lera adusta. coliacisque et yliacis me
detur. usus eius est in confectionibus et
in apozimatibus. aliquando in eius de
coctione medicinam aliquam dissolue
perim. et damus ex puluere etiam
eius ʒ. i. et medicinam acuimus. Qui
dam est hoc experimentum faciunt
ad cotidianam. ex agarico. mir
ra. saluia decoctionem faciunt.
et datur cotidianariis ante horam
accessionis. digesta materia in tertianis
etiam prodest et epatis opilationem
soluit. De viola.

Viola flos est cuiusdam herbe eodem
nomine appellate. utimur autem
flore ipsius. Est autem frigide et hu
mide complexionis. plus tamen frigide quam
humide. purgat attrahendo ha
bet quidam ex humiditate sua
etiam lenificando purgare men
ciunt. est autem parum laxatiua.
purgat principaliter coleram rube
am. unde ualet febricitantibus et contra
distemperantiam epatis in calore
et opilatione ipsius. et contra ycteriam
et contra defectum ipsius ex colera ru.
usus eius est in confectionibus medicinarum
purgantibus coleram. et in apoci
matibus frequenter et in siruppis. per
se quoque datur ʒ. i. uel exagium cum
zuccaro. De epithimo.

Epithimum est calidum et siccum uir
tutis. Est autem quoddam quod nascitur
super thimum de rore celi in modum
foliorum quemadmodum nascitur super
serpillum. utilius tamen est quod na
scitur super thimum. nec est multum
laxatiuum. purgat principaliter
humorem melancolicum naturalem. post
coleram et flegma. unde prodest maniacis
et melancolicis. febri quartane et sple
ni. et similibus melancolicis egritudinibus.
Utimur eo in medicinis confectis.
et in apozimatibus ad purgandam
melancoliam. ex eo quidem medicinam acui
mus. per se uero non utimur eo quoniam
naturam habet inducendi sincopim
et coangustationem precordiorum.

Sene folium est cuius De sene.
dam arboris uaginas quasdam
continens que est citra damascum
et est calide et sicce complexionis

non ē multum laxatiuum. pur
gat principalit' meliam et colā
nigram. scd̄o reliquos humores.
purgat ptes uicinas et remotas.
medetur maniacis. melācis. qr
tanariis. et spleneticis. sincopi
et cardiacis. neruorum dolori et arte
ticis. ex colā nigra. utimur ea in
medicinis cōfectis et ad predicās
egritudines. In apozimatibus cō
uenient' miscetur. acuitur gm
ex eis. ʒ. i. ul' ex agrio uino mē.

Reubarbarum **De reuburbaro.**
radix ē que affertur de extrema
Indie partibus. est aūt calide et
sicce complōnis. Eligendum
est aūt illud qui nō ex toto sicco
sitatem suam amisit pondero
sum et ruffum. ul' citrinum. et
gumosum inferius et interius
sit distinctū albis maculis et ru
beis qd' masticatum citrinā fa
ciat saliuam. purgat aūt attra
hendo coleram rubeam principa
lit'. scd̄o coleram nigrā. parum ē
laxatiuū. unde ualet cōe tercianā
et cotidianā ex salso flāte. et cōe
quartanā nothum. et cōt' diutem
periciam epatis ex calore et opi
latione eius et ictericiam soluit. de
fectio appetitus ex colā et cardia
cis subuenit. confortat enī prin
cipaliter cor et cerebrum. Valet
debilitati uisus. lumbricos pu
erorum interficit. Utimur eo in con
fectionibus et siruppis et in apoci
matibus et in medicinis. p se quā
doque passioni cordis principalit'
datur ut puluis eius. ʒ. i. ul' exagi
um unū tempetur ī estate per
noctem in aqua fontana frigida.
hyeme calida. ul' succo granato
rum acetosorum sub diuo et ī ma
ne exprimetur. hoc modo datum ua
let tercianariis. opilationi epis.
et ycticis. et lumbricis similit' dat'.

Centaurea est **De centaurea.**
quedam herba calide et sicce cō
plexionis que purgat attrahendo.
Sunt aūt eius gn̄a duo. s. maior et
minor. Maior aūt medicinis ē
utilior. Cum frondibus eius et flore
utimur. et ē parum laxatiua. pur
gat aūt principalit' colam ru. eiō
sum maxime a stomaco et ab inte
stinis. opilationē epatis soluit
et yctericiam. febri terciane ex co
lera citrina solu; et colicis et yliac'
subuenit. Usus eius ē in medici
nis et in apozimatibus cū aliis mē.
In oleibus colericorum et yliacorū ad
grossos humores educēdos ab in
testinis ea utimur. p se etiam de
cocta cum uino ualet predictis
passionibus. **De sambuco.**

Sambucus ē arbor utilis ad pur
gationem superfluorum humorū
ab humano corpore. ē aūt calide
et sicce complōnis in scd̄o gradu.
De ea medicinalia sūt radix flore
folia et fructus. et ex eius medulla fit
oleum. s. sambucileon. attrahē
do purgat flā et uiscosos humo
res. nec tn̄ multum ē laxatiuū.
epatis soluit opilationem et ycte
riciam ex grossis humoribus a
stomaco et intestinis grossos huō
res educit. unde colicis medetur et
yliacis. febri cotidiane et tciane
ex colā rubā citrina. ul' ex colera
uitellina. aquā ydropicorum qui
ex frīs paciunt' humoribus speci
alit' purgat. unde ualet leucofle
ticis. Usus radicis eius talis est. co
diane radicis eius corticem teri
mus et succū exprimimus. et quātum

testa oui capere pot cum uino da
mus. Item radicis corticem deco
quimus et in decoctione medici
nam aliquam distemperatam da
mus. Syrupis etiam laxatiuis
et oximel additur. uel succum eius
cum melle coquimus et mel in
de satis est laxatiuum. Foliis utimur
contra dolorem et tumorem ex frigidis
humoribus. hoc modo calefacimus
folia et dolori et tumori suppon
imus. dolorem mitigat et tumo
rem tollit. Ex foliis quoque stu
phas ydropicorum facimus in archa
calefacta infundendo folia uel in fur
no uel in tina. deinde egrum inuol
uendo et cooperiendo ut sudet. Ibi
flore utimur et in uascellis laxa
tiuis et in cibis. Vinum quod floratum
ex eo conficimus et est similiter
laxatiuum. fructu autem utimur
ex eo succus exprimatur et cum ui
no detur. et est similiter laxatiuus.

De cuscute.

Cuscute est herba
sui rascelum dicitur. semen habet sub
tilius filio calide et sicce uirtutis
est circa secundum gradum parum
laxatiuum. purgat principaliter
flegma et uiscosos humores ab inte
stinis. ualet cotidiane febri. quar
tane. et tertiane ex colera citrina uel
uitellina. aquam ydropicorum opti
me purgat ex amaritudine quam
habet epatis opilationem soluit
et ycteriam. Vsus eius in confectioni
bus et apozimatibus. de puluere eti
am eius licet acuere medicinam.

De ebulo.

Ebulus herba est com
plexionaliter calida et sicca. eiusdem
uirtutis est cuius uirtutis est sam
bucus. magis est laxatiuus quam
sambucus. Radix est medicinalis
ut succus eius detur. purgat attrahen
do flegma et uiscosos humores.
soluit autem superius et inferius. purgat
angustiose. unde non debet dari ni
si materia bene digesta et corpore flu
xui preparato. sicut et in omnibus uo
micis medicinis. ualet febri coti
diane diuturne ex colera rubea ci
trina uitellina. epatis opilationem
yctericie. colice et yliacis medetur. et
aquam lenco flaticorum educit. Vsu
eius est qui et de sambuco. scilicet ut
detur succus per se. uel in eius decoctio
ne distemperetur aliqua medicina.
uel addatur syrupus et oximel laxa
tiuus. uel coquatur cum melle ad con
sumptionem succi. Stupha de eius
foliis facta ydropicis ex frigidis
humoribus factis subuenit in archa
prius calefacta. uel in furno. uel
in tina. ut sedeat eger in tina et
super folia ebuli ponantur lateres
calefacti prius uino aspersi ut fu
mum recipiat et sudet. et hec de
medicinis purgantibus attrahen
do sufficiant. Restat de purgantibus
tractare dissoluendo siue lique
faciendo. Sunt autem huiusmodi eu
forbium. tartari. Calx uiua. ni
trum omnia hec flegma purgant.

De euforbio.

Euforbium itaque
gummi est cuiusdam arboris que ut
dicit diascorides similis est ferule.
est autem calidum et siccum in quarto
gradu. et est multum laxatiuum.
Eligendum est euforbium citrini
coloris et recens. principaliter pur
gat flegma et uiscosos humores a stomacho
et ab intestinis. secundo dissoluen
do et de iuncturis membrorum attra
hendo. unde ualet febri cotidiane
et ydropicis ex frigidis humoribus. pa
cientibus arteticam et sciaticis et pa
raliticis. quoniam sua caliditate inuo

rum humiditatem superfluam consumit et neruos confortat. habet autem naturam ulcerandi stomachum et purgandi et mordicationem inferendi in loco quem attingit. et sincopim inferendi et intestinorum excoriationem solet inferre. unde non est dandum colicis neque habentibus tenuia intestina. et si eis datur non datur per se. sed ad temperandum eius acumen additur bdellium et mastix et gummi arabici. usus eius est in medicinis confectis ex eo. i. ciii. ʒ. i. et semis uel minus accipiendi est medicina. Notet uero si in maiori quantitate ponatur.

De tartaro.

Tartarum est quoddam quod dolio adheret remoto uino. quod uulgo in nipetra uocatur. eligendum est quod de uino albo nascitur. est autem calidi et sicce uirtutis. inferius receptum fleuma purgat et uiscosos humores. Quia uero habet naturam ulcerandi et corrosiuam raro eo utimur ut inferius recipiatur. habemus autem multas medicinas que competentius fleuma et uiscosos humores purgant. Exterius autem eo utimur quoniam habet uirtutem et naturam corrodendi carnem mortuam et superfluam in uulneribus. ualet etiam ad corrodendas et corrumpendas pustulas in facie leprosorum. unde unguentum de tartaro fit ad idem.

De calce uiua.

Calx uiua grece abesto dicitur. i. extinctum. est autem calx uiua antiquam liquor aliquis post combustionem ipsam attigerit. Calx uiua dicitur quia postquam decocta est nulla humiditate attigitur. est autem calida et sicca in .iiii. gradu. purgat autem fleuma et humores aquosos. multum est laxatiua. ualet ad purgandum aquam ydropici. unde quidam ydropicus cum intraret domum cuiusdam medici inuenit calcem uiuam distemperatam ad liniendos lectos propter cimices. et credens quod esset medicina totum ausit. et preter modum laxatus est et ab ydropisi solutus. Quoniam autem naturam habet ulcerandi et corrodendi intestina non debet dari sicut et alie medicine solent dari. nisi canosis et habentibus pinguia intestina. Exterius uero ad corrodendum et rumpendum preponitur. fit etiam inde psilotrum. i. depillatorium quod depilat ad depilationem.

De nitro.

Nitrum genus est salis. Est autem calide et sicce complexionis in quarto gradu. purgat fleuma et uiscosos humores dissoluendo et attrahendo. unde ualet ydropicis patientibus ex frigiditate. paraliticis et sciaticis. et arteticis. quoniam de iuncturis attrahit humores et debilitatem in neruis existentem consumit. usus eius est in confectionibus uelut de eius subaa. ʒ. i. accipiantur medicine. Eligendum est autem nitrum album luminosum et clarum. De medicinis laxatiuis simplicibus que dicta sunt sufficiant. deinceps tractandum est de compositis maxime de usualibus quarum etiam usum et effectum frequentius probamus.

De ratione inuentionis compositarum medicinarum.

Primus igitur ratio compositarum medicinarum assignanda est. prima quidem causa est. quia necesse erat conficere unam medicinam que plures humores simul educeret. et etiam plures morbos opponeretur. alia causa ut una et eadem medicina

sicut plures humores habun
dant in corpore ita diuisos pos
sit simul expellere. Inde est quod
in una eademque medicina po
nitur scamonea que purgat co
leram. eadem etiam recipit elebo
rum nigrum quod purgat melan.
In eadem etiam ponitur agaric
uel colloquintida que purgat flegma.
Tertia vero fuit compositionis ut
uirtus stiptica. flatici. farina
tur cum non possit peruenire ad pro
fundum deducatur per uirtutem
alicuius aromatici. id est calide medicine.
vnde in eadem medicina ponitur stipti
ca quandoque et calida. ut dixit. Gal. que
uirtutem stiptici farmaci dedu
cunt ad profundum et membra
confortent. Item ut membra per
medicinam debilitata et rarefacta
ex quibusdam in eadem positis con
fortarentur et malicia medicine
reprimeretur. vnde in medicinis que recipi
unt scamoneam quoniam naturam habet
dissoluendi epar apponimus gum
mi ara. mastic. aut bdellium que
membra confortent. et medicine
acumen temperent. ne nocumen
tum membris inferre possit. Com
positarum itaque medicinarum alie
purgant coleram. alie flegma. alie et
melancoliam. Sanguis itaque respira
culum habet per flobomiam tantum. non
purgatur enim per medicinam nisi
acumine medicine postremo cor
ruptus. ut medicina faciat dissinte
riam. purgatur enim per flobomiam san
guis principaliter. Racio reliqui tres
humores per flobomiam educentur.
Notandum quoque quod illi tres hu
mores non solum extra uasa insistentes
sed etiam intra uasa contenti pos
sunt purgari per medicinam laxatiuam. vnde
Gal. Cum medicina sit in epar. aut uenas
aut arterias per urinas purgatio
est aut per uentrem. vnde habemus quod
humores in capillaribus uenis ha
bundantes purgantur per urinam.
Que vero in mes. uenis per uentrem.
De medicinis vero compositis trac
tabimus ostendendo que medi
cine quos humores purgant prin
cipaliter. que ex receptione sua la
xatiue multum sunt. que parum. que
purgant calefaciendo. que infri
gidando. et cetera quas pluralitate sunt
egritudines. modum confecti
onis non obmittentes. Que medi
cine quos humores purgant ne me
dicus erret. debeat purgare flegma
det medicinam que purget coleram.
uel econtra. uel pro colera purget melan
et econtra. et ita eger in deteriorem du
catur consistentiam. Que medi
cina sit multum laxatiua que pa
rum. ne multum laxatiuas nimis
acuet. et ita pocionatum ad ultimam
inanitionem deducat. vel parum
laxatiuas modice acuat. et inde
in infamiam et uituperium incur
rat. Que purgant calefaciendo.
que infrigidando. ne quos debemus
calefacere infrigidemus. et quos
infrigidare calefaciamus. vt scia
mus quas medicinas quibus de
beamus apponere egritudinibus.
Incipiendum est a medicinis coleram
purgantibus. et deinde dicendum est
de purgantibus flegma et melan.

De medicinis purgantibus coleram.

Medicinarum itaque et primo de trifera.
compositarum purgantium coleram.
alie purgant calefaciendo. alie
infrigidando. Infrigidando pur
gat trifera sar. oxi. diaprunis.
psilliticon. diacerasor. et similia.

drifera sar. i. delicata medicina. vel delicatum interpretatur nigrum. purgat infrigidando principaliter coleram rubeam. secundo nigram. et ex receptione sua parum est laxativa datur contra tercianam et quartanam notham. et habentibus urinam intensam eis qui circa caput ex fumo nigro patiuntur subvenit. vinum visum ex colera rubea turbatum clarificat. maniacis. melancolicis. vertiginosis. et cardiacis ex colera nigra medetur. calorem epatis et opilationem eius solvit. ycteriam ex utraque colera purgat extremitatum calefactionem pacientibus ut circa volas manuum et pedum nisi stomaci superfluitas impediat. Conficitur sic. Cassia fistula et tamarindi dissolvuntur in aqua tepida. deinde colentur per staminam ut removeantur nuclei. deinde colatura tota ponatur in panno lineo et tunc exprimatur et reservata substantia cassiafistule. pars liquidior que distillaverit in vase recipiatur ex aqua illa et aqua decoctionis violarum addito zuccaro fiat syrupus. Circa finem decoctionis addatur substantia cassiefistule et tamarindorum. ultimo vero cum consumpta fuerit aquositas manna addatur. deinde ab igne deponatur semper agitando cum spatula quousque tepidus fiat. tunc autem pulveres admisceantur. **De oxi.**

Oxi i principaliter purgat coleram rubeam. secundo nigram. et adustos humores. et ex receptione sua satis est laxativum. purgat autem infrigidando. valet etiam ad tercianam et cotidianam ex flegmate salso. distemperantiam epatis. et oppilationem et ycteriam curat. defectus appetitus ex colera et caliditate stomaci et omnibus colericis egritudinibus que purgationem indigent subvenit. Conficitur sic. tamarindi et cassiafistula preparentur sicut trifera sar. solvantur in aqua rosacea et in aqua decoctionis violarum in qua solvantur prima ex aquis istis et succo malorum granatorum fiat syrupus. Circa decoctionem addatur substantia cassiefistule et tamarindorum. et cum consumpta fuerit aquositas ab igne deponatur. cum fuerit tepe. addatur scamonea. deinde pulveres. Si vis facere minus laxativum dum mitum fuerit calidum vel super ignem addatur scamonea prius cum mastice et oleo distemperata. ultimo pulveres. detur more electuarii vel distemperatum. **De psillitico.**

Psilliticum coleram rubeam purgat principaliter infrigidando. et ex receptione sua parum laxativum. valet contra easdem egritudines contra quas oxi. datur in acute febrientibus contra ventris constrictionem. Conficitur autem hoc modo. psillium in aqua tepida temperetur donec totum coaguletur. deinde addita aqua zuccari prius in aqua modica soluta fiat syrupus. et cum diu decoquatur donec psillium a vase possit elevari. Sic coctum in mortario teratur diu. et dum teritur pulveres paulatim misceantur. more electuarii detur vel distemperetur.

Diaprunis colatum **De diaprune.** ru. purgat infrigidando. et est parum ex receptione sua laxativum. valet etiam contra opilationem epatis. et ycteriam et acute febricitantibus subvenit. mollit ventrem. sitim

et anxietatem tollit. Alijs etiam egritudinibus colicis valet. ut defectui appetitus caloris epatis et similibus. ubi expedit purgatio. Conficiatur sic. pruna nigra bene matura enucleantur et proiectis ossibus inter manus malaxentur et per cribrum colentur ut grossiores partes remoueantur. deinde cassia fistula et tamarindi predicto modo preparentur et liquidiori parte et zuccaro fiat syrupus. deinde substantia prunorum adiciatur circa finem decoctionis. substantia cassiafistule et tamarindorum decocto syrupo et ab igne deposito pulueres receptionis admisceantur.

De diacrasseon.

Diacrasseon coleram rubeam purgat infrigidando et satis laxatiuum. valet ad easdem passiones contra quas diaprunis. conficiatur sic. Succum coctanarum acetosorum cum melle decoquatur ad spissitudinem. et ex melle illo puluis conficiatur. dentur ʒ. iij. in mane.

De katartico imperiali.

Katarticum imperiale principaliter coleram rubeam purgat calefaciendo. post coleram nigram et satis laxatiuum est. valet terciananis. et calor et urina multum intendatur. terciane nothe et quartane ex colera adusta. Caput purgat. oculis bene olentis reddit. debilitati visus et obscuritati ex fumo nigro subuenit. pulueres cum melle dispumato conficiantur.

De medicinis purgantibus flegma et melancoliam. Et post de antidoto diacastoreon.

Antidotum diacastoreon principaliter flegma purgat. post melancoliam calefaciendo et ex receptione sua parum est laxatiuum. valet inueteratis passionibus. cephaleam inueteratam purgat et curat epilensiam et apopleciam. vertiginosis. emigranicis. maniacis et melancolicis subuenit. paralisim omnium membrorum maxime capitis emendat. Sciaticis et arteticis medetur. eufrasim renum et epatis et splenis soluit. usus eius est ut detur distemperatum uel more electuarij uel in pillulis. et tunc magis valet passionibus capitis. Conficiatur sic. In estate gummi teratur cum reliquis speciebus. uel quod magis valet in yemo tempore per biduum et colentur per saculum. et bene exprimantur et addito melle coquatur ad spissitudinem. deinde terbentina addatur. et ab igne deposito pulueres conficiantur.

De blanca.

Blanca alia maior. alia minor. alia media. sed maior et media sunt usuales. maior principaliter purgat flegma calefaciendo. post melancoliam. et est ex receptione sua parum laxatiua. valet principaliter morbis capitis ex frigidis humoribus. epilentie. apoplexie. maniacis et melancolicis medetur. veterem cephaleam curat. paraliticis et arteticis auxiliatur. grossos humores purgat a stomaco et intestinis. unde yliace et colice subuenit. confortat omnia que fantasticam cellulam. rationalem et memorialem trahant opitulatur. Datur distemperata uel more electuarij. uel quod magis valet in pillulis. Conficiatur sic. gummi predicto modo decocti pulueres admisceantur.

De blanca media.

Blanca media que fetida dicitur. calefaciendo purgat flegma maxime a capite

aliquantulum ex repletione sua est laxativum. epilentie specialiter medetur et aliis passionibus quibus maior. Eius usus est et confectio similis priori.

De benedicta.

Benedicta purgat principaliter fleugma. secundo meliam. purgat autem calefaciendo et est parum laxativa. valet principaliter contra vesice vitium et renum et lumborum. prodest maxime sciaticis et freneticis et arteticis stranguiriam patientibus colicis et yliacis. Usus eius est ut distemperata vel more electuarii vel in pillulis detur. Confectio eius ut pulveres melli admisceantur.

De potione sancti pauli.

Potio sancti pauli principaliter purgat flegma. secundo meliam. purgat autem calefaciendo. etiam est parum laxativa. peculiaris est maxime epilenticis. appopleticis. melancolicis. maniacis. vertiginosis. scotomaticis. inveterato dolore capitis. et contra omnes morbos capitis ex frigiditate. paraliticis. tremulosis. arteticis. et sciaticis. colicis quoque et yliacis medetur. capitibus mulierum maxime opitulatur. mulieres ad conceptum preparat. menstrua provocat. matricem a superfluis humoribus purgat. sive potius interius recepta more electuarii. sive per suppositorium immissum. Usus eius est in pillulis vel more electuarii. vel distemperatum conficitur ut diacastoreum.

De paulino.

Paulino antiqui usi sunt pro opiata. moderni vero pro medicina laxativa. valet maxime capitis passionibus. calefaciendo purgat flegma principaliter. secundo meliam. et est parum laxativa. valet maxime capitis passionibus.

appopleticis. epilenticis. maniacis. melicis. colicis. yliacis. paraliticis. sciaticis. arteticis. podagricis et scotomaticis medetur. digestionem procurat. calorem naturalem dirigit. cardiacis. epaticis. spleneticis medetur et ydropicis. Usus eius est in pillulis. valet ad digestionem materiei. maxime in pillulis cum oximelle. more emplaustri si fuerit appositum dolores et tumores ex frigidis humoribus sedat. et purgat plagas omnium locorum et maxime vetenosorum. sanat dolorem dentium. et superiorum placat interius receptum. vel exterius positum. Conficitur sic. Galbanum. armoniaci. serapinum. oponponac. in vino albo prius temperata per biduum super ignem dissolvantur et colentur. colature addantur mellis lib. i. et coquantur circa finem decoctionis addens therebentinam. deinde corumbrum. storacem. et confice. deinde bdellium et olibanum et mastic. Signum decoctionis est si infundatur gutta super marmor non adheret marmori. sed incipit inspissari. deinde proiciatur super marmor et ibi pulveres specierum admisceantur. deinde aloe. ad ultimum croci. sic manibus malaxando prius punctis oleo laurino vel balsamo.

De yera fortissima Galieni.

Yera fortissima Galieni calefaciendo purgat flegma et meliam. et non est multum laxativa. valet omnibus inveteratis passionibus et maxime capitis. Datur epilenticis. appopleticis. cephalargicis. scotomaticis. maniacis. meliacis. paraliticis. et contra tinnitum aurium. et in oculis patientibus. et arteticis subvenit. Stomaticis. colicis et

yliosis. 7 sciatiē medetur. peculia
ris pustule. elefantiico℞. scabiē.
cephea et impetiginem detergit.
quartanarius cancrosis. et contˀ
uenenum pficit. mulier℞ uicia
corrigit. Usus eius ē ut detũ mo
re electuarii. ul' distemperatũ. nō de
tur in pillis qin suffocationem
inducit. conficit̄ ut diacastoreũ.

De pigra galieni.

Pigra galieni
calefaciendo purgat fl'a princi
palit̄. s' melãam. ex sui recepti
one parum ē laxatiua. val; spe
cialiter contra morbũ capitis. ut
epilenticis. apopleticis. scotoma
ticis. maniacis. melie. 7 ueteri ce
phalee. debilitati uisus stomati
cis medetur. epatis 7 splenis opi
lationem soluit. yctericis. colicis.
yliacis. 7 matricis uitio subuenit.
menstrua in suco artemisie p
piniata puocat. Usus ei' est ut de
tur more electuarii. ul' distem
perata. ul' in pillis. 7 tc̄ mag' ua
let passioibȝ capitis.

De theodoriton yperiston.

Theodoriton yperiston
indifferent' purgat fl'a
et melãam calefaciendo. 7 ex re
ceptione sua parum ē laxatiuũ.
Valet ad omē uitium capitis
cerebri 7 oculo℞. epilenticis. apo
pleticis. asmaticis. i. eis quib'
habundãt fl'a circa tracheam
arteriam medet'. uocem clari
ficat. anelosis. 7 circa thoracem
habentibȝ dolorem. cardiacis.
et stomatic̄. grossos humores
purgando quoscūq;. subuenit
7 yliacis. splenis opilatiōem 7
epatis soluit. paraliticis. sciati
cis. arteticis. nefreticis. 7 podo
gricis. pdest. menstrua puocat
mulieru℞. capitis peculiar̄ re
medium ē. humores supfluos a
matrice educit. 7 eam conceptui
humilem reddit. Interius pos
receptũ ul' suppositum ul' iniectum.
Usus eius ē more el'y. ul' distem
peratum ul' in pillis. Conficitur
ut diacastoreum.

De theodoricon anacardinum.

Theodoricon anacar
dinum melãam purgat
principalit̄. s' fl'a 7 hoc calefaciē
do. 7 ē parũ laxatiuum. Valet pri
cipalit' passionibȝ capitis ex me
lancolia. vñ ualet maniacis. me
lãcolicis. vertiginosis. 7 obliuiosis.
et alienatione patientibȝ. 7 ueteri
cephalee. tinitum auriũ 7 surdi
tatem 7 defectum uisus ex hu. ul'
fumo melico emendat. patientib'
sincopim 7 debilitate. stoicis. car
diacis. spleneticis. arteticis. nefre
ticis. colicis. 7 causi' uesice utiliter
datur. tumori epatis 7 opilatiōi.
et toti' corporis decoloratiōi con
fertur. vicia matris 7 sterilitate
corrigit suppositum. ul' p os ac
ceptum. Datur 7 more electuarii.
ul' distemperatum. Conficitur sic.
Radices feniculi in madio uel
in Junio collecte 7 mũdate. et cō
tuse in aceto p septem dies. ul' p
nouem dies tempent̄. coquant̄
usq; ad consũptionē tc̄e partis.
7 colentur. dein terant̄ 7 bulliāt
iterũ 7 colentur. 7 ex colatura ei'
7 melle fiat oximel. 7 cũ coctum
fuīt 7 tepidum pulueres confi
ciantur.

De yeralogodion memphitum.

Ieralogodion mphitum
indifferent' purgat fl'a et me
lãcoliam calefaciendo medioc
ter laxatiuũ. valet pecularit' e'
pilensiam lingue. vñ 7 nomi accep
cephalee inueterate epilensie. apo

plexie maxime. et melie scotomie.
emigranie. paliticis. et tremulosis
contra ypotomiam .i. cordis defectum
cardiacis. spleneticis. sciaticis ne
freticis. arteticis. podagricis sub
uenit. Colicis quoque yliacis. menstru
a educit. leprosis morpheam et
impetiginem patientibus medetur.
Usus eius est more electuarii. uel in
pillis. uel quod melius est distem
peratum conficitur ut diacastore
um uel blanca. Istud autem sic fit.
deinde fit communiter quia quecumque
confectiones recipiunt gummam
simili modo conficiuntur. Item no
tandum quod usus eius multum
impedit infectum elefancie pas
sionibus etiam inferiorum partium
subuenit. **De yera pigra galieni.**
Iera pigra galieni cuius media
pars est aloes et media aromati
ca. purgat flegma et melian ca
lefaciendo. et est parum laxatiua
valet contra uitia capitis. et auri
um et oculorum. valet etiam epilen
sie. apoplexie. maniacis. et melan
colicis. et contra ueterem cephaleam
plus ceteris medicinis. Unde ualet
contra uitia capitis uniuersa sicut
omnes ierre. sciaticis. arteticis. et
yliosis. et colicis confert. stomacum
purgat et canalis epatis et spleneus e
mendat. Sciroslim tollit et exte
nuat renibus et uesice et matrici
subuenit. Usus eius est in pillis
uel more electuarii. uel distempe
rata. confectio eius non indiget
artificio. **De yera rufina.**
Iera rufini ex eleboro utroque que
recipit est multum laxatiua. cale
faciendo purgat flegma et meliam.
valet specialiter in iuncturis passio
nibus capitis et melie et maxime

epilensie. apoplexie. antiquam
cephaleam destruit. emigraniam.
uitiginosis. tinitum aurium pa
cientibus. et defectum uisus opitu
latur. uitiis stomaci. epatis. et sple
nis medetur. morpheam et im
petiginem et pustulas. et scabiem
elephanticorum detergit. paliticis
sciaticis. et podagricis summum re
medium est. contra colicos et yliacos
pacit. Usus eius periculosus est.
solet enim suffocationem inducere.
Unde precipimus ut semper detur di
stemperata ut cum uino aliquo uel
cum ptisana et non dormiat sed mo
ueatur qui accipit incessanter. Si
non contingit eis sincopis traha
tur per barbam et per capillos et fi
ant remedia supradicta in trac
tatu electuarii. **De yera constan-tini.**
Iera constantini purgat
principaliter coleram nigram
et fumum melicum a stomaco ad
caput ascendentem. est autem parum
laxatiua. datur specialiter ad uisum
clarificandum et ad idem inuncta.
Datur in pillis uel more electuarii.
uel distemperata melius. De medi
cinis usualibus que dicta sunt suf
ficiant. **De apozimate colerico purgante.**
Expleto tractatu medicinarum
que more electuarii con
ficiuntur. consequens est ut ad apo
zimata transeamus. Est autem apo
zima decoctio alicuius herbe. uel radi
cis. seminum. frondium uel specie
rum quod conficitur ad aliquem
humorem purgandum. Ratio autem
et causa fuit inuentionis apozi
matum. quoniam leuiter et sine omni an
gustia soluunt. et secure possunt tam
debilia et tenuia habitibus intestina.
debilibus quoque et defectis specialiter ueteri

et egris qui fortib; n̄ sufficiunt
medicinis. Quare aūt leui⁹ ducit
quā cetere medicīe ⁊ minus pe
riculose sint. causa ē qm̄ in p̄dic
tis medicinis tota medicine sb̄
stantia interi⁹ recipitur. In apo
zimate uō tantū subtilior quā
paro ex sui sbtilitate liquori im̄
dit. Apozimata ḡ quilibet faci
le pōt compone̅ qui uirtute me
dicinaminū simplicium superi⁹
p̄dcōꝝ pfecte nouit. set minus
tn̄ pfecte doctrine ponamus. de
apozimatū confectioīb; dicam̄.
conficientes apozima ꝑprium ad
quelibet humorꝝ purgandum.

Ex apozimate colām purgante

Ad purgandum itaq; coleram na
turalem facimus. Accipim⁹ seri
caprinū quātū sufficit uni po
tui ⁊ in eo uiole coquātur. dein
inde manus fugentur. ut tota
uis mandatur sero deinde colen
tur ⁊ exprīmantur ⁊ in colatura
resoluant̄. ℥. i. cassiefistule mu
date. ⁊ alia ℥ tamarindoꝝ cassi
afi. in panno lineo ponant̄ ut
qd̄ liquidi erit distillet ⁊ recipi
atur in aliquo uase supposito i
liquore illo tempetur p noctem
sub diuo. ℥. i. mirobolanorū.
In collatura uō illa resoluatur
sulbi cassief. ⁊ tamarindoꝝ que
prius rem. inserat. ⁊ addita zuc
cara ꝑprimetur. pōt quoq; puluis
reubarbari cum mirobolanis te
perari ⁊ erit laxatiuū ⁊ diuretic̄.
Nota si serum nō habemus. dec
de aqua fiat. **Ex apozimate fla** **purgante.**

Apozima ad purgan
dum flegma conficim⁹ hoc mō.
pollipodium. agaricū. centaure
a minoꝝ. anisi ⁊ feniculi. omia
contrita in aqua bulliant. ⁊ si uis
facere magis laxatiuū. colloquī
tida uł radicem cucumeri agresti
uł q̄ melius ē esulam p̄dcis reb;
apponas. ⁊ collaturā decoctiōis p̄
dcōꝝ cū melle ⁊ zuccō ꝑpinabis.
uł in colaturā benedictam diste
perabis et dabis pacienti.

Ex apozimate purgāte colerā adustam.

Ad purgandū colām adustam
adustā; tale facimus apozima.
R. violaꝝ. agaricū. sene. pollipo
dium. epithimū parus contusa
et parum elebori nigri. decoquio;
in aqua ⁊ colamus. ⁊ in colatura
distemperam⁹ mirobolani. kebu
li indos. reubarbaꝝ p noctem. et
in mane colam⁹ ⁊ colaturam cu
zuccō ꝑpinamus. Si uō recens sit
adustio addantur tamarindi ⁊
cassiafistule apozimatum.

Ex apozimate pūgāte meliam

Ad purgandum meliam. fit apo
zima hoc modo. Agaricū. pollipo
dium. sene. cuscute. epithimi. pa
rum elebori nigri paus bn̄ con
tusi decoquantur in aqua et co
lentur. ⁊ colature addatur mel.
lapis lazuli ꝑprimetur. confert de
bilib; uerum quartanam paci
entib; fortes medicinas ferre ne
queuntib;. optime purgat hūo
res melicos. ad instar istorū pro
uoluntate nrā possum⁹ confice̅
alia ⁊ uniuersa apozimata.

Post medicinas **Ex pillulis.**
que more electuarij uł in apozi
matib; dant̄. restat ut de medi
cinis agamus q̄ recipiuntur in
pillulis. in puluere. in uomitu.
in cibis. ⁊ potib; laxatiuis. pillle
itaq; dicunt̄ medicīe in rotun
dam formam formate ad quān

cacem piperis. ul' ciceris. ul' orobi.
ul' fabe et similium. Causa aut pil
lularum confectionum fuit duplex.
principalis scilicet et causa. Principa
lis qm accepta medicina in pil
lulis magis purgat remotas par
tes et maxime caput. alio mo
qm in stomaco multam faciunt
moram. unde melius a remotis
partibus attrahunt qa tarde dissol
uuntur. Inuentionis aut eorum causa
causa fuit. qm sunt quidam debi
litati qui ita saporem medicine
aborrent ut nullam accipere pos
sunt. cum saporem non sensiunt.
unde damus eis pillulas in ne
bulis inuolutas. et alio mo ut
medicine saporem non sentiant.
Pillularum aut quedam sunt que
propria habent receptionem. sicut pille
auree. fetide. cochie. pille sine quibus
esse nolo. et reliqua. Quedam uero ex
receptione aliarum medicinarum fi
unt. ut de ueralogodion. theodo
ricon. anacardi. theodoricon ypo
cristo et similium. Notandum uero quod
de omni medicina que conficitur mo
re electuarii pille possunt fieri
ul' confici exceptis illis que recipiunt
elleborum in tanta quantitate ut uirtus
ellebori dicetur exceptis uomitiuis
medicinis. Elleborus aut et cetere uo
mitiue medicine naturam habent resol
uendi humores quos attingunt
in uentositatem. Inde ex longa sui
mora in stomaco quandoque inducunt
suffocationem. Quomodo aut
debeant dare pillulas. quod etiam
obseruande sunt per eos qui suscepe
runt superius edocuimus. Dici
mus tamen adhuc qm in sero dande
sunt pille. et supradormiendum ut na
turali calore confortato in sompno

resoluatur medicina interius. Illud
aut generaliter obseruatur in omni
medicina ut cum ceperit ducere non
dormiat potionatus. De pulueribus laxatiuis.
Puluere similiter utimur laxatiuo. Causa aut inuen
tionis eius potius est carnalita
tis quam necessitatis. Quidam aut adeo
abhorrent medicinas confectas
ut nullo modo eas recipere possint.
quibus damus laxatiuum puluerem
incautis offerentes in principio
prandii ut in iure aliquo. uel in
cibo. ul' in potu. et cum puluerem
susceperint reuocentur a prandio
ne quantitate cibi suffocetur uir
tus medicine. De uomitiuis medicinis.
Sequitur ut de uomitiuis medicinis dicamus. Causa
aut inuentionis earum fuit habu
dantia leuium humorum qui et po
tencius per superiorem educuntur re
gionem quam per inferiorem. Datur autem
quandoque distemperatus. quandoque in maio
rinatibus. quandoque in puluere. quandoque
in pillulis sed raro. sed hoc fit prin
cipaliter. sed tamen tunc qm pille fiunt
de calida medicina que secure po
test dari. et que utroque modo potest
per uomitum et per uentrem. Melius
aut datur uomitus distemperatus
cum tepida. qm aut et quibusdam
dum sit uomitum et quibus non. Que
aut attendenda sunt circa uomitum
superius exposuimus. De cibis et potibus laxatiuis.
Cibis et potibus similiter
utimur laxatiuis. Causa
aut inuentionis eorum fuit. qm sunt
quidam ita delicati quod nullam me
dicinam possunt aliquo modo su
scipere quibus facimus cibos et po
tus laxatiuos. Illud aut notandum
quod minus confert in cibis et

potibus medicine quam aliquo modo
accepte. Cibum ergo laxativum
sic facimus. pollipodium ʒ. ij.
vel tres tritas cum gallina vel
porco decoquimus. deinde ius il
lius damus addito cinamomo
cardamomo et similibus. vel ius bibat
et carnem comedat. et ducetur
ad. vij. vel viij. sellas secundum quod facile
le vel difficile purgabitur. valet
ad hoc pollipodium magis in
nee quam siccum. aliter ollam lacte
titimalli punge semel aut bis
interius. deinde ad solem desicca.
in olla illa cibum decoquimus
fit laxativus. Item esulam vel
aliam medicinam laxativam cum
aliis laxativis speciebus tribus. et in
cibo aliquo nesciente damus.

De potu laxativo.

Potum eo
dem modo facimus laxativum.
quandoque de vino. quandoque de aqua. quandoque de
nectare. quandoque de melle. et alie spe
cies accipiunt medicine laxative.
vino laxativo et aqua raro uti
mur quoniam in eis sapor medicine
magis sentitur. Nectar autem con
ficitur hoc modo. Cinamomum.
garofoli. nuces muscate. galanga.
ana. zedoar. et spica nardi. et alie
species quibus fiunt pigmenta tran
tur ita quod in uno potu contineantur
tur ʒ. ij. et tunc mel vinum et species
misceantur et per saculum colentur
multociens donec ius specierum man
detur vino. de pigmento pro primam
secundum quod volumus multum vel parum
laxare.

De electione simplicium medicinarum.

Quoniam de usu
laxativarum medicinarum tam sim
plicium quam compositarum de natura
etiam uniuscuiusque sufficienter tracta
vimus in fine presentis operis que

ad totam artem medicinalem sunt
necessaria subiciamus. scilicet de electione
medicinarum et electione earum et conser
vatione. Electio quidem necessaria est
circa species quas ab aliis compa
rem. Electio vero ad ea spectat que
nos met ipsos per invenimus
ut flores semina et fructus folia
et radices. Conservatio autem ad u
trumque. Circa electionem vero quidem
sunt attendenda. sapor. scilicet odor. co
lor. et substantia. Sapores quidem novem octo
nominati. Novus innominatus. Nomina
torum. v. pertinent ad coleram inferi
orem. tres ad frigidam. Ad coleram
pertinent diversi. amarus. salsus. acu
tus. et unctuosus. Ad frigidam
ponticus. stipticus et acetosus. dul
cis quas invenitur in absinthio
et aloe. salsus qualis invenitur in
nitro et in omni genere salis. vnctu
osus qualis invenitur in carne pin
gui et in oleo. acutus qualis inve
nitur in pipere et garofolis. ponticus
qualis invenitur in citoniis. nespu
lis. sorbis. et maturis. acetosus qua
lis invenitur in aceto. malis grana
tis acetosis et acetula. Nonus vero
qui insipidus dicitur qualis est sapor
qui recipitur in aqua in cucur
bita. cucumere. melone. Cum
igitur diversa sunt genera colorum saporum
rum. odorum et substantia specierum oportet me
dicum non ignorare quem saporem
vel odorem vel colorem debeat ha
bere unaquaque medicina in ge
nere suo. ut eam que intensiorem
in genere suo habuit qualitatem sibi
debitam eligat secundum saporem quem
medicine que saporem suo generi
acomodat intensior eligenda
erit. Verbi gratia. Scimus quod aloes in
genere suo amarum saporem habet.

aloes quia quod magis participat ad
amaritudinem quantum ad sapo
rem magis valet. Similiter absin
thium in genere suo amarum est
quanto quia amarius et validius tan
to plus valet. Eodem modo zuccarum
in genere suo dulce est. et quanto
magis dulcior tanto magis eli
gendum est. et sic de ceteris debemus
intelligere. Similiter secundum alias ra
tionum differencias attendere debe
mus specierum colores que species in co
lore suo suo generi acomodato inten
sior est eligenda est quantum ad
colorem. verbi gratia. Rosa rubea
est in genere suo et lilium album.
Illa ergo que rubicundior est e
ligenda est. et lilium similiter eli
gendum est quod albius. Similiter
muscus epaticum habet colorem quan
to quia accedit ad empicum colorem
magis valet. Rasturum [?] citrini
coloris est naturaliter. quanto ergo
intenditur citrinus color magis e
ligendus est quantum ad colorem.
De odore vero secundum eandem rationem.
Res que odorem suo generi competen
tem habuit intensiorem utilior
est quantum ad odorem. verbi gratia.
Scimus quem odorem debeat habere
muscus. ergo secundum odorem istum
quem habuit intensiorem magis
valebit. Similiter circa balsamum
odor suo generi debitus quanto inten
sior erit magis est eligendus. et sic
de aliis. Substantia vero non minus
attenditur. ne scilicet illa que debet esse
humida sit sicca et econverso. ne pu
trida aut corrosa vermibus. verbi
gratia. Gariofolus debuit esse talis
substantie ut ungue infixo quedam
de se emittat liquorem. qui si non
fecerit peccatum est in substantia propter

siccitatem. Cavendum est quia ne deci
piamur a speciónariis. namque in lo
cis humidis gariofolos et cubiba
ni [?]. et alia que aliquantulum humidi
tatis habere debent reponere solent
ut graviora et ponderosiora et me
liora videantur. Gariofoli tamen
sicci humectati si unguis infigi
tur non emittunt penitus liquorem.
putredo vero et tinea vel corrosio ocu
lis subiciuntur. Que vero species in
propria reperiuntur substantia magis eli
gende sunt quam que fuerunt permutate.
Eligere itaque debemus illam speciem
que odorem et saporem suo generi
rebus acomodatum habuit intensio
rem. et saporem suo generi rebus ac
comodatum habuit intensiorem.
magis vero si concurrunt omnia.

De collectione medicinarum.

Collectionis etiam consideratio
et scientia medico est necessaria.
ut sciat quando radices. quando folia. quan
do folia et flores. quando folia et se
mina sunt colligenda. Incompe
tens est medicinarum collectio pri
mum operatur experimentorum fallaciam.
Collecte etiam medicine quodam
tempore plurimum sunt laxative. parum
vero vel nichil laxant alio tempore
collecte. Item quedam ex collec
tionis tempore vim suam retinent.
Alie vero vim suam amittunt omni
no. ut illa que colliguntur ante
tempus sue maturitatis. Colligende
itaque sunt herbe quando ad suam matu
ritatem pervenerint. Si autem flores
habeant in flore sunt colligende.
ut pulegium. origanum. calami
tum. sticados et similia. Flores
vero colligendi sunt cum fuerint
adulti et ad plenitudinem suam per
venerint incrementi. ut nec in

principio sue generationis nec que
maturescunt colligantur. Semi
na vero et fructus cum ad plenam
venerint maturitatem colligen
da sunt. folia vero et frondes cum
ad sui incrementum pervenerint. que
scilicet plene humiditatem suam com
biberint. nec adhuc a stipite suo
cadunt. nec ea que maturescunt
vel dum adhuc minus tenera
sunt colligere aliquis presumat.
Radices autem tunc colligendas esse
censemus quando decissis foliis sue
concavitatem suam inesse retinent. et
nutrimentum ad folia et ad stipitem
non transmittit. Notandum quod
quando stiptica ante tempus sue matur
itatis collecta sunt stipticiora. la
xativa vero maxime in canicula
ribus sunt colligenda. hec autem sim
varietatem herbarum sunt intelligen
da. Quedam enim herbe flores ci
tius ponunt. quedam vero tar
dius. Quedam vero semina et fruc
tus citius maturantur.

Collecte vero medicine conservien
tur hoc modo. ut neque in siccis lo
cis ne ex siccitate virtus earum
exauriatur. neque in nimius hu
midis ne ex humiditate citius
putrescant. Radices igitur collecte
et semina ad solem possunt de
siccari. Si tamen nimis fervens
tem ne virtus earum ex nimio ca
lore dissolvatur. frondes vero et
folia et flores in umbra soli vicina
na desiccentur. vel in sole non mul
tum calido ne humiditas consu
matur. Semina que habent fol
liculos in eisdem conserventur.
desiccate ergo medicine depo
nantur in cistis cypressinis vel
fraxineis. vel similibus lignis non
putribilibus. Confecte ergo me
dicine in pixidibus conserventur.
Collirÿa in vasis cupreis quemad
modum axungia in testibus va
sis. et hec dicta de medicinis la
xativis sufficiant.

Incipit liber divisionum Arazi- / sba abubacri filii zacharie a- / razi. translatus a magistro Ge- / rardo cremonensi in tolleto de / arabico in latinum.



ENTILATA

fuit in presentia cuiusdam pro-
bi viri rememoratione divisio-
nis egritudinum et curationis
earum. Quare visum est michi ut
componerem librum de hac inte-
tione cuius utilitas esset communis. et mul-
tiplicaretur excitatio omnium
considerationum in ipso. et iuvamentum
eo. et propterea quia vidi in ipso
iuvamentum maximum et commu-
nitatem. Deum itaque posco con-
cessionem ad rectificationem
sermonis et operis et auxilium secundum
quod sibi placet. et quod ea sit approxi-
matio. cum ipse sit sui gubernator.
Et nos quidem scripsimus secundum ca-
pitula signata litteris sicut feci-
mus in almansore que sunt cen-
tum et quinquaginta quatuor ca-
pitula usque in fine libri.

Capitulum primum de alopitia.

PRimum ex eis itaque est capitulorum
de alopitia que est casus pilorum
et causa eius fit propter flegma salsum
adustum. Et signa eius sunt ut
sit cum hoc albi coloris delica-
ti corporis. cutis nude. mollis. et fit
ex illis qui iam usi multum sunt
cibis frigidis et humidis et nunc
cum eis. aut communicat ei albe-
do coloris cutis cum casu capil-
lorum ab ea. Et eius curatio est ut
solvatur hoc cum yerara
fini. aut yerapigra. cuius dosis trium
sit ℥. aut sumatur colloquintide
interioris tertia ℥. i. et aloes et scamonee
amborum ana ℥. i. et bdellium ℈ ii. et
masticis omnium ana sexta ℥. i.
fiat solutio cum eo aliquot. et
evomat post repletionem cibi cum
siruppo acetoso. et aqua calida post
quam decoquuntur in ea rafanus
et sinapis et siccla et aneti. aut su-
matur aneti maniplum. i. et bul-
liat in. iii. lib. aque donec dissol-
vatur anetum. et rubeat aqua.
et coletur ex eo. et ponatur in omni
lib. ℥. i. mellis cum est calida. et mo-
veatur donec dissolvatur. et bi-
bat ex ea cum est calida. s. lib. Si
ergo advenerit vomitus bonum
erit. Et si non bibat ex ea. s. libram
aliam. Si vomitus per hec non e-
venerit. sumatur coloquintidis et thuris
amborum ana ℥. i. et baurac ℥. iii. dis-
solvantur omnia in. s. lib. aque cum
℥. i. salis nigri et bibatur. Et fit etiam
ex sanguine in quo multipli-
cata est colera citrina. et signa eius
sunt. citrinitas coloris. et extenu-
atio corporis. et quod infirmus
usus sit calidis. Et cura eius est come-
dere cibos frigidos. et balneatio as-
sidua cum aqua dulci tepida ab-
sque longitudine sessionis in ea.
et potare aquam casei cum sca-
monea. aut scamonee ponderis
quarte ℥. i. in sex sextariis. et quar-
ta lactis acetosi. Et fit ex colera

nigra. et signa ei sunt nigredo cor
poris et extenuatio eius et siccitas
ipsius. et quod habens eam plurimum
usus cibis qui generit melan;
sicut lentibus et caulibus et carne sa
lata et sale. et plurimo usus quies et
labore. Et eius cura est ut potius
sumat decoctionem epithimi aliquan
tis et de his pillulis. quarum recipe
epithimi et polipodii. ana lb. an.
ʒ. x. agarici. ʒ. v. et colloquintide
interioris. ʒ. i. et s. et sal. naphtici. ʒ. i.
et gariof. ʒ. i. informentur pillule.
quarum dosis. ʒ. ii. et s. Significationem
vero que sunt per colorem cutis in
his duabus speciebus sunt debiles
et proprie in colerica quoniam in his du
abus speciebus ictericia precedit eas. et
omnes quidem species allopitie
indigent purgatione et equa
tione corporis cum cibo contrario
humori generanti egritudinem
eis quibus locus curetur. Et loci
quidem curatio duarum est specierum.
Quarum una est habentium corpo
ra lenia. sicut infantes et eunu
chi. et mulieres. et illi quorum cutes
sunt albe nude. Curentur ergo fri
catione facta cum panno aspero do
nec cutis rubeat postquam pili ab
rasi fuerint. Et oportet ut cum fri
cas consideres ipsum. nam si vide
ris ipsum rubere fricatione parva
tunc est facilis curationis. et si non
rubet nisi post fricationem et plu
rimam tunc est difficilis sanationis.
et considera medicamen quod ponis
super caput. et tunc si videris ipsum
calefacere plusquam oportet fran
ge acuitatem eius et permuta ipsum
cum alio. Et curatio huius egritu
dinis que est incipiens et facilis
est cum medicamine debili. et

que antiqua est cum medicamine
forti. deinde fricentur cum cepa
que comeditur: aut cum cepa nar
cisci. et liniatur desuper medicamen
cuius descriptio. recipe cinerem corticum
avellanarum et amaras amigdalas
adustas cum corticibus suis. frigi
tur in sartagine donec aduran
tur et terantur. deinde agregentur
cum oleo et liniatur cum eis. Et a
lia est habentium corpora nigra
aspere cutis. fortium pilorum ad que
curanda misceatur cum istis sicut
quarta eorum sulphuris. et sexta
ipsorum gummi ruta. Et in utrisque speci
bus quando ulcerantur: aut prope si
unt ad ulcerandum. fiat desuper
inunctio cum unguento de cerusa
donec sedetur deinde iteretur.

Capitulum. xvii. de casu capillorum.

Et casus eorum fit ex diminutione
nutrimenti. aut ex corruptione hu
morum. aut ex dilatatione pororum.
Et signa eius sunt. quoniam corpus est
siccum et extenuatum. Et cura
eius est dilatatio in cibo. et additio
in sompno. et balneo. et potatio vi
ni rubei et aquosi. et fit ex spissitu
dine cutis. et signa ei sunt quoniam
sunt radices pilorum cum revelantur
fortes non egredientes velociter:
et sunt pili crossi vehementis nigre
dinis. declives ad crispitudinem.
Et curatio ei est balneum assidu
um. et inunctio cum oleo camo
millino. et linimen ex capistematibus
allopitie sicut amigdalis amaris et
sechi adustis cum spuma maris
aggerentur cum oleo et liniatur ex
eo caput. Et fit ex mollicie cutis
capitis. et signa eius sunt paucitas
capillorum et subtilitas eorum et velo
citas casus. Et curatio ei est olim

mirtini. et olm arboris mastici.
cum laudano quo pilorum radices
iuuantur. et est leue. et fiat illud
postquam abraduntur pili. et fortius
illo est ut dissoluatur pondus
ʒ. iii. acatie ʒ. iii. laudani. in ℥.
ß. uini puri. et fundatur desuper
℥. ß. olei mirtini. et coopiatur
cum eo caput. Et quandoque confert
olm mirtinum cum laudano ei
qui fit ex diminutione nutrimen
ti etiam. Cap. iii. de dolore capitis.

Fit ex febre calida. sicut terciana et cau
son sine apostemate in cerebro. et signa
eius sunt. quoniam commouetur cum
eo caliditas febris et quiescit cum
ipsa declinat. Et cura eius est cu
ra febris. et fit ex apostemate
in cerebro. et pinniculus eius et
signa eius sunt. assiduatio do
loris capitis a principio egritu
dinis usque ad eius diminutio
nem. et quod excitatur ante uehe
mentiam febris. et uehementiam
rubedinis oculorum. et exuberatio
uenarum. et alienatio et commixtio
rationis. Et cura eius est cura fre
nesis calide ex eis que ego dicam.
Et fit in fine febrium. et cum est
crisis. Et signa eius sunt quoniam com
mouetur postquam pertransit febris
quatuor dies. et fiunt cum ea
nausea. et subuersio anime. et uertigo.
Et cura eius est adiutorium ad
uelocitatem uomitus. si fuerit
nausea. uncos cum aqua calida
et sirupo acetoso. aut suppositione
collirii. aut enemas lenis. Si uero
non fuerit siccus. aut fuerit cum
eo commotio in mirach. Caput
uero ipsum non curatur in hac egri
tudine cum aliquo. et fit a cali
ditate uenenorum. Et cura eius est

ut fundatur super caluam oleum
ro. recens. aut olm de oliuis re
centibus inmaturis. Et non effunda
tur super occipitio quoniam est locus fri
gidus. et ex eo origo est nuche.
ut non perueniat ex effusione
olei nocumentum. et fit olm quod
effunditur super sinciput infri
gidatum super niuem. aut in cursu
aque frigide. aut conquassetur
cum qualitate quarte ipsius aceti.
Super infantium autem et mulie
rum capita effundatur oleum
camomillinum. et fit ex frigore
aeris. et cura eius est effusio o
lei calidi super sinciput. sicut olei
ruetacei. aut olei laurini. aut co
stini. aut alius ex oleis calefac
ientibus. et fit iterum a siccitate sine
materia dolor capitis sed est debilis.
humiditas autem non facit accidere
dolorem capitis omnino nisi multi
plicetur eius quantitas. tunc enim fa
cit accidere grauitatem in capite.
et eius curatio est cum desiccantibus
et cum pillulis stomaticis. et ierapigra
gal. et oleis desiccatiuis. et eius
curatio ex siccitate est balneum.
et inunctio cum alio oleo. et hu
mectatio cibi. et fit absque febre
sicut propotum uini fortis puri.
Et signa eius sunt ut commoueatur
post ipsum. et ut fit caput cum eo
graue. et curatio eius est somp
nus plurimus. deinde introitus balnei.
et acceptio cibi pauci frigidi. ex len
tibus autem et caulibus. aut ex pulte
preparatis cum aqua agreste. et odo
ratus cum camphore et rose. et fri
catio pedum. deinde reiteratio
balnei post somnium longum.
Ergo si remanserint in capite ex
eo reliquie cum paucitate somp

ni. fumatur ex uino commixto
plurimum acceptio equal. Et fit ex
casu aut percussione accidente in
capite. Et curatio eius est flobo
thomia cephalice. dein effusio
aque frigide sup caput et facere
emplastrum post illud ex foliis mir
ti cum pauco ramedo et acacie.
et aqua citoniorum et olfatus odo
riferorum frigidorum. et cibari post il
lud ex cerebris gallinarum et cerebris
arietum et edulorum et deuitet cibum
cibum calidum. cuius est uaporem
ascendentem ad caput. et leni
atur natura eius cum suppositorio
facto ex sapone. aut clistere facto
ex aqua ficle et aluminum et oleo ui
olato et fit ex uentositate feti
da replente caput. et curatio
eius est olfatus redolentium fri
frigidorum. sicut camphore. et aque
rosate et uiolarum et sandalorum et ne
nufaris et odorare olea eorum. Et fit
etiam propter olfatum uentositatis
uaporis calidi replentis caput.
sicut gallie et ambre. aut mu
sci. aut fibium ex bene redolentibus
calidis. et cura eius est flomia. et
effusio aque frigide sup caput et
olfatus bene redolentium frigidorum
de his que diximus et odorare mul
tociens olea eorum. Et fit ex dominio
colere in sanguine. et signa eius
sunt exsiccatio corporis et exte
nuatio eius et uelocitas pulsus
et sitis et siccitas superiorum partium
narium et uigilie. et eius cura
est lenificatio uentris cum aqua
prunorum et sirupo rosaceo. deinde
effusio aque frigide sup caput.
et positio aceti de uino et aque
rosate et olei rosati conquassati
sup ipsum et inunctio eius cum oleo
uiolaceo et oleo de cucurbita et de
amigdalis dulcibus et sternutatio
cum eis et assidue uti cibis frigidis.
ut cucurbita et agresta et portu
laca et lac et que sunt ex eis et ac
ceptio mucillaginis psillii. et
aque granatorum acetosorum. Et fit
ex dominio sanguinis. et eius
signa sunt rubedo faciei et oculorum.
et grauitas capitis et totius cor
poris et multitudo sompni. Et cu
ra eius est flomia cephalice. de
inde reliqua que diximus de cu
ra doloris capitis accidentis ex
colera citrina. Et confert huic do
lori capitis propter ciabina cum taf
sil et alcursu et agresta et in sedi
menta i uuulbe. Et fit ex uapo
re grosso in capite. et signa eius
sunt tensio in radicibus oculorum.
et uehementia doloris capitis sine
grauedine et uehementia pulsa
tionis temporum. Et eius cura est le
nificatio nature cum superfluita
te paruca cum eis que sunt sicut in
fusio aloes et pille de yera. deinde
inclinatio capitis sup uaporem
camomille et sansuci et calamenti
aliquotiens. deinde introitus bal
nei. Et fit ex humoribus frigidis
crossis medicis. aut flaticis com
bus rupe in capite. Et signa eius
sunt uehementia doloris capi
tis sine caliditate in capite et facie
apud tactum et neque est rubedo
in colore. neque eculeratio in uenis.
et quod est cronicis. Et eius cura est
solutio cum pillulis cochiis et yera
rufini et inclinatio capitis super
decoctionem camomille uel calamen
ti et sansuci et odorare rutam et ca
storeum et sisimbrium et sansucum.
et sternutatio cum pipere et dorsi.

⁊ castoreo. et gargarismũ cũ sir.
acetoso ⁊ sinapi. et dolor quidẽ
capitis assiduus comprehẽdẽs
caput totum noĩatus hũs ga
leam ẽ h̃ gñis. et fit ab humorĩ
bꝫ malis in pte capitis. aut in
toto capite. Et signa eiꝰ sunt q
eger lumen intueri non ualet.
neqꝫ uocem audire põt. Et cura e
ius est euacuatio nature cũ eiꝰ
que mũdificãt caput ⁊ stoma
chum. Et fit ex cola in ore sto
machi sine febre. Et signa eius
st̃ nausia ⁊ qͦd sedatur post uo
mitum. Et cura eiꝰ est. ũ bibat
sirupũ acetosum ⁊ aquã calidã
multam ⁊ euomat aliquotiẽs
donec mũdificetur stomachuũ.
et sedetur nausia. deinde come
dat ex malis ⁊ citoniis ⁊ cibaria
facta cum aqua agreste. Et
fit post coitum. Et curatio eius
est ablutio cum aqua frã ⁊ sõp
nus ⁊ olim uiolatum ⁊ comestio
pullorum ⁊ uitellorum ouorum ⁊ ãmi
nistratio enematis qͦd impin
guat renes ex eis que dicuntũ
in capitlo coitus. Et fit quod
strictura oris stomachi et mľ
titudine sensus eius. Et signa
eius sũt qͦd cõmouetur in matu
tinis. et cũ eo ẽ fames ⁊ sedatiũ
cum hõ comedit q̃lubet come
stionem. et cura eius est ũ bibat
hũs cum in mane sauich ⁊ cuc
carum. aut sumat aliqd de fruc
tibꝫ stipticis. sicut pomis ⁊ cito
niis ⁊ granatis muzis. aut co
medat bucellam panis infusĩ
in aqua agreste. aut aqua gñia
torum acetosorum ⁊ conferunt omĩ
bꝫ spẽbꝫ doloris capitis lenifica
tio uentris semp ⁊ alienatiõ oĩs

rei cuiꝰ uaporꝫ uelociť eleuatiũ ad
caput. Cap. iiij. de emigranea.

Quandoqꝫ fit ex caliditate. et signa
eius sunt pulsatio timporum.
et calefactio tactus patis ⁊ seda
tio ex rebꝫ friis. et curatio eius ẽ
flomia cephalice ⁊ lenificatio
nature cum eis que diximus i
capitlo doloris calĩ. ⁊ assiduatiõ
acceptionis coriandri ⁊ zuccari.
et psillij in matutinis. Et fit ex
uaporibꝫ humorum frigidorum. Et si
gna eiꝰ sunt. ledi ex rebꝫ frigi
dis ⁊ priuatio caloris in parte
cum tangitur ⁊ qͦd est longio
ris assiduatiõis ⁊ pluris. Et cu
ra eius est. sďo cum yeranifini.
et cũ pillis cochiis ⁊ cum omibꝰ
que diximus in capitlo apople
sie. aut sumatur ÷ .i. olĩ d̃ lilio.
et distrumpatur in eo pondus ʒ.
.ij. castorei ⁊ ʒ .i. euforbij. et fri
cetur cum eo pars ⁊ dissoluatur
in aurem que est in illa pte. et
qñ pseuerat emigranea ⁊ pro
ueniet oculo tenebrositas ex ea.
oportet tũc ut cito succurratr̃ sub
leuando arteriam ⁊ cauterizãdo
eam. et si nõ faciet ipm incurrẽ
et in tisar et destructionem uisꝰ.
Et emigranea qñ ẽ frigida plu
rimum fit in parte sinistra. et
calida in pte dextra. Et cõfert
emigranee ex calore ut dissol
uatur sexta pars ʒ .i. camfore ĩ
guttis lactis mulieris ⁊ distil
lentur in aurẽ. Cap. v. de ver-
tigine.

Quandoqꝫ fit ex mul
titudine sanguinis. ⁊ signa e
ius sũt rubedo faciei et oculorũ
in illa hora. et exuberatio uena
rum ⁊ alguadegia ⁊ pulsus tim
porum ⁊ uenarũ que sũt pt aures.

et qđ rubet facies ⁊ caput. Et cu
ra eius ē flobomia basilice medi
e. aut cephalice. ⁊ uentosatio cru
rium. ⁊ abatio ex cibis subtilib9
extinguentib9 sanguinem sic̄
lentib9. ⁊ aq̄ agreste. ⁊ alchamis
et amministratio psillij cum
zuccaro. Et fit ex colera. Et si
gnum eius ē qđ mouetur ān
ipm nausia. Et cura eius est ut
uomat cum syr. accetoso ⁊ aqua
calida. ⁊ bibit decoctionē miro
bol. aut aquā casei. ⁊ utatur aq̄
granatorum acetosorum. ⁊ aq̄ agreste.
et omni in quo est accetositas
⁊ stipticitas. Et fit ex flegma
te. Et signa eius sūt conturba
tio sensuum. ⁊ albedo coloris et
multitudo sompni ⁊ sputi. Et cu
ra eius est illud qđ diximus in
capitulo doloris capitis facti ex
flate. Et fit ex colera nigra. Et
cura eius est sicut cura doloris
capitis facti ex melancolia.

Capitlm. vij. de birsen.

Et est apā ueniens in cerebro exi
stens aut calidū aut frigidū. Et illud
quidem qđ calidum ē. accidit aut
ex colera. aut ex sanguine. Et
frigidū. aut ex humorib9 flegma
ticis. aut melancolicis. Et sig̃
birsen cali ex sanguine sūt fe
bris continua cum rubedine. ⁊
magnitudo pulsus. et repletiō
uenarum. ⁊ qđ fit in corpore crasso.
plurimi sanguinis. ⁊ quod as
siduo usū fuit carne ⁊ uino. et
eis que ex mell' fiunt. Et cura
tio eius est flobomia. deinum po
sitio aceti ⁊ aque rosate et olei
rosati cōquassatorum sup caput.
et lenificatio cum enemate li
ni. ⁊ potus aque ordei. ⁊ abstinē
a b omni cibo crosso. et potare aq̄
lentium excorticatarū. ⁊ aquā
agreste in infusione; uiuubarum
et prunorum ⁊ similiū. Et fit ex
colera citrina. Et signa eī sunt.
qđ est febris continua uehemē
tioris calitatis. ⁊ est cum ea saltē
et alienatio uehemens. et leui
tas in capite. ⁊ ē rubedo in facie.
et ocul' minor. Et fit in corpore
extenuato cui iam accidit cibari
ri ex calis reb9. sicut allio ⁊ pipe
⁊ sinapi. ⁊ melle. ⁊ piscib9 parum
salitis ⁊ similib9. ⁊ accipere me
dicinas calas. sicut mel ⁊ sitia.
Et eius cura est potare aquam
decoctiōis prunorum oī die ante
aquam ordei p horam unā. et
post aquam ordei. ⁊ aquā cucu
bite. ⁊ aquam citroli in meri
die. ⁊ mucillaginē psillij cum
uespe sūt. Et si possibile est ut
cibetur cum aliquo tūc carnis sa
nich ⁊ zuccarū ⁊ pane torrefacto ⁊
zuccaro. ⁊ nō prohibeant ab aqua
frā oīo ista. neqꝫ illi qui habēt
birsen sanguineum.

Birsen aūt frigidū qui nominatū li
targia. ⁊ fit ex flāatico apātē ac
cidens in occipitio. Signa sunt
subet cum febre ɔtinua nō for
tis calitatis. ⁊ albedo lingue. et
difficultas apiendi palpebras.
et qđ qñ aperiunt' in dispōitē
redeunt uelocit' ⁊ clauduntur.
Et curatio eius est. ut sumatū
colloquintide intioris ⁊ cartami.
amborum ān pugillus un9. ⁊ conte
ratur. et se. urtice pugillus un9.
et calamenti manipulū puus.
et corticum radicis cappari' pu
gillus un9. ⁊ decoquantur cū. iij.
libr. aque. usqꝫ quo remaneat

libr. v. 7 coletur. 7 fiat enema ex .v.
lib. huius aque cum ℥ .i. mun nabati 7 quartam ℥ .i. olei. 7 ponatur in principio rei a primo die
usque ad tertium diem super caput eorum acetum 7 oleum rosatum. et
aqua rosata. et post quartum ponatur cum eis aliquid castorei.
deinde ponantur super capita eorum
sisimbrium 7 calamentum contrita infusa in vino. 7 provocetur eis
sternutatio cum pipere 7 castoreo.
Et fit ex colera nigra. Et signum
eius est quod remanent oculi apti.
non palpebrantes sicut oculi intuentes in unum locum sine motu.
Et cura eius est ut sumat epithimi
rubei. pulleggii .i. 7 colloquintide
interioris 7 pollipodii ambo. ana
pugillus unus. 7 calamenti manipuli .i. decoquantur 7 fiat clistere cum aqua eorum post decoctionem
cum oleo camomillino 7 effundatur super caput eius oleum narcisinum. 7 oleum de lilio tepido. 7 fiat
caput purgium cum ambobus.
Et sumat in potu aquam mellis
loco aque ordei. 7 similiter in illa que
est ex flate. **Cap. vij. de epilia.**

Fit ex flate. Et signa eius sunt mollicies corporis. 7 albedo coloris. et
complexio frigida. 7 multitudo usus
ciborum frigidorum. 7 multitudo sputi 7
mucillaginis. et conturbatio sensuum. 7 multitudo spume cum fit
epilia. Et fit epilia secundum plurimum
in augmento lune 7 complemento
luminis eius. Et fit etiam cum
diminuitur luna. Et curatio eius
est. purgatio cum yeratufini. et
pillis cochiis. 7 pillulis .s. 7 gargarismus cum sir. acetoso. 7 sinapi.
et sternutatio cum pipere 7 condisi.

et castoreo. 7 assiduatio olfatus ui
ce. 7 minoratio cibi. 7 additio in
labore. Et sint summa cibi eius aqua
ciceris. 7 ficus. 7 caprole. Et fit ex
multitudine colere nigre in corpore. Et signa eius sunt tenebrositas cum extenuatione 7 multitudo comestionis. 7 pulsus cordis et
tremor eius. 7 acetositas uentositatis spume. 7 acetositas ex ructuatione. 7 nigredo spume. Et cura eius est ut soluatur aliquociens
cum decoctione epithimi. aut yera.
.G. deinde cibetur cibis boni chimi.
ut sunt pulli. 7 aneteo. et intelliuorum. 7 uinum multe commixtionis
cum aqua. 7 confortetur caput eius
olfatu musci. 7 gallie. 7 multitudine balnei. preter quod sudet in eo
plurimum. Et fit ex uentositate
frigida eleuata ex aliquo membrorum.
Et signa eius sunt quod sentit infirmus uentositatem eleuari ex manu. aut crure. aut ex pede. aut ex
coxa. 7 peruenit usque ad caput 7 faciat epiliam. Et causa eius est ab humore malo ualde iam facto ueneno retento in membro ex quo
eleuatur uentositas ad cerebrum.
Et cura eius est ut ligetur super
illud membrum in hora in qua incipit uentositas eleuari ex eo. Et
post illud liniatur locus eius melle
anacardi. 7 oleo. 7 sinapi. aut pipere donec uesicetur locus et ulceretur. et curat quod in eo est. 7 ponatur super ipsum uentose cum incisione. Et fit quandoque ex multitudine sanguinis. Et signa eius
sunt quod implentur algurdegi. et
facies 7 rubent. deinde fit epilensia. et quandoque procedit sanguis ex
naribus eius. Et cura eius est flebo

mia saphene. et uentosatio crurium
et minoratio cibi. **Capitulum viij. de incubo.**
(Q)uum huic non succurritur
quoniam assiduus fit et multiplicatur
peruenit ad epilepsiam. et fit ab assidu-
atione multitudinis sanguinis
in corpore. Et signa eius sunt ru-
bedo oculorum et dominium sompni.
Et cura eius est uentosatio crurium
assidua. post flebotomiam saphene
et diminutio cibi. et dimissio ui-
ni. Et fit ex dominio fleumatis. Et signa
sunt tarditas sensuum. et mul-
titudo sputi et mucillaginis. et
pigricia corporis. et mollificatio
eius. Et cura eius est cura epilep-
sie fleumatice. **Capitulum ix. de melancolia.**
(E)st trium modorum. primus quorum
fit ex adustione sanguinis qui
est in capite. Et signa eius sunt
profundatio oculorum et tenebrositas
cutis. et quod multam moram fecit
in sole. et acceptio multarum medi-
cinarum calidarum et uini puri. Et cu-
ra eius est multiplicatio effusi-
onis aque tepide calide super ca-
put. et potare uinum commixti-
onis tepide calide super caput. et
potare plurimum. et facere caput
pinguium cum oleis frigidis. et longi-
tudo sompni. et dilatatio in abi-
tonis huius. et ponere super cap-
iuolas humidas et cortices citro-
li. et rasuram cucurbite. et medul-
lam eius. et cauere a sole. Et fit mo-
dus secundus ex adustione sangui-
nis et superfluitate eius ita ut
recedat et fiat materia melancolie. et do-
minetur in melancolia super corpus to-
tum. Et signa eius sunt quod corpus to-
tum est nigrum extenuatum cui
iam exercicium accidenit et la-
bor plurimus et assiduatio ciborum

generantium melancoliam sicut lentium
et caulium et que sunt similia illis.
Et cura eius est flebotomia mediane et
solo cum decoctione epithimi una
uice post aliam uicem. et dilatatio
eam semper in cibo bono. sicut car-
nibus pullorum et arietum et fisanum
factis cum cucurbita. et oleo amigda-
lino. et potare uinum album sub-
tile clarum cum aqua plurima.
Et fit modus tertius proueniens
ex splene et mesaraica. Et signa
eius sunt multitudo appetitus
cibi et paucitas digestionis et in-
flatio uentris. et lenitas eius
cum multitudine uentositatum
in uentre et ypocondriis. Et cura
eius est ut sumat in potu ʒ iij.
epithimi contriti cum ℥ i. sirupi
acetosi in ebdomada semel. de-
inde dentur medicine que exsiccant
splenem ex eis quas diximus
et alia temperata sicut electuarium
de silo aloes. et electuarium diacatoli-
con non solutiuum. et confectio no-
minata letificans. et electuarium
de mak. et electuarium de scoria ferri
cum uino et limature acus.
(E)st species **Capitulum x. de cucubuth.**
una que fit ex adustione sangui-
nis. Et signa eius sunt uehemen-
tia fuscationis faciei et tristi-
cia assidua et taciturnitas et alie-
natio in nocte. Et cura eius est
cura melancolie que est ex dominio melancolie
in toto corpore. et multitudo ad-
ministrationis olei et balneum.
et medicine sompnum facientes ex
eis que effunduntur super caput
sicut decoctio seminis lactuce et
corticum papaueris et uiolarum sic-
carum. et emulgere lac super caput.
et cibi facti ex lactuca et cucurbi-

ta cum oleo amigdalino.
Cura eius ē. Capit. xi. de amore.
assiduatio coitus. ⁊ ieiunium.
et deambulatio. et ebrietas plu
rima assidue. Capitulum. xij. de
Fit ex sanguine. Et sig̃ appliä.
eius sunt. rubedo maxillarum
⁊ faciei. ita ut sit q̄si suffocatus
et exuberatio algiditegi ⁊ uriä
rum. Et cura eius est flobotho
mia ambarum cephalicarum simul i
una hora. ⁊ assiduatio uētosarum
pt illõ sup eius ⁊ minoratõ cibi
⁊ dimissio uini ⁊ lactis. ⁊ assidu
atõ balnei. Et ex humoribus cru
dis flatiās. Et signa ei' sũt. mol
lificatio cor. ⁊ albedo coloris. ⁊
multitudo sputi quēadmodum
diximus. Et eius curatões yera
colloquintidos. ⁊ cochie. ⁊ yera
ruffini. ⁊ enemata acuta calia
et olfatus plantarum redolentiũ
calidarum. ⁊ musti. ⁊ gallie. et odo
rare rutam ⁊ castoreũ. ⁊ garga
rismis cum sinapi ⁊ sir. acetoso.
⁊ yerap̄. et sternutatõ cum pipe
et castoreo ⁊ cõdisi ⁊ similibus.
Est Capit. xiij. de paralisi.
duarum spērum. quarum una fit ex
dominio flatis sup corpus. Et
signa eius sũt signa apoplie flä
tice. Et cura eius est sicut cura
illius. Et spēs ei' secõa fit succes
sione pcussionis aut casus. Et
signa eius sũt q mollificatum
est corpus totum. aut aliqua
narrauimus. deinde cura ea cum eo
quod confert eis ex unguentis donec sa
nentur. Et si tu cauteriges eum cau
terio magno super alcatin est ma
gis ultimum in iuuamento.

Cap. xxxvi. de cauterizatione fistule que fit in ano et partibus eius.

Quando non obedit infirmus sectioni et
operi quod narrauimus in loco suo. et
terretur ab illo forte sanatur cum caute
rio. Cum ergo accidit alicui fistula et
antiquatur et currit pus ex ea et humidi
tates corrupte. Digni ergo quod oportet
est ut probes eam cum tenta subtili.
deinde cognosce quantitatem profunditatis
eius cum tenta. deinde igni cauterium
quod assimilatur radio. deinde intromit
te ipsum ignitum in ipsam fistulam et
quantitatem in qua intrauit clauus
et itera super eam cauterium donec com
burantur illa corpora corrupta omnia
semel aut bis aut ter secundum quanti
tatem necessitatis tue. et custodi te
ab adustione nerui si est illic. aut
uene magne. aut si fistula uadit
ad corpus uesice aut ad corpus intestini
tunc custodi te ab istis omnibus locis
et non facias illud nisi fistula est in loco
carnoso. et cogita quia est non pene
trans. deinde cura ipsum locum usque sane
tur. Si autem sigillatur locus et absciduntur
tur ab eo materie et remanet sic tem
pore longo tunc scias quia iam sanatus
est integre. Et si non absciduntur ab
eo materie tunc scias quia est penetrans
aut in profundo eius est os corruptum
aut quasi illud ex illis quorum rememo
ratio inueniretur in loco suo.

Cap. xxxvii. de cauterizatione renum.

Quando accidit in renibus dolor ex
frigore. aut ex uentositate grossa
et minuitur propter illud coitus infirmi.
tunc oportet ut cauteriges eum super al
methenin super ipsos renes cautio
super omnem renem cum cautio clauali cu
ius precessit rememoratio. et fortasse
cauterizamus eum secundo in ipso eo alme
idatu. Quare ueniunt tria lineata
ergo erit magis ultimum in iuuamento.

Cap. xxxviii. de cauterizatione uesice.

Quando accidit in uesica debilitas
et mollificatio a frigore et humi

ditatibus dorsi nō retin eat infirmū
urinā. tūc cautica ipm̄ in inferi
ori pte sub mirach sup uesicam
ubi incipiūt pili pectinis. et cau
terio a dextra siminis. et alio a sini
stra ipi. et sit longitudo cautii ois
latis s̄m q̄ntitatem nodi pollicis.
et cautica ipm̄ cautio in inferiori
dorsi aūt duobus cautiis si indigē
illo. et sit cautiū clauille s̄m q̄ p̄
cessit. Cap. xxxix. de cautigatione
Quando accidit in matricis. h
matrice frig. et humiditates et pro
hibetur p illud ab impregnatiōe.
et corrumpunt mēstrua ei et tar
datur puocatō eoꝝ. et accidit ei ap̄
aduentū eoꝝ dolor. tē oportet ut
cautigetur tribus cautiis in circui
itu umbilici sic̄ diximus in cauteri
catiōe uesicae. et cautio s̄r alcati in
ferius dorso. aut duobus cauteriis.
et sit cauterium clauile.

Cap. xl. de cautigatiōe dislocati
Quando fūdunt̄ur onis anche.
humiditates mucose ad piscidem
anche. et fuit cā exitus eius a loco
suo. et signū illius ē q̄ plongat̄
cius sup alterū qn̄ comparant̄ ad
inuicē. et inuenitur loc̄ dislocati
onis in eo uacuū. Oportet igr̄ ut
cautices infirmū sup piscide an
che ipius cautio sili circulo postq̄
tu signas eum encaustro in circui
itu piscidis sic̄ reuoluit̄ ut cadat
ipa piscis in medio circuli. et sit cau
terium cui precessit for. in caute
ricatōne sūo. Quod si tibi nō est pre
sens hoc cautium. tē cautica ipm̄
tribus cauteriis cum cautiō oliua
ri magis. et fiat cauterio pfundi
tas s̄m q̄ntitatem spissitudis cu
tis toti. deīn cura ipm̄ don sanet̄.
Cap. xli. d̄ cautig̃it. ueneſiatice.

Quando accidit dolor in piscide an
che. et fuit causa illius frig. et hu
miditates. et curatur infirmū cū
eo q̄ diximus in diuisiōe. et nō pfert
curatō. et antiq̄tur illō. tē oportet
ut soluas infirmū ab humoribus
crossis cū pill. fetidis. aut pill. ar
tificialibus et silibus. Deinde cautica
eum. et modus cautii ē in ea scd̄m
duos modos. aut cautium cum
medicinis adurētibus. aut cautiū
cū igne. Cautium aūt cum igne
est s̄m modos. Quoꝝ unū ē ut cau
terices sup piscide anche ipi. tribus
cauteriis triangulati s̄m hāc for.



et fac eis pfunditatē bonā magis.
et sit spatium q̄ ē int̄ omē caute
riū quātitas crossitudis digiti
et sit cauteriū oliuare. Quandoq̄ aūt
fit cautium in medio sup caput
anche ipi. qr̄ fit quatuor cauteria.
et si uis cautica cū circulo cui prece
sit for. in cautericatōe dislocatōis
anche. uno ut sit circulus cōtinēs
totam ancham. et cōburit spissitu
dinē cutis totius. Iste ē mod. cau
terii in sciatica qn̄ dolor ē adherē
anche ipius. et nō extendit̄ usq. ad
coxam et crus. tūc cautica ipm̄ du
obus cauteriis sup coxā sup locum
ad quē innuit illic infirm. in quo
ē dolor. et cautio uno sup cauillam
quatuor digitis ad partē siluestrē
parump. et sit cauteriū cultellare.



et sit cautii pfunditas s̄m quan
titatē spissitudinis cutis. Quod si in
firmus innuit q̄ dolor extendit̄ us
q. ad digitos pedis. tūc cauteri
ca ipm̄ illic ubi innuit cū cauterio
puncti. tribus aut q̄tuor aut plurib.
si indiget illis. et si innuit dolorē
eē subgenu ūsus crus. tē caute
rica ipm̄ illic cautio uno cultella

lari. et caue tibi in omni cauterizatione tua
ut non ultimes cum cautio ad hoc ut
combiras neruum aut arteriam magnam. et attrahas per illud super infirmum
nocumentum malum aut contractionem
accimiati .i. corda. Et ego quidem iam
uidi unum et alium ex eis qui cauterizauerunt
cauere sicut cauillam et ultimauerunt
in cauterizatione et inflatum est eius
donec tumor consecutus est pedem et
perforatus est totus et corruptus est totus
pes. deinde accidit solo uentris et mors
post illud. Quod si dolor est in duabus
partibus similiter cauteriza utrumque secundum hunc
modum. Et sapientes quidam dixerunt
in cauterizatione anche cauterium
cuius est iste modus. fac simile samio cum
ferro cuius diametros sit medietas
palmi et sit apud orificium suum secundum
crossitudinem nuclei dactili aut minus
parum. et inter istud samium
sit samium aliud. et samium tertium.
et sit spatium quod est inter omne samium
per quantitatem nodi pollicis. et sit samium
a apta a duabus partibus. et sit altitu
do eorum quasi nodus aut duo nodi. et
fac eis manubrium cum ferro decenter
aptatum in samius. et hec est forma eius.



Deinde ignitatur in igne donec ru
beat et proiciat scintillas. deinde pona
tur super piscidem anche infirmo
accubitato super latus sanum. cauterizas
igitur cum tribus cautiis totaliter
in uice una. deinde dimitte ipsum
tribus diebus postea emplaustra eum
cum butiro. et dimitte ulcus apertum
diebus multis. deinde cura ipsum cum
unguento donec sanetur. Inquit albuca
sim hanc speciem cautii o fili parum usi
sumus propter terrorem aspectus eius. et propterea
quod paucos inuenimus qui expectent

super ipsum. uerumtamen est ex bonis cautiis
ei qui sufferet et inueniat cum eo locum
eius. Cautium autem cum medicina ad
urentibus est ut facias duo samia
habentia perforatam armillam in qua
descendit cardo porte ex ere aut ex
ferro longitudo parietis quorum in alti
tudine eorum sunt duo nodi aut quasi
ipsi. et sit spatium quod est inter utrumque quan
titas crossitudinis digiti et sint
apte superius et inferius. et sit quod conti
neat se ad inuicem secundum hanc formam.



deinde pone ea super piscidem anche
infirmo iacente super latus sanum
et comprime manum tuam super piscidem
anche multum. deinde funde inter
duos circulos ex aqua calida que sit
calefacta cum igne parum et tene
eam quantitate hore temporalis et tollet in
firmus mordicationem eius et ipsius
adustionem. Nam ipse inuenit mor
dicationem sicut ignis donec quiescat
mordicatio. deinde eleua manum
tuam cum instrumento et abisterge aquam
calidam ab ancha tota cum aqua dulci.
deinde dimitte illud tribus diebus et po
ne super illud butirum donec remoueatur
nigredo adustionis. et dimitte
illud tribus diebus et curret ex eo pus.
Est enim ultimum in iuuamento. dein
de cura ipsum cum unguentis donec sa
netur. Quod si extenditur dolor usque
ad coxam aut crus fac ei statuam
in eo quod continet aquam secundum quod
fecisti in ancha equaliter. et iste est modus
aque calide. et ego iam scripsi eam
in tractatu rectificationis medicinarum.
Sume alcali et calcis non extincte
ambobus ana partem unam. et tere utrumque
et pone ea in ollam nouam cuius
inferior pars sit perforata foramine
uno paruo secundum quantitatem quod in
grediatur ipsum radius. et pone sub fun

do olle ollam aliam uitreatam et pro
iice super alcali et calcem ex aqua dulci que
submergat utrumque per digitum. postquam
tu comprimis ea manu tua com
pressione bona. et dimitte ollam donec
descendat aqua acuta in inferiori
parte olle uitreate. deinde aggrega illam
aquam totam. deinde proice eam super calcem
aliam et cali aliud renouatum etiam. Ipsa
enim est fortis acuitatis ualde enim que
administratur in multis operationibus
medicine. et in cauterizatione reliquorum
membrorum quoniam efficit operationem ignis
ipsius et ex medicinis sunt cum quibus
cauterizatur ancha que sic est sicut. et mel
anacardi. et calx cum sapone ita quod u
traque sit permixta. Et Galienus quidem
narrando retulit cuidam uiri exan
tiquis curationem qua curatur est dolor
anche et uene sciatice. et magnifica
uit esse ei ualde. et dixit quod non indi
guit alia curatione. et quia sanatus
est ex uice una donec retulit. quia
ipse fortasse intrauit balneum dela
tus et exiuit ex eo iam sanus. et est ut
accipiatur ex sertaragi uiridi. et
si non inuenitur uiride sumatur sic
cum recens et teratur multum cum
aliquanto adipe et ponatur super an
cham ubi est dolor. aut crus aut in
coxa. et ligetur et dimittatur quantitate
trium horarum aut per quantitatem quod sen
tiat infirmus sedationem adustio
nis. deinde intromitte eum in bal
neum. Cum ergo rorida fit corpus eius
intromitte ipsum in solium. nam dolor
recedit et sanatur. et scias quod non oportet
ut utatur aliquis cautio cum istis me
dicinis nisi post euacuationem. Et
Diascorides quidem dixit quod stercus capre
rum quoniam cum eo cauterizatur uena sci
atica confert ei. et fit cauterium secundum
hunc modum. Sumatur lana et imbibatur

in oleo antiquo et ponatur super locum pro
fundum qui est inter pollicem pedis
et inter focile. et est propinquior focili. de
inde accipe stercus caprinum siccum et
inflamma ipsum cum igne donec fiat car
bo. deinde pone ipsum super lanam. et dimit
te ipsum donec extinguatur. deinde ita
alium. Non ergo cesses facere illud usque
perueniat sensus per mediationem usque
ad ancham et quiescat dolor. et iste
modus cauterii nominatur cauterium uaccinum.

Capitulum xliii. de cauterizatione doloris dorsi.

Quando accidit dolor in dor
so ex causis multis. aut a casu a
ut a percussione. aut euacuatione sup
flua et illis similibus ex infusione ma
terie fride et humide. et cauterium quod
non cadit nisi in hac specie sola que fit ex
effusione materie fride. Oportet igitur
post euacuationem infirmi cum pillulis
fetidis et eis similibus ut fiant post dor
sum ubi est dolor tres linee secundum lati
tudinem almeidati ipsius postquam signas
cum encaustio in omni linea quinque
cautia aut plura secundum quantitatem que
uenit ex tollerantia infirmi et uir
tute eius et fiat cauterizatio cum cautio
puncti. et si uis cautica tribus caute
riis aut quatuor eius cautio clau
li mediali secundum hanc formam.



Capitulum xliiii. de cauterizatione inceptionis gibbositatis.

Multotiens accidit hec egritudo infantibus par
uis. et signum eius inceptionis in pu
eris est quod accidit super eum strictura in
hanelitu apud eleuationem et mo
tum et in uenis in ultima spondi
lium dorsi et nodorum eius quod iam incepit
eminere super reliquas spondiles.
Cum igitur uides illud et uis facere
stare illud. tunc cauteriza ipsum cum cau

terio quod sit circulus secundum hanc formam.



Ut capiat cauterium super omnem partem spondilis equaliter. Et si vis cautiza in circuitu spondilis cum cauterio punctali duas lineas aut tres. et sit punctatio propinqua ad invicem. Deinde cura locum donec sanetur cum eo quod diximus. Et cave ne administres cauterium in gibbositate que sit ex spasmo nervi.

Capitulum xliiii. de cautizatione podagre aut dolorum iuncturarum.

Quando dolores iuncturarum fiunt ab humiditatibus frigidis que effunduntur ad quodlibet membrum corporis. tunc quando accidunt dolores in pedibus de consuetudine medicorum est ut nominent illud podagram proprie. Cum ergo curatur podagra frigida cum modis curis et non removentur dolores. tunc cauterium removet eos. et est ut cauterizes eum post evacuationem in circuitu iuncture pedum cauteriis multis. et sit cauterium olivare et hec est forma eius.

Et si indiges ut punctes super faciem pedis tunc fac cum cauterio punctali. Quod si ascendunt dolores usque ad genua aut ad reliquas iuncturas et multotiens accidit illud. tunc cautiza ipsum tribus cauteriis super omne genu aut quatuor ab omni parte cum hoc cauterio eodem olivari. Si autem necessaria sunt tibi plura hoc cauterio. tunc cautiza ipsum et non submergas manum tuam cum cauterio. immo sit circa spissitudinem cutis tantum. Si autem descendunt dolores ad genua et dorsum tunc administra quod diximus ex cauterio in capitulo suo. Quod si dolores sunt in manibus tantum. tunc puncta in circuitu focilium sicut revolvuntur due linee. Si autem remanet ex doloribus in digitis tunc puncta eos scilicet super omnem nodum punctum et super omne pectinem manus. Si autem ascendunt dolores post dies ad cubitos aut ad humeros tunc cautiza utrosque ab omni parte et non evacuetur infirmus ex regimine bono et acceptione medicinarum. Nam si bonum fiat regimen et evacuetur flegma sanabitur ex auxilio dei cum isto cauterio.

Capitulum xlv. de cautizatione rupture.

Quando accidit ruptura in inguinibus et descendit intestinum aut zirbum ad testiculum. et est illud incipiens propinquum. tunc oportet ut incipias infirmo dimittere comestionem in die suo. et utatur ex lenientibus quod descendat stercus a ventre suo. Deinde sedeat infirmus inter manus tuas super dorsum suum. et precipe ei ut teneat anhelitum suum donec appareat ubi egreditur zirbum aut intestinum. Deinde reduce ipsum digitis tuis. et signa cum encausto sub ruptura super os pectinis cum signo cuius extremitas sit similiter medietati circuli ad superiora corporis. Deinde igni cauterium cuius hec est forma.

donec veniat album et proiciat scintillam. Deinde reduce intestinum aut zirbum ad concavitatem suam. Deinde ponat minister manum suam super locum ut non exeat intestinum. et tu iam aperuisti inter crura infirmi et posuisti sub eo pulvinar. et fuit unus alius super crura eius et alius super pectus eius qui teneat manus eius. Deinde depone cauterium super signum ipsum manu tua cum cauterio stante recta positione. et tene ipsum donec cum eo consequaris os. aut itera cum eo vice alia si non consecutus fueris.

cum eo in prima usque ad os. et pru
dentius obserua ab exitu intestini in
hora cauterizationis tue ne obuiaris
ipsum et eueniat propter illud super infirmum
aut mors aut malicia magna et
scias quod quando non consequeris cum cau
terio os non confert operatio tua.
Et oportet ut sit cauterium infanti
um subtile secundum mensuram eorum et ma
gnis secundum mensuram ipsorum. deinde
cura locum cauterii post tres dies
cum butiro donec remoueatur escara
ignis. deinde cura eum cum reliquis
unguentis donec sanetur. et sit in
firmus iacens super dorsum suum .xl.
diebus donec sigilletur uulnus. et opor
tet ut ponas nutrimentum eius lon
gitudine temporis curationis eius quod leniat
uentrem eius ut non exeat inte
stinum apud conamen et egestionem. de
inde quando uult surgere post quadragi
ta dies. tunc administra ligamentum
decenter factum et teneat ipsum .xl. die
bus aliis et minoretur a labore et
repletione cibi et potus et uocibus
uehementibus. Nam quando utitur hoc
regimine ita sanatur sanatione in
tegra. et ego dicam curationem rup
turarum cum incisione in capitulo
suo. Quando autem ruptura accidit in reliquo
uentre et sunt incipientes et uis ut
non addantur. tunc cauteriza rupturam eius
cauterio rotundo secundum quantitatem eius.
et sit illud quod aduritur ex cute secundum
tertiam eius. deinde cura ipsum cum eo
quod diximus et non addit. et iam dixerunt
quidam primum ut cauterizetur ruptura
cum cauterio triangulato secundum hanc
formam postquam signatur cum encaustro
et ponitur linea que est platitudinis
in latere superiori rupture et linea
alta ad inferius et depone manum
tuam in medio cum cauterio uno

clauili. scilicet cauterium primum melius est et facilius.

Capitulum xlvi. De cauterizatione torsionis.

Quando accidit in quodam membrorum
casu aut percussione dolor et perse
ueuerat ille dolor tempore longo et non confert
in eo curatio cum medicinis. tunc oportet
ut cauterizetur cum cauterio punctali et sit
cauterium omnis membri secundum magni
tudinem eius et ipsius paruitatem et
debilitatem eius et ipsius uirtutem et loca
tionem torsionis et doloris ex eo. Si
igitur sanatur ex cauterio primo est bonum.
et si non tunc itera super ipsum cauterium quod de
consuetudine horum dolorum est ut permu
tentur ex membro ad aliud quod appropin
quat ei. quare oportet ut consequeris
eos cum cauterio donec sanetur infirmus.

Capitulum xlvii. De cauterizatione lepre.

Lepra quidem aliquando iuuatur cauterio
iuuamento maximo. et precipue species
lepre que fit propter putrefactionem flegmatis
et melancolie. Cum igitur uis cauterizare ipsum
considera. Si igitur lepra est incipiens et
curasti eam cum eo quod diximus in
diuisione et non descendit neque stat. et
times super infirmum quod complexiona
tur corruptio super totam complexionem eius.
tunc cauteriza eum super caput .v. cauteriis.
unum in medio capitis uno et secundum infe
rius eo usque frontem apud finem ca
pillorum et duobus super duo cornua. et
uno posterius super nucham ceruicis et
ultima manum tuam cum cauterio parum
donec imprimat in os impressionem
paruam et disloceatur ex eo cortices ut
alleuietur expiratio uaporum grosso
rum ex eo. et cauteriza cauterio etiam
super ipsum splenem secundum quod precessit.
Si autem lepra iam sparsa est super in
firmum et apparet manifeste. tunc
oportet ut cauteriges cum istis caute

rus que diximus in capite · et cauterio
super extremitatem nasi · et duobus cau
teriis super duas maxillas · et duobus
cauteriis super duos spondiles colli.
et sex super spondiles dorsi · et uno ma
gno super alhosos apud gnum caude
et non super ipsum in ipso almeidati · et
duobus super anchas · scilicet super omnem an
cham uno · et duobus super genua uno
super omne genu · et duobus super hume
ros · et duobus super cubitos · et duobus super
tenerittudines pectoris sui · et caute
riza ipsum super omnem iuncturam ex iunc
turis digitorum manuum suarum et
pedum suorum cautio · et super omnem cal
caneum pedum suorum · et focilia ma
nuum suarum · et caue tamen nervus qui sunt
super postremum calcanei ut non com
buras eos · et quandoque cautirizatur cautio
super os pectinis · et alio super os stomachi · et
alio super epar. Et scias quod quanto
plus addis cautium est magis
iuuamenti et magis conferens. Et sci
as quod infirmus non inuenit caute
rio dolorem sicut inuenerunt ipsum sa
ni propterea quod corpus eius iam stupefactum
est. Et oportet quod sint cauteria ex
magnitudine et paruitate secundum me
bra et iuncturas secundum quod precessit ex
speciebus feramentorum. deinde cura cau
terium ex farina herbi cum melle
et reliqua curatione donec sanetur.

Cap. xlviij. de cautizatione stuporis.

Quando stupet aliquod membrum et cu
ratur cum medicinis et oleis et em
plastris et non sanatur: tunc cautiza
ipsum membrum stupefactum cauteriis
quod meretur magnitudo membri aut
paruitas eius · et sit cauterium tuum
intrans spissitudinem cutis parum per.
deinde cura ipsum cum unguento donec sa
netur. Et quandoque cauterizamus ad quo
dam stuporis quod accidit manui et
pedi in spondilibus dorsi apud exitum ner
uorum qui mouent illud membrum et re
mouetur stupor. verum non presumat
super illud nisi qui est sapiens in anotho
mia membrorum et egressione neruorum
mouentium corpus.

Cap. xlviiij. de cautizatione albaras.

Quando antiquatur albaras et non
confert in eo aliquod ex ingeniis me
dicine. tunc cauteriza super ipsam cau
terio profundo secundum quantitatem spissitudi
nis cutis donec remouetur albe
do et mutetur color eius. deinde cura ipsum
cum farina herbi et lentis cum oleo
rosaceo · et foliis anaglose et sangui
ne columbe leporis et ex sanguine
yrundinis · de uno quoque quorum
sit pars una · misceantur omnia et
liniantur super pannum et adhereant
loco donec sanetur.

Cap. l. de cautizatione cancri.

Quando cancer est incipiens et uis ipsum
consistere tunc cauteriza ipsum cum caute
rio circuli in circuitu eius sicut resol
uitur. Sapientes autem dixerunt quod
cautizetur cautio ultimo in me
dio. conclusio quod non uidi illud quoniam timeo
ne ulceretur. ego iam uidi illud aliq
tiens et rectius est ut cautizetur in
circuitu eius cum circulo sicut diximus.
aut cauteriis multis.

Cap. li. de cautizatione adubellati.

Quando aliquis habet adubellati et tar
datur in maturatione aut propter sup
fluitatem facientem eam. aut propter eta
tem infirmi qui est decrepitus pauci
sanguinis. aut propter tempus. et uis festi
nare in maturatione adubellati.
tunc cauteriza ipsum in circuitu eius
cum cauteriis paruis multis punc
tando deinde dimitte eam. nam ipsi
adubellati festinabit cum matu
ratione. Si autem uis perforationem eius

cum cauterio tenui igitur cauterium cum forte est.

et depone ipsum in medio ad uuellam donec penetret cutem. et sic cauterium abeo quod sequitur inferius ut alleuietur cursus puris. deinde cura ipsum donec sanetur.

Capitulum .lii. de cauterizatione corrodentis.

Corrodens non est nisi corruptio ambulans in membro et corrodit ipsum sicut ignis comedit ligna sicca. Si igitur uides corrodentem .i. expetentem cibi omentum in loco qui tolleret cauterium cum igne tunc igni cauteria clauilla et multa parua et magna secundum quod conuenit illi loco in quo est corrodens. deinde cauteriza ipsum ab omni parte donec eradices corruptionem totam et non remaneat ex ea aliquid penitus. deinde dimitte ipsum tribus diebus et pone super loca cauterizata sulphur tritum cum oleo donec eradicentur escare omnes et omnis corruptio. deinde cura ipsum cum unguentis generantibus carnem. Si ergo uides post tres dies quod caro nascitur natiuitate sana in qua non est corruptio est bonum. et si non tunc itera cauterium super illud quod remansit ex locis corruptis. et corrodens quidem medicatur quandoque cum medicina acuta in diuisione ipsa. namque surgit loco cauterii. uerumtamen cauterium cum igne est uelocioris iuuamenti. Et ego quidem iam dixi curationem eius cum medicina acuta in diuisione. Accipe igitur eam illic quando ea indiges.

Capitulum .liii. de cauterizatione clauorum.

Multotiens accidit diuersorum et aliorum in inferioribus partibus pedum hec egritudo et est res grossa sultrata que ledit pedem. et cauterium quidem in eis est secundum duos modos. cauterium cum igne et cauterium cum aqua calida. Cauterium autem cum igne est ut ignias cauterium concauum simile penne uulturis quod fiat ex ferro secundum quantitatem quod contineat clauum ab omni parte et sit subtilium marginum. deinde depone ipsum ignitum super clauum. deinde reuolue manum cum cauterio in circuitu claui donec perueniat cauterium ad profunditatem claui. et dimitte ipsum tribus diebus donec incipiat emittere pus. deinde emplastra ipsum cum maluis siluestribus contritis cum sale. et dimitte emplastrum super ipsum in nocte. Ipse enim eradicabitur ex radicibus suis. deinde cura locum cum unguento generatiuo carnis donec sanetur. Quod si sit non concussi et multotiens accidit in superficie corporis precipue in manibus et pedibus. tunc oportet ut administres in eis cauterium cum aqua calida. et est ut accipias cannulam ex ere aut ex ferro aut ex penna uulturis. et depone eam super clauum aut albothelum. et deinde proice in cannulam ex aqua calida quantitatem paucam et retine manum tuam. et tu reuolue eam cum compressione manus tue parum ut imprimat margo cannule in radice claui et inueniat aqua calida uiam ad profundum ad radices claui. et expectet infirmus parum super mordicationem aque calide hora una. deinde dimitte ipsum. Iam clauus eradicatur cum radicibus suis. Ita fac uno post unum cum eis donec ueniat super omnes qui ex his sunt in corpore. deinde cura eos postquam eradicantur cum eo quod generat carnem ex unguentis.

Capitulum .liiii. de cauterizatione tremoris.

Quando accidit alicui tremor ex frigore in neruo aut ex febre quartana

tina aut alio. tūc oportet ut cau
teriçes ipm q̄tuor cauteriis aut
quinq; sup spondiles dorsi int̄ q̄mq;
spōdilem cautio. 7 in pectore ei cau
terio cū cauterio oliuari. tremor ē
quiescit 7 festinat sanitas egri
tudinis frigide. Cap. lv. de cau
terizatōe albathir. accitū in corpe.

Quando expellunt in corpe .i. pu
stule barthir sicut q̄ fuit a materi
is crossis corruptis. Oportet ḡ i
pinis cum apparēt ut cauterizet
sup omē caput pustule cauterio
subtili cum ligno mirti. cui ex
tremitas accensa ē cū igne. aut
cum radice aristologie lōge. aut
cū cauterio lenticulari. et qnq;
cauterizant a demonibus in princi
pio expulsionis sue fm̄ hūc mo
dū 7 nō augetur. 7 disrumpitū
supfluitas faciēs eos 7 sanat ex
his. veruntamē oportet ut fiat illud
post euacuatoēm cū flomia.

Cap. lvi. d' cauterizatōe flux' sangui
nis accidētis ab incisiōe arterie.

Multotiēs accidit flux' sanguini
ex arteria que incisa ē ap̄ uulni
q' accidit extrinsecus aut ap̄ incisi
onem apatis. aut cauteriū me
bri 7 similia eis. 7 fit difficile ab
scīdere ipm. Cum igr accidit alicui
illud tūc ppera cū manu tua ad ori
ficiū arterie. 7 pone sup ipsū: di
gitū tuū indicem 7 stringe cū
illo donec obsessus sit sanguis
sub digito tuo 7 nō egrediatur ex
eo aliquid. deinde pone in igne: cau
teria oliuaria parua et magna
nūo plura. 7 sufla sup ea donec fi
ant ignita ualde. deinde accipe ex e
is unū aut paruū aut magnum
fm uulni' 7 locū in quo disrupta
ē arteria. 7 depone cauteriū sup ipā
uenā p'tq' tu remoues digitū tu
um festinant' 7 tene cauteriū do
nec abscīditur sāguis. Qd' si expel
latur cū tu eleuas digitū tuū ab
orificio arterie 7 extinguit caute
rium. tūc accipe aliud cauteriū fe
stinanter ex cauteriis q̄ in igne sūt
pparata. Non ḡ cesses facere illud
cum uno p't aliud donec abscidat'
sanguis. et caue ne comburat' ner
uum q' est illic 7 accidat sup infi
mū malitia alia. Et scias q' qn ex
arteria fluit sāguis tūc nō est pos
sibile abscisiōe ipsū pcipue qn arte
ria e magna nisi cū uno quatuor
modor aut cū cautio sicut diximus. aut
cum extractiōe qn nō ē extracta. nā
qn extrahit' contrahunt' extremita
tes ei' 7 abscidit' sanguis. aut ut
ligetur cū filo ligature forti. aut
ut ponantur sup ipm medicine de
pprietate quarū ē abscidere sanguinē
7 stringatur cū puluillari constric
tione decenti. Qui aūt administrat
abscisiōem ei' cū ligamēto 7 strictura
cum panno. aut positiōe rerū cōbu
rentiū 7 silium nō confert ei penit'
nisi raro. Si aūt accidat alicui illud
et nō sit ei p̄sens medic' neq; me
dicina. tūc incipiat cū positione
digiti indicis sup orificium ue
ne ipius sicut notauimus 7 constrictōe
ei' ualde donec obsessus sit sāguis
a supiori pte uulneris 7 super ar
teriam. et digit' nō remoueatur
desup ipm cum aqua frigida ue
hementis frigoris semp donec con
geletur sanguis 7 incrossetur et
abscidat'. 7 intim inē illa consideret
in eo qd indiget ex cautio aut me.

Cap. fin. i. libri. i. de incisione 7
pforatōe et flomia 7 uulneribus
7 eis similibus. v'ba albuchasim.



IAM DI
XIMUS
in capitulo
primo omnem
egritudinem
in qua con
veniens est
cauterium cum igne et medicina comburente. et occasiones eius et ipsius causas. et instrumenta eius. et formas cauteriorum. et posui illa capitula a vertice usque ad pedem. Et ego procedam in hoc capitulo illa eadem via ut allevietur tibi querentem quesitum eius. et antequam incipiam illud oportet ut addiscatis filii quod in hoc capitulo est ex terrore illud quod est in capitulo primo de cauterizatione. et oportet propter illud ut sit cautela in eo vehementior. quoniam in operatione que est in hoc capitulo multotiens cadit evacuatio cum sanguine cum quo stat vita apud operationem vene ut incisionem super apostema. aut operationem exiture. aut curationem vulneris aut extractionem sagitte. aut incisionem super lapidem et illis similia. Et illis omnibus quibus associantur tremor et timor. et cadit in pluribus eorum mors. Et ego moneo vos ne cadat super vos in quo est hesitatio. Nam quique cadunt ad vos in hac arte modi hominum cum modis infirmitatum. Ex his enim est qui iam facit cum egritudine sua. et est levis apud eum mors propter vehementiam eius quod invenit de infirmitate sua et longitudine malicie eius. et cum egritudine est ex timore quod significat mortem. et ex eis est qui dat tibi censum suum et ditat cum eo te sperans sanitatem et egritudo eius est pernitiosa. Non ergo oportet ut consentiatis ei qui venit ad vos ex hiis cuius iste modus est omnino et sit cautela vestra vehementior quam cupiditas et rapacitas vestra. et non presumatis super aliquid ex illo nisi post scientiam certam que verificat apud vos illud ad quod pervenit successio laudabilis. et utimini in curatione omnium infirmorum vestrorum pronosticatione et iudicatione de eo ad quod convertatur salus. In illo namque est vobis adiutorium super acquisitionem fame et glorie et memorie et laudis. Inspiret vos deus o filii intellectum suum. et non auferat a vobis directionem et inspirationem quoniam illud est in manu eius. Et ego quidem ordinavi hoc capitulum distinguendo per capitula secundum quod precessit in capitulo cauterii a vertice usque ad pedes ut allevietur vobis quesitum quod vultis ex eo et quo indigetis.

Capitulum i. de curatione aque que aggregatur in capitibus puerorum.

Scias quod hec infirmitas multotiens accidit pueris apud partum aut quando stringit obstetrix caput pueri absque levitate. et quandoque accidit etiam ex causa occulta que non scitur. Et ego quidem non vidi hanc egritudinem in aliis quam in pueris. et ad omnes quem ex eis vidi properavit mors. Propter illud ergo visum est michi dimittere operationem in ea. et ego quidem iam vidi ex his puerum cuius caput impletum erat aqua. et caput magnificabatur in omni die donec non poterat sedere super se ipsum propter magnitudinem capitis sui. et humiditas augmentata fuit donec mortuus est. Et hec quidem humiditas aut aggregatur inter cutem et os. aut aggregatur sub osse super siphac. et operatio in eo si est humiditas inter cutem et os. et apostema est parvum. tunc oportet ut scindas in medio capitis scissuram una

in latitudine. et sit longitudo scissure quasi duo nodi donec currat humiditas. et hec est forma spatumilis.

Si igitur humiditas est magis augmentata et apostema est maius, tunc pone eas duas fissuras secundum hanc formam. Et si humiditas est subostensa et signum eius est quod vides commissuras capitis apertas ab omni parte et aqua deprimitur quando comprimis eam manu tua ad interiora et non occultatur tibi illud, tunc oportet ut scindas in medio capitis tribus fissuris secundum hunc modum.

et post incisionem extrahe humiditatem totam. deinde stringe fissuras cum pannis et pulvillis. deinde embroca illud desuper cum vino et oleo usque ad diem quintum. deinde solve ligamentum et cura vulnus cum tentis et unguentis et non dimittas stringere caput cum equalitate. et ciba infirmum cibo sicco et pauce humiditatis usque confortetur membrum et sanetur. Et modus alius incisionis est ut consideres ubi apparet magnitudo apostematis et collectio aque. quoniam quandoque est in occipitio plus aut in sincipite. aut in dextra aut in sinistra. accede igitur cum incisione ubi apparet tibi apostema et impletio aque et scinde illud secundum quod tibi possibile est. et observa ne incidas arteriam et accidat fluxus sanguinis et moriatur infirmus ex illo fluxu sanguinis cum evacuatione humiditatis.

Capitulum secundum. de incisione arteriarum que sunt post aures nominate.

Quando accidit alicui hu'huscisse catarrus ad oculos aut ad pectus et antiquatur illud et non confert in illo cura medicinarum, tunc magis ultima curatio in illo est incisio harum duarum arteriarum. Oportet ergo quando vis incidere eas ut radat infirmus caput suum. deinde frica locum cum pannis asperis ut appareant arterie. deinde stringat infirmus collum suum cum quolibet panno suo. deinde considera ubi pulsat vena. et loca utriusque sunt loca que sunt post aures depressa. et raro occultantur nisi in quibusdam hominibus. deinde signa super utrasque cum encaustro. deinde incide utrasque cum spatumili utrique acuto incisione pervenientem ad os. et sit illud per latitudinem capitis. et si vis intromitte spatumile sub arteriam et incide eam ad superiora cum incisione. et sit longitudo incisionis quasi duo digiti iuncti. Nam quando incidit vena egreditur sanguis egressione pulsatili qui salit ad interiora saltu frequenti. Si autem arteria non apparet sensui, tunc oportet ut mensures ab aure quantitatem spatii trium digitorum. deinde signa cum encaustro et finde usque ad os. Et illud quod oportet emittere ex sanguine est sex uncie. et fortasse emittis ex eo plus aut minus totum illud secundum quantitatem que apparet tibi ex virtute infirmi et repletione arteriarum eius. deinde considera ad vulnus tunc si remanet super os aliquid. et si fac incide illud ut non accidat apostema calidum. deinde stringe vulnus cum licinio ex panno lini. deinde cura ipsum cum unguento donec sanetur.

Capitulum tertium de extractione arteriarum que sunt in temporibus.

Quandoque accidit hominis emigranea antiqua aut catarrus acutus propter humiditates acrimoniales et caliditatem in lacertis temporum aut soda antiqua ve

hemens et illis similia et medicati
cum modis curvis medicē et nō cō
fert illud. et experti sumus in his egritudinib'
extractione arteriar' ex temporib' aut
cauterizatione ear' sicut narrauimus. et mo
dus operationis in ear' extractione est
ut radat infirmus pilos qui sunt in
temporibus et intendat ad arteriam
apparentem in tempore. Ipsa namque ostē
ditur tibi ex pulsu suo et raro occulta
tur nisi in paucis hominibus aut uehe
mentiam frigoris. Quod si occulta
tur tibi tunc stringat infirmus cap'
suum cum quolibet panno suo. deinde
frica tu locum cum panno aspero. aut ua
pora locum cum aqua calida donec appa
reat tibi arteria apparitione ma
nifesta. deinde accipe spatumile cuius
hec est forma.

Deinde ex
coria cum eo cutem cum facilitate do
nec peruenias ad arteriam. deinde proice
in ea uncinum et extrahe eam ad superi
ora donec extrahas eam ex cute. et fa
cias eam euadere ex tunicis que sunt
sub ea ab omni parte. Si autem arteria
est subtilis tunc inuolue eam cum ex
tremitate uncini. deinde incide ex ea
partem secundum quantitatem qua elongan
tur extremitates eius et contrahantur
et non accidat fluxus sanguinis. nam si
non inciditur et non abscinditur non absci
dit sanguis penitus. Deinde euacua
ex sanguine a sex unciis usque ad tres.
Quod si arteria est magna tunc oportet
ut liges eam in duobus locis cum filo
duplo forti ex serico aut ex cordis
albohod ut non perueniat ad ipsam pu
trefactio ante consolidationem uulneris
et accidat fluxus sanguinis. deinde
incide superfluitatem que est inter duo
ligamenta. fac illud in illa hora a
ut post horam aliam. et si uis cauteri
za eam cauterio usque ad os cum cau
terio cultellari donec incidantur ex
tremitates eius et stabit loco eiusdem
operis. et est melius opus nisi infirmus habet
febrem. aut est calide complexionis. quoniam
cauterium est ex hiis que iuuant ad finem
dans humiditates quod est melius in
iuuamento. Et oportet post extractionem
arteriarum ut impleatur locus coto anti
quo et ponantur super ipsum puluilli de
center facti et post solutionem curetur
cum medicinis siccis que faciunt na
sci carnem et cum licinus donec sanetur.
Quod si intim dum operis accidit fluxus
sanguinis ex arteria tunc propera ad absci
dendum eum aut cum cauterio aut im
pleas locum cum gleta et stringe ma
nu tua donec abscidatur sanguis.
Quod si nichil ex illis est tibi presens.
tunc pone super locum digitum tuum donec
congeletur sanguis. et embroca lo
cum cum aqua uehementis frigoris
donec quiescat acuitas et stringatur
secundum quod oportet. ex eo quod est leuius et fa
cilius extractione arterie est ut caute
rizes uenam tu cum hoc cauterio habente
duos cultellos. Sitque acuitas duorum
cultellorum similis almagdaceni. ue
runtamen sit minoris acuitatis quam
duo cultelli in latum. quoniam si sit acu
te sicut duo cultelli properat uelociter frig
gus et non incidunt carnem cum uelosi
tate. Cum ergo in eis est aliquantulum
grossitudinis tenetur in eis calor i
gnis et abscidetur caro uelociter et
hoc quidem opus est melius in omni opere
et facilius et leuius. et sit spatium
quod est inter duos cultellos quantitas gros
situdinis digiti. postquam tu signasti duo
loca cum encausto et depone utrosque
ignitos ualde donec perueniant ad os.
et incidit uenam in duobus locis ut
elongetur quod est inter duas extremitatem

eius. nam nō consolidantur cū hoc
cauterio penit9. 7 hec ē forma cautii.

Cap. iiij. de curat. curs9 lacrimaꝝ acu

Qvando sūt taꝝ assiduaꝝ ab ocłis.
lacrime assidue 7 ē cursus earū ex
ueneis que sunt sup craneū capi
tis extius. 7 nō cōfert in eis aliqd
curōis medicie cum medicamis.
et uides faciem infirmi iā rubeā.
et sentit in fronte sua deambula
tionē sicut ē deambulatō formi
caꝝ. 7 oculi ei9 sūt extenuati humidi
ita q' iam corrosi sūt pili eoꝝ cum
corrosione. 7 calefacte sūt palpebre
eoꝝ ex acuitate lacrimaꝝ. tūc an
tiqui indiguerūt in curatione
eoꝝ hac opatiōe et nominauerūt
eam curēm cū ense. 7 est ut preci
pias infirmo radere pilos q sūt
in fronte sua. deīn incide in frō
te tres fissuras equidistantes
sēm longitudinē frontis. et sit
longitudo fissure q̄i duo digit
ti. fissura una sit equidistans lon
gitudini nasi 7 in medio frōtis.
et scđa sēm longitudinē paruiper
a motu lacrtoꝝ qui sūt in lacrimali.
et tcia a pte altā. 7 caue ab incisi
one arteriaꝝ q sūt in duob9 late
rib9. 7 elonga manū tuā a con
tinuatōe duaꝝ mandibularum.
et sit spatiū omis incisiois q̄ntī
tas trium digitoꝝ cōiūctoꝝ. et sit
tibi frustrum spōgie pparatum.
aut panni siccati in ł̄ra cū quib9
exsicces sanguinem. deīn intromit
te cū spatumine duaꝝ acutarū
extremitatum cui9 hec est forma.

ab incisiōe que ē a pte timporis us
q; ad incisionē sēm. 7 excoria cū eo
totam cutē q est int̄ duas incisiōes
cum sifac q' ē sup os. deinde fac il
lud etiam ab incisiōe media usq;
ad incisionem sēm. deīn extrahe
hoc spatumine. 7 intromitte in in
cisionē pmā instrm̄ aliud
qd' noiatur cultellare acutum ab
una parte. lene nō acutū ab altera
parte et hec est forma eius.

Et pone latus ei9 acutū usus carnē
annexā cū cute. 7 latus ei9 lene uer
sus os. 7 impelle ipsd donec perueniat
ad fissuram mediā. 7 abscide cū
eo omīa uasa que descendūt a ca
pite ad oclos pt q' continetur ma
nio usq; ad illud qd' apparet de cute.
deīn fac illō in fissura media usq;
ad altam fissurā. et ptq; currit ex
sanguie q̄ntitas equalis exprime lo
ca ex frustris sanguis coagulati.
deīn pone sup omēz fissuram lic
niū ex coto ueti. et pone super eas
pulullos imbibitos uino 7 oleo
aut aceto. 7 uide ut nō accidat apo
calidō. et in die tcio solue ligamētū
et amministra infusiōe multā cū
aqua tepida. deīn cura ipm ex un
guēto basilicō cum oleo ro. 7 reli
quis qb9 curantur uulnera usq; sa
nentur. Cap. v. de curat. lacri
maꝝ 7 catarroꝝ ad oclos ex interiori

Qvando accidūt alicui b9 capitis.
catarri acuti acres assidui. 7 uides
oclos ei9 extenuatos paruos. 7 iam
debilitatus ē aspectus eoꝝ 7 palpe
bre ulcerate. 7 cadūt pili ex eis. 7
in pfundo capitis ē dolor acutus
ledens. 7 sternutatō cōsequs. tūc scias
ex istis accidētib9 q' ille materie et
catarri nō ueniūt ń ex uenis int̄

tis. et melior curatio in eis est hec cura.
Et est ut precipias infirmo iacere
super frontem suam. deinde incide in ea fis
suram unam in medio frontis cum al
titudine parum per latitudinem. et incipe
cum fissura a tympore sinistro usque
ad tympus dextrum. et sit incisio
usque ad os et elonga manum tuam
a lacertis tymporum qui mouentur
apud masticationem donec quando de
tegitur os et exsiccas totum san
guinem cum spongia. tunc separa in
ter duo labia fissure cum coto uetere.
aut cum licinio ex lino. deinde strin
ge desuper cum puluillis. et imbibe pul
uillos cum uino et oleo ut non ac
cidat apostema calidum. et quando soluis illos
et uides quod apostema calidum iam minui
tur tunc oportet ut fricces os donec
incipiat in eo nasci caro. deinde
cura ipsum cum regimine exsicca
tiuo quod facit nasci carnem. sicut si
accipias ex farina tritici partes du
as. et ex colofonia quatuor partes.
et preparas ex eis emplastrum et admini
stretur ad natiuitatem carnis in
istis uulneribus. Capitulum vi. De cu
ra eius quod cadit in aurem.

Omne quod in aurem cadit est una .iiii.
specierum. aut lapis mineralis. aut simile
lapidi sicut ferrum et uitrum. aut sunt
ex planta ut cicer et faba. aut est res
fluxibilis sicut aqua et acetum et his similia.
aut animal. Cum igitur cadit in aurem
lapis aut genus lapidis ex eis
que non adiuuantur neque crescunt in aurem.
oppone soli aurem si igitur uides
lapidem tunc distilla in eam aliquid
ex oleo uiolato aut sisamino. de
inde administra extractionem eius et
fac sternutare cum condisi et oppila na
res apud aduentum sternutationis
postquam tu ponis in circuitu auris stu
pha ex pannis aut lana extendi
aurem ad superiora. Multotiens enim
egreditur cum hac cura. Si autem non
egreditur tunc administra extractionem
eius cum gesti subtilibus cum forcipe. hec est.
Si igitur egreditur cum gesti est bonum.
et si non tunc administra extractionem
eius cum uncino ex eo subtili parue
duplicationis. Si igitur non egreditur per illud
tunc fac canulam ex ere et intromit
te extremitatem canulle in foramen
auris multum. et oppila quod est in circu
itu canule cum cera mollificata cum
oleo. ut non sit uento uia nisi canulle.
deinde extrahe cum uento tuo attracti
one forti. Multotiens enim egreditur
cum eo quod narrauimus. Si autem non
egreditur hoc modo tunc accipe ex bel
balulut aut ex gelut uisco preparato
cum quo capiuntur aues tantum mo
dicum et pone ipsum in extremitate i
radii postquam tu inuoluis cotum super
eam decenter positum. deinde intromit
te ipsum in foramen auris cum facilita
te postquam tu exsiccas aurem ab humi
ditate. Si igitur non egreditur cum omni
bus que narrauimus. tunc propera ad
scindendum antequam accidat apostema calidum
aut spasmus. et modus fissure est
ut flobotomes infirmum in primis
in cephalica. et extrahes ei ex san
guine secundum mensuram uirtutis eius.
Deinde fac sedere infirmum ante ma
nus tuas. et conuerte aurem eius ad in
feriora. et finde fissuram aurem eius
paruam in radice auris apud ad
herentiam eius in loco depresso ipsius. et sit
fissura lunaris figure donec per
uenias ad lapidem. deinde aufer e
um cum eo quod est tibi possibile ex in
strumentis. deinde sue fissuram ab ho

ra tua cum velocitate et cura ipsum
donec sanetur. Quod si lapis cadens in
aurem est ex uno granorum que crescunt
et inflantur tunc administra extracti
onem eius. Si autem non obedit tibi ad
exitum tunc accipe spatumile tenu
e subtile secundum
hanc formam.
et administra cum eo abscissionem illi
us speciei ex granis que cadunt in aurem.
et non facias illud quando tu cogitas
quod illud granum iam humectatum
est per vaporem auris. Deinde pones ipsum
frustra multa. deinde extrahe eum cum
uncinis aut cum gesti subtili. aut
cum suctione sicut diximus. nam al
leviatur extractio eius. In aqua autem
que ingreditur in aurem oportet ut
utatur infirmus sternutatione cum
condisi in primis etiam impleverit
aurem suam cum aliquanto coto ve
teri et sit iacens super illam aurem in qua
est aqua. Si ergo egreditur per illud est bonum.
et si non tunc accipe lapides multos
secundum longitudinem digiti tenues
leves et calefac eos cum igne parum
per et intromittat infirmus ex eis
unum in foramen auris sue et saliat
super pedem suum unum ex illa parte
percutiat cum alio pede super lapidem
qui est in aure. Non ergo cesses facere
illud cum lapide et lapide donec egre
diatur tota aqua. et iam egreditur
aqua ita ut accipias ex papiro
aut ex iunco unum et intromittas
extremitatem eius unam in aurem et ac
cendas extremitatem alteram eius cum igne
donec comburatur plurimum eius. deinde
iterum alium et fac illud multo
tiens donec egrediatur tota aqua.
et extrahe ipsum cum canula secundum quod
premissum est in lapide. In extractione
autem animalis intrantis in eam si est

parvi corporis ut pulex et ei simile
cura ipsum sicut dixi in divisione. Sed
si est corporis magni quod apparet tunc
sui tunc administra extractionem eius
cum gesti et uncinis. et res eius est
facilior omnibus que tenentur in aure.
In extractione autem vermium generatorum in
aure quando curas cum eo quod diximus in
divisione et in tractatu distillati
onum et non confert cura tua. tunc oportet
ut aspicias aurem in sole. Si ergo
apparet illic aliquid ex vermibus tunc
extrahe ipsum cum gesti aut cum un
cinis subtilibus. Si autem non apparet
illic aliquid tunc accipe cannulam cuius
hec est
forma.
stricta inferius et ampla superius et
intromitte extremitatem subtilem
in aurem secundum quantitatem quam tollerat eam
infirmus. deinde sugge in ea suctione
forti et fac illud multotiens do
nec egrediantur omnes vermes. Si autem
tibi non obediunt ad exitum tunc
opila in circuitu cannule cum cera
sicut dixi tibi in lapide. Quod si non egre
diuntur cum eo quod diximus tunc admi
nistra distillationes quas iam ex
perti sunt antiqui in interfectione ver
mium et extractione et invenies illud in trac
tatu distillationum et sit effusio tua
qua effundis olea et medicinas
in aurem cum hoc instrumento cuius hec est
forma
sicut vides.
fac ipsum ex argento aut ex ere in
ferius strictum in quo sit foramen
parvum amplum superius. Si igitur vis
impellens quod est in concavitate sit
ex ere decentius secundum hoc sit et si vis accipe
radium et involve in extremita
te eius cotum involutione decenti. deinde
proice olei aut suci aut quod vis ex

istis medicinis in cannulam et ipsa
est in aure. deinde intromitte radium
cum coto desuper et exprime ipsum ma
nu tua compressione temperata
donec impellatur oleum in concavita
te auditus et sentiat ipsum infirmus
interius. et illud quod infunditur in au
rem sit iam calefactum cum igne pa
rumper. et cave ne sit res que distil
latur in eam frigida valde. quoniam
dicunt enim non tollerant illud.

Capitulum .vii. de cura opilationis accidentis auri.

Quandoque egrediuntur
quidam infantes ex ventribus ma
trum suarum non perforati. et iam accidit
etiam quibusdam hominibus opilatio in
meatu auris a vulnere aut carne
nata in ea. Et hec opilatio quandoque fit
in profundo foraminis auris quam non
consequitur visus. et quandoque accidit
ad exteriora foraminis parum et con
sequitur eam visus. Illa igitur que ac
cidit in profundo auris et quam non
comprehendit aspectus est in pluribus
dispositionibus difficilis sanationis. et
in illa quam consequitur visus oportet
ut ponas aurem infirmi in sole
et aspicias in eam. et si vides opil
lationem apparentem aperi eam cum
spatumili subtili cuius forma sit hec.

Sit extremitas eius in qua sit quedam
latitudo parva cuius quedam pars sit
acuta. et reliquum spatumili sit duorum
laterum lenium ut non ledat aurem.
Si ergo opilatio est a carne nata in me
atu auris tunc tene eam cum uncino
subtili. et incide eam cum facilitate
vehementi donec auferatur tota caro.
Quod si opilatio est in profundo auris
tunc accipe radium subtilem lene. et
calefac ipsum cum igne parumper.

deinde mitte ipsum in meatu auris. Si igitur
senseris opilationem cum eo quod inve
nit infirmus cum gravitate audien
tie conare apertionem eius cum facilitate.
et cave ne vulneres nervos auris.
deinde pone in aure licinium secundum
quantitatem amplitudinis foraminis
quod involvisti in unguento egyptiaco.
fac illud aliquot diebus donec sit se
curus de consolidatione vulneris. aut ac
cipe licinium et infunde ipsum cum
aqua rosacea. et pulverizata super ipsum
gegi tritum et utere ipso. Quod si vides
aurem iam apertam tunc oportet ut ex
trahas licinium. et permittas ipsum cum
licinio alio quod involves in cerotto
quod sit factum cum oleo ro. donec sedetur
apostema calidum. deinde cura ipsum donec sa
netur. Si autem accidat fluxus sanguinis
tunc submerge spongiam aut pannos in
aqua frigida et pone eam super aurem
et utere reliqua curatione que absci
dit fluxum sanguinis predicta in
tractatu distillationum.

Capitulum .viii. de cura athelil que accidunt in palpebris.

Isti athelil qui
accidunt in palpebris oculi. quandoque sunt
humidi et quandoque sicci. Oportet igitur ut te
neas eos cum tenalibus aut cum un
cino et incidas eos cum spatumili
a radicibus suis. deinde pone super locum
gegi tritum. Si autem fluat ex eis sangui
nis cauteriza eos cum cauterio lenticula
ri subtili. et cauterizare eos est melius
post incisionem. quoniam multotiens rede
unt quando remanet ex radicibus suis
aliquid. et quando cauterizantur cum igne
comburuntur ille radices et non re
deunt.

Capitulum .ix. de cura grandinum que accidunt in palpebris oculi.

Multotiens
accidit in palpebris aliquid quod as
similatur grandini in fortitudine
sua et sua durities et propter illud nominatur


grando. et est aggregatio humiditatis grosse in palpebra superiori et palpebra inferiori. Operatio igitur in eis est ut consideres tunc si est grando procedens in eo quod apparet de palpebra superiori mouetur ad omnem partem et res eius est facilis. Finde igitur super eam fissuram per latitudinem. deinde excoria eam ab omni parte cum facilitate donec euadat. deinde suspende eam cum uncino et abscide eam. Si autem non preparatur tibi abscissio eius nisi postquam tu penetras palpebram cum incisione parum tunc non nocet infirmo illud in aliquo. Quod si fissura est magna tunc aggrega ipsam cum sutura et cura ipsam donec sanetur. et si est parua non superueniet tibi malum ex ea. unguentum enim restaurat ipsam et incarnat eam. Et si grando est declinis ad interiora [illegible] uersus superficiem intrinsecam tunc inuersa palpebram et suspende grandinem cum uncino propter quod indigeat incisione et preme eam ab omni parte. quod si elongatur palpebra per incisionem non nocet illud in aliquo. deinde ablue oculum post incisionem grandinis cum aqua salsa et cura locum cum eo quod incarnat donec sanetur infirmus.

Capitulum .x. de cura axirnach que accidit in palpebra superiori oculi.

Axirnach est adeps qui generatur in tunicis palpebre superioris. et plurimum quod accidit illud pueris. et ipsum grauat oculos eorum. et accidunt eis catarri in matutinis et non possunt intueri lumen solis. propterea quia lacrime properant ad eos. et propter illud uides eos discumbere super facies suas semper. et super eas dormiunt. et sunt palpebre eorum sub superciliis humide quas iam cooperuit inflatio et eminentia quam axirnach apparens est [illegible]. et quando premis locum cum digitis tuis sentis axirnach inter eos. et modus operationis est ut ponat infirmus caput suum in sinu tuo. deinde accipe pannum lini et prepara ex eo licinium et facies ex illo licinio circulum secundum quantitatem quod contineat axirnach ab omni parte. deinde pone eum super eam et preme eam digitis tuis ab omni parte ut aggregetur axirnach in medio circuli. deinde scinde in medio illius humiditatis cum spatumili incidente fissuram per latitudinem et non sit fissura maior fissura que fit in flobothomia. In profundo autem oportet ut findas cutem totam donec peruenias ad axirnach. In pluribus enim dispositionibus procedit axirnach ex fissura secundum formam frusti pinguedinis albe. Extrahe igitur eam cum panno que infiltrasti inter digitos tuos ad exteriora et tu reuoluis manum tuam ad dextram et sinistram donec dispergatur. et caue ne addas in fissura ut non peruenias cum spatumili ad oculum et ledas eum. Si autem non apparet tibi axirnach in principio fissure ut addas in fissura parumper cum facilitate donec procedat axirnach. deinde extrahe eam sicut diximus. deinde submerge pannos in aceto et aqua et pone eos super locum et stringe eum cum puluillis. Et ex hominibus sunt qui terunt salem et ponunt ipsum in concauitate fissure ut liquefiat quod remansit ex illa humiditate. deinde cura ipsam donec sanetur. Si autem accidat in loco apostema calidum tunc cura ipsum cum emplaustris sedatiuis donec sanetur.

Capitulum .xi. de modis [illegible] oculi.

Quando nascunt' in palpebris oculi
pili additi pt' cursum sub pilis na
turalibus ⁊ antiquant' tūc ipi nocēt
oculo. ⁊ faciūt accidere modos egri
tudinū sicut lacrimas assiduas ⁊ mol
lificationē palpebraꝝ ⁊ albuginē
donec fit illud cause destructionis
ocli albuginis. et taxmir quē ocli
fit s'm q̄tuor modos. aut p cautiū
cum igne. aut cum medicinā acu
ta s'm qd pmissum ē in capitlo
cautij. aut fit et taxmir p incisio
nem ⁊ suturā. aut p cānas s'cdm
qd ego dicam. Oportet ut ponas
caput infirmi in sinu tuo deinde
cōuerte palpebram ocli manu tua
sinistra. Si g° cōuertitur bn̄ est. et
si nō intromitte acum in eam in
qua sit filum ab inferiori parte
palpebre ⁊ fac penetrare acum cū
filo desup. ⁊ sit illud ꝑpe pilos ipsos.
et ꝑpe magnitudinē palpebre in
qua nascunt' pili. ⁊ trahe filū ad
supiora cū palpebra ⁊ cōuerte eā cū
radio. deinde finde interiori pte
palpebre sub pilis additis cū spa
tumili incidēte a lacrimali maio
re usq; ad lacrimale min'. deinde
extrahe filū ⁊ pone sub palpebra
pulvillū paruū ex coto aut pāno.
deinde signa cum encausto super
palpebram q' sit sicut figura folij
mirti. v'ūtn̄ oportet ut sit figurā
s'm quātitatem quā uis de eleua
tione palpebre qm̄ iam diu'sifica
tur illud in hoībus. Ex eis enī ē qui
indiget ut incidat' ex palpebra q̄
titas magna s'm quātitatē qua
mollificatur palpebra. deīn finde
sup duas lineas cū spatumili q̄s
signasti. ⁊ incipe a lacrimali maio
re usq; ad lacrimale min'. ⁊ sit fis
sura una ꝑpe pilos natales sicut est
grossitudo radij. deinde intromitte
uncinū in uno duoꝝ anguloꝝ cuti'.
deīn excoria ipā totā. deinde aggrega
cum sutura duo labia cū acu et fi
lo lane subtili. ⁊ absterge sanguinē
⁊ fac adherere q' supfluit ex filis
sup duo supcilia cum quibusdā rebus
inuiscantibus si uis facere illud. ⁊ si
nō n̄ cures. deinde dimitte suturā
et fila usq; ad tres dies aut q̄tuor.
p'ea cura illud. ⁊ si uis dimitte uuln'
absq; sutura ⁊ cura ipm' cum eo q' ex
siccat ⁊ cōstringit. nam palpebra e
leuatur ap' sigillationē uulneris
et aggregationem eī'. sed sutā est me
lior. huic g° extraxmir dixerūt an
tiqui. v'ūtamē in eo ē sollicitudo
sup infirmū ⁊ ē ex bona opatione
et nō est in eo timor. ⁊ ē modus ali'
in taxmir ē. ⁊ est ut signes sr' pal
pebram figuram que sit sicut figurā
folij mirti sicut narrauim'. deīn ele
ua palpebram cum tribus uncinis
sepatis aut aggregatis s'm hāc for'.



deinde incide q' supfluit cū forficib'
paruis s'm hāc formā incisiōe cū
equali
tate. Si
aut nō ē tibi possibile tenere un
cinos ⁊ nō equatur illud. tūc acci
pe acū in qua sit filū et intromit
te ipām in medio figure. et itro
mitte filū aliud ꝑpe lacrimalem ma
ius. ⁊ filū scdm ꝑpe lacrimale min'.
et aggrega int' digitos tuos fila cū
equalitate. deīn eleua cū eis manū
tuā eleuatiōe equali. et eleua cu
tem s'r quā ē signatū totā sicut nā
rrauimus. deīn aggrega duo labia
uulneris cū sutura ⁊ cura ipm donec
sanet'. Si uō accidat apī. apiut

incisione tuã aut fissurã tuã: te
sedi illud apã cũ acuto et ei filib'
ex unguietis sedantibʒ. et qñq; ac
cidit in palpebris q̃ ut cõuertant'
pili eĩ. Oportet igr̃ ut utaris in ea
eo q' dixim' de incisione. sed sutu
ra in utrisq; ẽ magis artificialis.
Adextuir cum cannis q̃ aduãui
sine cannis ẽ sm̃ hãc form̃. et ẽũ cõ
uertas palpebram q̃ scindas fissu
ram que est deint' sm̃ q' narraui
mus. deinde artefac duas cãnas
aut duo ligna subtilia q̃rũ lon
gitudo sit sm̃ longitudinẽ; pal
pebre q̃ latitudo earũ sit minõ la
titudine spatiuncul; tu iam inci
sisti in extremitatibʒ utrisq; ab u
trisq; ptibʒ ũ tenes fila. deĩn ag
ga utrãq; cũ subtilitate sup illd'
q' supfluit ex palpebra oclĩ. q̃ stri
ge duas cannas ab utrisq; ptib'
stricẽã forti. q̃ dimitte eã aliquot
diebʒ. Cutis ẽ stricta moriet' et
denigrabit q̃ putrefiet donec p se
cadat. Si u'õ tardatur tũc incid' eã
cum forficibʒ. deĩn cura eã; don'
sanetur. Cum igr̃ cõsolidat' eleue
tur palpebra q̃ nõ pungunt pili.
et hec est forma duar; cannar;.



quas facies sm̃ hanc figuram; et
hanc q̃titatẽ in longitudine et
latitudine. Cap. xij. d' eleuati
one pilor; pũgẽtiũ in oclo ẽ acu
Operatio in illo ẽ. qñ ẽ pil' un' aũ duo.
ut accipias acũ subtilem q̃ intro
mittas in eã filũ ex seta subtile q̃
lene. deinde aggre extremitatẽ eĩ'
q̃ nodos utrisq; nodo subtili ualde.
et sit longitudo filor; palm' unũ.
deinde compone in halchorati fi
lum aliud subtile sub eo in breui.
et noda extremitates eĩ si uis. deĩn
ponat infirm' caput suũ in sinu
tuo. q̃ sit ppe solem ut declaret' ope
ratõ qñ est opatõ subtilis. deinde
intromitte acũ cũ alxocarti in
radicem palpebre. q̃ fac eã; pene
trare in palpebra festinanter do
nec extrahas eam desup pilu; na
turalẽ. deinde trahe pilũ usq; sup
alxocarti. q̃ intromitte in alxo
cãti. illũ pilum si ẽ un' aut duo.
aut tres aut plures. deinde trahe
manũ tuã cum eo don' egrediatur
pilus cũ alxorati in palpebra cũ
pilo natali. Si aũt trahitur alxo
rati q̃ nõ egrediatur pilus cũ eã. tra
hes alxorati ad inferiora cu; filo
qd' tu posuisti in ea donec egrediat'
alxorati ex foramine supiore. q̃
uideas eam uisicẽ oculi. tũc enim
extrahes alxorati q̃ filũ. q̃ extrahe
utrãq; q̃ claude oculum q̃ dimitte
ipm̃ clausum duobʒ diebʒ aũ tri
bʒ donec adhereat pilus loco suo
et nascatur sup ips' caro. Q'd si pi
lus est breuis tũc aũt socia ei pilu;
longũ ex pilis natalibʒ q̃ eleua
tur cũ eo. aut dimitte ipm̃ donec
elongetur p' spatium. q̃ tũc eleua
ipm̃ alxorati. i. rugatõ ul' ẽctio q̃
do cõtrahitur sursum ul' ad dex
tram ul' ad sinistram. Capit.
xiij. de cura alxatrati que accidit
Quando acci in palpebra supiore.
dit oculo h' alxatrati nomina
tur leporina. q̃ hec ẽ alxatrati aũ
nãlis aut accidental. Accidentalis
igr̃ fit ex cõsolidatõe uulneris aut
sectõis aut cautu; q̃ silium istis. Et
modus opatiõis in ea ẽ. ut tu fin
das illam cõsolidatiõnẽ ut separ'
labia eius. q̃ ponas in eo q' ẽ int'
ea licinũ ex lino. q̃ liges eam do

nec sanetur. et nõ oportet ut utaris
in curatiõe eius rebus q̃ exsiccãt et constrin
gũt. Nam si tu facis illud redit axa
tiati deterior q̃ fuit. imo utere in
ea rebus que mollificãt sicut fenum
grecũ et embroca cum aqua in qua
decocta sunt altea semen lini et ũguẽ
tum diaquilon quod liquefactum sit cum
aliquo ex oleis. et involue cum eo
licinium et cura cum eo. et thesau
rus curationis tue est. ut coneris omni
ingenio ut nõ consolidetur secundum formã
que fuit in primis. et hec quidẽ
operatio quam diximus nõ est nisi que
dam rectificatio alxatiati ut nõ re
neat formã loci secundum quod fuit omnino.

Capitulum .xiiij. de cura alxatiati
que accidit in palpebra inferiore.

Hec alxatiati que fit inferius est que
uere nominatur alxatiati. et est na
turalis et est accidentalis. Accidentalis
autem fit ex uulnere aut fixura aut
cautio et aliis similibus. Et uia oper
ationis in ea est. ut accipias acũ
in qua sit filum duplum et figas
eam in carnem et facias eam pene
trare a lacrimali sinistro usque ad
lacrimale dextrum. donec perueniat filum
in duabus extremitatibus carnis. de
inde extende carnẽ ad superiora cũ
acu et incide eam cum spatumuli la
to. Si ergo figura redit palpebre secundum
quod oportet bonũ est. et si nõ accipe
radium et pone ipsum in fixurã et conuerte
cum eo palpebrã et finde duas fis
suras in latere inferiore palpebre
et sint extremitates duarum fissu
rarum ex duobus angulis incisionis
quam incisisti donec concurrãt et fiat
ex eis angulus donec quãdo aggregantur fi
at figura earum hec figura et
est uita lauda greca. deinde
aufert illam carnẽ per quãtitatẽ

quod est latus eius acutum inferius ab
eo quod sequitur palpebram. deinde
aggrega partes separatas. et sue eas cũ
filo lane. deinde cura eas cum eo quod
diximus de medicinis mollificatiuis
et licinius donec sanetur. et si alxa
tiati accidat ex fissura et sutura aut
cautio. tũc oportet ut findas fixurã
planã sub pilis palpebrarum etiam secundum
quod precessit. deinde separantur duo labia
cum licinio secundum quod diximus. et summa
sermonis in cura alxatiati quãdo est de
super aut inferius est ut currat in eis o
peratio secundum quod preparatur ex forma alxa
tiati. Ipsi namque est multarum diuersita
tum in forma. et artifex prudẽs pre
parat ingeniũ cum quocumque modo
est possibile ei donec reducere faciat
figurã ad formam naturalem. aut propẽ
eam. et ipse met infirmus secundum quod cõ
uenit ei ex operatiõe et instrumentis
in plurimis dispositionibus.

Capitulum .xv. de adherentia pal
pebre oculi cum coniunctiua aut
cum cornea.

Quando accidit hec
consolidatio multis hominibus ita ut cõ
solidetur palpebra superior cum albe
dine oculi et prohibeat eum a facilita
te motus et prohibeat ipsum ab opera
tionibus suis naturalibus. Oportet ergo
ut intromittas extremitatẽ radij
sub palpebra et eleues eam sursum
aut extendas eã cum uncino. deinde
incide adherentiã cum spatumuli
subtili quod nõ sit cum acuitate incisi
onis spatumuliũ. imo sit obtusum
parum ut nõ inquietetur infirmus a
operatione et remoueatur spatumile
et ledit oculũ cum acuitate sua. et
incisio tua quando tu excoriaueris illã adhe
rentiam cum facilitate donec redit
palpebra secundum formã suã naturalem
et sanatur adherentia tota. sum

de tuc in oculum aquam salsam cum qua ablue ipsum. aut distilla in ipsum ex sief facto ex azumar dissoluto cum aqua. deinde separa inter palpebram et oculum cum licinio lini et pone super oculum lanam infusam cum albumine oui. et post diem tertium utere sief consolidatiuis donec sanetur.

Capitulum xvi. de incisione ungule et eminentie carnis lacrimalium.

Scias quod ungula est duobus modis: aut est neruosa et est similis siphac duro subtili. aut est non neruosa similis humiditati congelate albe. que cum tangitur eam cum ferro aut conaris capere cum uncino eam abscinditur et non figitur in ea uncinus. et utraque species non incipiunt nisi a lacrimali maiore usque uadit paulatim donec cooperit uisum et prohibet lumen et motum oculi. et modus operandi incisionem eius est ut ponat infirmus caput suum in sinu tuo. deinde aperi oculos eius et eleua palpebram manu tua. deinde collige ungulam cum uncino pluce duplicationis et extende eam ad superiora. deinde accipe acum et intromitte in ea pilum ex pilis equi. aut uace uel bouis. et filum forte et duplica extremitatem acus parum. et fige eam in medio ungule et penetra eam cum acu. et liga cum filo ungulam et extende eam ad superiora. et excoria cum pilo latus ungule quod sequitur pupillam ac si tu serres eam cum pilo usque ad postremum eius. deinde incide residuum in radice lacrimali cum spatumile subtili aut cum forficibus paruis. et dimitte carnem lacrimalis naturalem ut non accidat ex incisione eius cursus lacrimarum assiduus. et quandoque extenditur ungula cum uncino solo aut cum filo sicut diximus. deinde excoriatur cum spatumili leui cuius hec est forma.

et caue ne tangat spatumile tunicam corneam et accidat in ea ruptura et perforetur pupilla. deinde post incisionem pone in oculum aliquod salis contriti. aut ex sief facto ex zuniar. et dimitte ipsum usque ad diem alium. deinde cura ipsum cum eo quod oportet usque sanetur. Quod si ungula est neruosa et non potest intromittere in eam acum neque figitur in ea uncinus. tunc multotiens curatur hec species ungule cum medicinis et sanatur sicut narraui in diuisione. Quod si uis incidere eam tunc aperi oculum infirmi et accipe spatumile subtile leue debilis acuitatis secundum hanc formam.

Et rade ungulam desuper rasione cum subtilitate. Quod si uides quod ipsa ramificatur et constringitur et imprimit in eam rasio tunc distilla ex hora tua in oculum ex sief facto ex zuniar. aut sief rubeo. aut sale trito. et opila oculum usque ad diem alium. deinde itera super ipsam operationem donec remoueatur totum eius. nisi contrarium sit tibi in oculum apostema calidum. tunc est dimitte ipsam et cura apostema donec sanetur. deinde itera operationem super ipsam cum rasione donec sanetur. Eminentia autem carnis lacrimalis si nocet in oculo nocumento magno suspendatur cum uncino. et incide ex ea partem eius et non ultimes in incisione ut accidat cursus lacrimarum. deinde distilla in lacrimale sief rubeum aut sief de ciniar donec sanetur.

Capitulum xvii. de incisione alguedengi et eius quod nascitur de carne addita in oculo.

Nascitur quandoque in quibusdam oculis hominum caro rubea composita vel superposita donec cooperit pupillam. aut appropinquat aut stringit super palpebras. et fortasse convertit palpebras ad exteriora. et assimilatur rose balaustie. et operatio in ea est ut ponat infirmus caput suum in sinu tuo. deinde aperi oculos eius et collige illam carnem totam cum uncinis convenientibus ad illud. et tene illud cum forcipe uno aut gesti. deinde incide carnem in primis donec finiatur tota eius cum incisorio. et caue a berkelone ne ledas ipsum aput operationem. et sit incisio tua qua ipsum incidis aut cum spatumili quod narrauimus in incisione ungule. aut cum forficibus paruis cum quibus colligitur asebel secundum quod ueniet forma eius post hoc capitulum. Cum igitur completur incisio tua et remouetur tota alguardenigi. tunc imple oculum ex sale contrito. aut distilla in eum puluerem rubeum et similia illis ex medicinis corrosiuis et pone super oculum deforis cotum cum albumine oui ut securetur ab apostemate calido. Quod si remanet ex alguardenigi aliquid et donatur tibi sanguis calidus et times apostema calidum. tunc dimitte oculum et cura ipsum cum eo quod sedat apostema. deinde itera super ipsum cum operatione donec sanetur. Et similiter fac cum carne addita que accidit in oculo ex hac specie. verumtamen oportet ut alleuies curationem omnis oculi debilis ex uia naturali. aut ex uia accidentali operando cum ferro. et non intromittas manum tuam in aliqua harum operationum donec uideas quod illud membrum est tollerans illam operationem.



Capitulum xviii. de collectione sebel ex oculo.

Sebel est uene rubee que texuntur super oculum et prohibent uisum operationem suam et debilitat oculum cum longitudine dierum. Necesse est igitur te in primis ut consideres quod si oculus in quo est sebel est fortis et non est in eo egritudo alia preter sebel. tunc collige sebel eius et est ut precipias infirmo ut ponat caput suum in sinu tuo. deinde suspende illas uenas cum uncino uno aut duobus secundum prudentiam tuam. et sit uncinus non subtilis duplationis secundum hanc formam. aut sint duo uncini gradati in corpore uno secundum hanc formam.

Deinde collige cum forficibus subtilibus illas uenas cum subtilitate et abstrige sanguinem hora post horam donec uideas illas uenas remoueri ex oculo et resoluitur. et caue ne ledas oculum cum extremitatibus spatumilis. et sit operatio tua in meridie coram sole. et sis firmus in operatione tua ualde. ut non incidas nisi uenas illas. et cum tu expleueris. tunc distilla in oculum fief uiride aut rubeum ut sua acuitate corrodat quod remansit ex sebel. Si autem non est tibi possibile illud totum colligere in illa hora. tunc emplaustra oculum cum eo quod sedat dolorem oculi. et dimitte ipsum diebus aliquot donec sedetur dolor eius et securetur ab apostemate calido. deinde itera super ipsum secundum hunc modum eundem donec sanetur. et hec est forma forficis.



Capitulum xix. de reductione anthomi nasati ad nasum.

Dominantur medici ei anthomi nasati fistulam quam eius tu curas cum cautio. aut cum medicina acuta comburente secundum quod precessit eius narratio. et non sanatur. tunc non est ingenium in ea. nisi ut findas super apostemate

apud maturitatem eius. et extrahas totam humiditatem que est in eo. et pus donec detegatur os. et uides in eo corruptionem aut nigredinem tunc rade ipsum cum instrumento cuius forma hec est

et nominatur aspri capitis fiat ex ferro indo. et sit caput eius rotundum sicut azir quod sit punctatum punctatione lime aut punctatione alibil. fecit punctationem subtili. et pone ipsum super locum corruptum ossis. deinde reuolue ipsum inter digitos tuos et tu preme manum tuam parum donec scias quod illa corruptio iam rasa est. et fac illud aliquotiens. deinde restaura locum cum medicinis exsiccatiuis stipticis. Si ergo consolidatur locus et nascitur in eo caro et abscinditur cursus saniei et remanet .xl. diebus et non remoueatur et non aperiatur et non accidit in eo accidens. tunc scias quia sanatus est. et si non tunc non est in eo ingenium nisi reducere fistulam ad foramen nasi secundum hanc formam. et est ut detegas ab osse secundo cum ferro aut cum medicina acuta et cum detectum est os tunc accipe terebrum secundum hanc formam.

Sit extremitas ferrea triangulata et lignum eius sit piramis extenuata usque ad extremitatem sicut uides. deinde pone illud super os ipsum. et sit illud prope lacrimale et elonga manum tuam ab oculo parum. deinde reuolue manum tuam cum terebro donec penetret os. et sentiat illud infirmus per hoc quod inueniet uentum exire ex eo quando tenet infirmus manum suam super nasum suum. ergo tunc restaura locum cum medicinis stipticis exsiccantibus sicut docui te. Cum ergo nascitur caro et induratur locus. tunc materia que effundebatur ad exteriora redit ad nasum. est ergo leuius illud super infirmum.

Capitulum .xx. de reductione eminentie oculi.

Quando enim eminet oculus cum totalitate sua et non accidit in uisu nocumentum neque diminutio tunc oportet ut soluas infirmum. deinde flobotomes eum per cephalicam et ponas uentosas in ceruice absque scarificatione. et sugge suctione forti. deinde pone super oculum linimentum quod fit ex acatia et aloe et olibano et sarcocolla. deinde stringe oculum desuper et emplastra eum puluillis multis. et modus puluillorum est ut accipias pannos leues multos. et duplicetur omnis pannus ex eis supra quatuor. fac ex eis multos. deinde pone eos unum super alium secundum quantitatem qua indiget oculus. deinde stringe super ipsos cum panno duro super stricturam fortem. et itera uentosas cum suctione sine scarificatione. deinde aufer uentosas cum suctione sine scarificatione. et dimitte oculum strictum die et nocte. Si autem ligamentum iterum mollificetur tunc oportet ut stringatur multum. deinde aufers ligamentum post diem et noctem sicut diximus. Si ergo uides oculum iam redisse est bonum. et si non tunc itera emplastrum et puluillos et stricturam et uentosas donec sanetur.

Capitulum .xxi. de incisione uue id est uuee tunice

Quandoque accidit disruptio in tunica uuea. deinde eminet et procedit extra palpebras sicut granum uue et fedatur forma hominis propter illud. et uis incidere illud tunc operatio in eo est secundum quod narro. et est ut intromittas acum in radicem uue ab inferiori ad superiorem partem. deinde in

et dimitte acū aliā in qua sit filū
duplum a parte lacrimali et fac
eam penetrare. et dimitte acū prī;
sēm dispositionē suā. deīnd incide
locum fili dupli et liga cū eo pte;
uīc incurtuati acus et stringe eā
multū. deinde extrahe acum et po
ne sup oculū lanā infusam ī al
bugine oui. et dimitte eū donec ca
dat filum cū uua. deinde cura ocu
lum cum eo qd confortat ipsm do
nec sanetur uuln᷑. et qn̄ stringit᷑
uua ab omi pte cū circulo ex pan
no donec cadat oculus eminētiā
magnā. deīn pforetur cum spatu
mili subtili q̄ pueniat ad pfun
dum oculi et curat humiditā al
bugineā et descendat oculus et in
grediatur statim. deinde stringe
eum donec sanetur.

Cap. xxij. de curatiōe alcomati.

Hec egritudo que nominatū alcō
mati nō ē nisi sanies que agrega
tur in oc̄lo similis aque descēdēti
et nō est ipā. et modꝰ opinionis mea est
ut facias sedere infirmū sup se
dem pparatum uł directū. deinde
accipe caput eī manibꝫ tuis apir
tis duabꝫ et moue ipꝰ donec uide
as saniem puenire ad inferiora
oculis tuis. deinde figatur et non
descendat et absoluatur lum̄ et ui
deat infirmus res sic uidebat. et
si nō descendit infer᷑ scias quia ē
aqua. si aūt nō ppāratur descensū
saniei cū eo q̄ diximꝰ. tūc fac sedē
infirmū int᷑ man̄ tuas. deīnd ac
cipe spatumile sb̄tile et finde cū
eo sup̄ pāniculū corneū parump
aput cōtinuatōē; cōiūctiuē cū tu
nica cornea in corona donē egredi
atur sanies. Cum g̃ egrelitur tūc
distilla in oculū aquā calidā in
qua miscuisti mel aut aq̄ in qua
buluisti fenugrecum et mel. deinde cu
retur cum reliqua curatōē donec sa
netur.

Capitulm. xxiij. d̄ curatōē aq̄ descēdētis ī oc̄lm.

Iam diximus spēs aque in diuisione et que cue
nit ad pforandū s᷑monē declaran
te expositionē rei. tc̄ accipe illō ī
sēm sanitatē. tūc g̃ oportet ut faci
as sedere infirmū int᷑ man᷑ tuas
quadratū oppositū lumini ppē so
lem. et liga oculū eī sanū et strige
eum ualde. deinde palpebrā; oculi
eius manu tua sinistra. si oculus in
quo ē aqua est oculus sinist᷑. aut
manu tua dextra si ē oculus dexter.
deinde accipe manu tua dextra al
magdā si oculus ē sinist᷑. aut ma
nu tua sinistra si oculus est dexter.
deinde pone extremitatē almag
da ppē coronam p qntitudinē; ra
dij in ipā albedine oc̄li a parte la
crimalis minoris. deīn impelle
almagdā cū uirtute. et tu reuolu᷑
cū eo manū tuā donec penetres in
albuginē oculi. et sentias quod al
magda iam peruēit ad rem uacuā.
et oportet ut sit mēsura itineris
almagda ad pfundū mēsura spa
tij q̄ ē a pupilla usq̄ ad finem in
gredinis et ē corona oculi. uidebi᷑
enī os in pupilla ipā uisiōē oc̄li
ppē claritatē; tunice cornee. dīn
pone almagda usq̄ ad locum in
quo ē aqua. deīn pme ipꝰ inferiꝰ
uice una pt᷑ aliā. Si g̃ descēdit aq̄
statī tūc infirmus uidet illō sup
qd̄ apit uisū suū statī et almag
da in oc̄lo suo deinō qescat pau
lulum. Si g̃ ascendit aqua tunc
depone eam so pt᷑ qd̄ egrediatur
almada. Qn̄ g̃ figitur et nō ascen
dit tc̄ extrahe almagda cū faci

uitate 7 tu reuelluis cū eo manum
tuā paulatī. deīn dissolue ī aqua
aliqd ex sale claro gēme. et ablue
cum eo oculum deinc̄. deīn poē ext̄
oculū totū stupā aut lanā infusā
oleo ro. 7 albumine oui. 7 liga cū
eo oculum sanū. Nos aūt et illi
qui sūt nrī tp̄is ponimꝰ sup eum ci
minum tritū cum albugīe oui.
Qđ si nō obedit tibi almagda ad
introitū in oculū ꝓpt̄ duritiē suā
qm̄ ex hoīb; ē cuius oclꝰ ē durus
ualde. tūc oportet ut accipias spa
tumile qđ nominat̄ albereid cui
h est for.
ꝑfora g̃
cum eo ipsū, conuinctꝰ tm̄. et nō
ultimes manū tuā in foramine.
et nō est n̄ ut facias iuām ad al
magda locum subtilem. deīn in
tromitte almagda fm̄ q̄ diximꝰ
et ap̄ complemētū opis tui ꝓpare
tur infirmo dormitoriū decent
fr̄m in quo dormiat sr̄ dorsū suū
in domo tenebrosa. 7 prohibeat ab
omnib; motib; 7 a tussi. 7 poē cibū
eius illđ in quo leniatur natū eiꝰ.
et nō moueat cap̄ suū dextra neq;
sinistra oīo. 7 sit ligamentum fm̄
dispositionē suā usq; ad diē tertiū.
deinde solue illđ in illa domo tene
brosa et experire uisum eiꝰ. et fac
eum uidere res. deinde reduce liga
mentū usq; ad diē septimū. 7 nō
oportet ut facias illđ in hora cura
tionis aut post curationē statim.
imo oportet ut alleuies illđ ꝓpter
q̄ aqua ascendit uelocit̄ p aspec
tum uehementem. Si at̄ accidat apā
calidū tc̄ oportet ut soluas oclm
an̄ septimū diē 7 rectifica illđ cū
eo q̄ sedat apā donec qn̄ sedat̄. tūc
absolue uisum eiꝰ 7 pone sr̄ faciē
eiꝰ ezale quo tegatur uisus sub eo
eius diebꝰ aliquot ipō existēte in il
la domo tenebrosa. deīn egrediatur
a domo gradatim 7 conuiscet in cā
suis. et scias qđ in alcathea nō ex
cusatur discipls a uisiōe aliquotiē.
tūc enī audeat sup opationē. Nam
qdem puenit ad nos quidā ex illis
qui sūt de alayrach qr dixit q̄ fac
tum fuit in alayrach magdaham
pforatum quo suggitur aqua. ve
rūtū ego nō uidi aliquē in tra nrā
qui fecerit illđ. neq; legi illđ in ali
quo ex libris antiquoꝝ. et ē possi
bile ut sit illđ nouū. 7 iste sūt for
me spēꝝ ex magda ut stet sup ea
qui ignorat ea. Forme magdi ꝓpt̄.
fiant ex ere ꝓpe 7 sit extremitate
eaꝝ cum hac subtilitate eadē: tri
angulata extremitas acuta.

Capitl. xxiiij. de cura carnis na
te in naso.

Quando nascunt̄ in
naso carnes diūse addite ex qb;
est aliqđ qđ assimilat̄ scorpioni
multoꝝ pedum et ex ea ē caro cancr
rosa lapidea fusci coloris. et ex ea
est que est caro lenis nō fusci co
loris. Jn ea g° que ex istis carnib;
est lenis 7 nō fraudulēta neq; can
cerosa. Oportet ut facias sedere
infirmū int̄ manus tuas oppo
situm soli. 7 aperi nares eiꝰ 7 pice
uncinū in illas carnes. deīn tra
he eas ad exteriora. deinde incide q̄
comp̄hendisti in eis cū spatumi
li subtili acuto a parte una donec
scias q̄ caro tota inde ablata ē. Q̄

si remanet

si remanet ex ea aliq͠d cui abscisio
nō est possibilis. tunc rade illud cum
uno instrō͠z subtiliū cū facilitate
donec nō remaneat ex eo aliquid.
Si aūt ꝓuatur t̄ sanguis aut acci
dat apā callid͠s. tunc oppone ei ꝓ id
qd͠ oportet. aut ē ex apostematib͠
malignis tūc ꝑpera et cautica ip͠s
donec abscidatur sanguis ⁊ aufe
rantur om͠es carnes. deīn ꝓiciat͠
in nasum pt̄ incisionē acetum ⁊
aqua aut uinū. Si aūt aperiatur
nasus ⁊ ꝓcedit ex eo humiditas us͠
ad palatum tūc scias q͠ iā sanū ē.
Si uō nō penetrat humiditas͠ s͠m
q͠ oportet tūc scias q͠ int͠ ipsū est
caro nata in supiorib͠ ossib͠ nār͠
ad que nō ꝑuenit cū incisione in
strumētum. tūc ig͠ oportet qd͠ intro
mittas filum lini cui sit quedā
grossitudo ⁊ noda in eo nodos mul
tos. et pone int͠ omnē nodū quan
titatem digiti aut min͠ ⁊ ingeniū
et infirm͠ ut mittat extremitatē
fili unā in nasū cū radio. aut cū
quo possibile est ei. ꝑ͠tq͠ fecit ipm͠
simile acer: et trahat odoratū suū
donec ꝑueniat ad nasum et egre
diatur sup͠ guttur suū. ⁊ multoti
ens quidem faciūt simile huic
actōni pueri in scol͠ ⁊ ē res facilis
ei qui uult. deinde pone duas extre
mitates fili extremitatē unā que
egreditur sup͠ nasum. ⁊ altā que
remāsit in naso. deinde cum illud͠
serratur tam carnis cū nodis q͠ sūt
in filo. fac illud͠ donec scias qd͠ car
nes iam sūt cū nodis fili. deinde
extrahe filū et pone in nasū pt̄
abstersionē sanguinis licinium
q͠ imbibisti in unguēto egyptō
fac illud tribus dieb͠ aut pl͠ donec
unguētum corrodat totū qd͠ re

mansit ex carnib͠. deīn pone ī fine
rei in nasū cānulā de plūbo dieb͠
aliquot donec sanetur. Si aūt indi
get curatē q͠ exsiccet utē illa. ⁊ hec
est forma instrumenti ad
caput purgā͠ faciendū.



cum quo distillent͠ olea ⁊ medicīe
in nasum. fac ex argento aū ere
re qd͠ sit simile lampadi parue
aptum sic̄ cōcula ⁊ meat͠ eī simili͠
et si uis fac cānulā clausam sicut
cāna ⁊ cocula instrī ad caput purgā
faciendū. sit plana directa cui sit
manubriū in postremo eī͠ cū quo
teneas ipm̄ qn̄ calefacis in ea ole
um. aut q͠duis ex sucis ⁊ reb͠ fluxi
bilib͠. Cap͠. xxis͠. de thelul na
tis in extremitate nasi. .....

Multociens nascitur in extrēitate
nasi thelul ⁊ magnificat͠ ⁊ augmē
tatur cū dieb͠ donec fedus sit aspec
tus eī. et ꝓpt͠ illud͠ oportet ut incidas
illud͠ in principio apparitiōis eī͠ et
eradices totum eī͠. deīn pone sup͠ locū
aut cautium aut medicinā obu
rentem que stat loco eī͠. Si g͠ tardā
tur incisio ei donec magnificet͠ tūc
cōsidera si ē lapideū durū fusci co
loris. pauci sensus. tc̄ nō tāgas ipm̄
cum ferro. qm̄ apā cancrosum est.
Multociens enī qui incisit apā huiꝰ
modi ⁊ accit ex eo malicia mag͠ sup͠
illā infirmū qua ip͠s habebat. Et si
apā est lenis tactus nō fusci colorꝭ
et uides qd͠ incisio ꝑ͠sibil͠ ē ī toto
ipsiꝰ. tūc euacua infirmū ⁊ incid͠
ipm̄ sine timore ⁊ absq͠ pauore ⁊
cura locum cū eo q͠ exsiccat ⁊ astri
git donec sanetur. Cap͠. xxvi͠. d͠
sutura nasi ⁊ labij ⁊ auri͠ qn̄ sol
uit͠ cōtinuatō a uulnē aū similib͠ illi͠.

Scias quia qn̄ accidit solō cōtinui
tatis in una harū cartillaginum

parum confert in ea operatio nisi in qui-
busdam hominibus. Oportet igitur quando accidit
aliquid ex illo ut consideres si est
vulnus recens cum sanguine suo
et tunc aggrega duo labia vulneris cum
sutura. deinde cura ipsum donec sanetur.
et si solutione continuitatis labia
iam separata sunt et facta est unaqueque pars
sana. tunc oportet ut excories omnem
partem a cute sua apparentem donec
sanguinetur. deinde aggrega duo labi-
a cum sutura et stringe ea et pulve-
riza super ea sanguinem draconis et
olibanum contrita et pone super pulveres
frustrum emplastri diafinicon et aliorum
aliarum ex emplastris consolidativis. et di-
mitte ipsum ligatum duobus diebus aut
tribus. deinde solve ipsum et permuta me-
dicinam et dimitte ipsum donec absci-
dantur fila per se. deinde cura ipsum cum
unguento donec sanetur. Modus autem
suture est ut aggreges solutionem continu-
itatis cum filo aut cum acubus sicut nar-
ravimus in sutura ventris. aut aggre-
ga solutionem cum filo sicut fecit te scire.

Capitulum xxviii. de extractione nodorum qui accidunt duobus labiis.


Multitis que hominibus plerumque accidunt in
interioribus labiorum suorum aperta du-
ra similia granis herbi. et quedam eo-
rum maiora et minora. Ergo oportet ut
convertas labium et findas super omnem
nodum eius et suspendas eum cum
uncino et incidas ipsum ab omni parte.
deinde impleas locum post incisionem
gegi trito donec abscidatur sanguis.
deinde colluatur cum aceto et curetur lo-
cus cum eo in quo est stipticitas us-
quequo sanentur vulnera.


Capitulum xxviiii. de incisione carnis addite in gingiva.

Multotiens accidit
super gingivam caro addita quam
antiqui nominant abulus. Opor-
tet igitur ut suspendas eam cum uncino
aut teneas eam cum forficibus et inci-
das eam apud radicem suam et dimit-
tas saniem currere aut sanguinem.
deinde pone super locum gegi tritum. aut
alios pulveres stipticos exsiccativos.
Quod si redit illa caro post curationem
nam multotiens redit. tunc incide
eam secundo et cautica ipsum. Ipsa namque
non redit post cautium.

Capitulum xxx. de rasione dentium cum ferro.

Quandoque aggregantur in superficiebus dentium ab
interiori parte et exteriori. et inter gingivas
cortices asperi turpes. et quandoque denigran-
tur et citrini fiunt et virides. donec
perveniet ex illo corruptio ad gingivam
et fedi fiunt dentes propter illud. Oportet
igitur ut facias sedere infirmum
inter manus tuas et caput eius in sinu
tuo et rade molarem et dentem in quo
apparent tibi cortices et res similis
arene donec non remaneat ex eis
aliquid. et similiter fac de nigredine
et viriditate et citrinitate et aliis
donec mundentur. Si igitur auferatur quod
in eis est a principio rasionis bonum
est. et si non tunc itera super eos rasio-
nem die alio secundo et tertio donec ad ul-
timum perveniat studium in eo quod vis.
et scias quod dens indiget rasoriis in
diversis formarum multarum figurarum
secundum quod operationi preparatur tue. propterea
quod rasorium quo raditur dens ab in-
teriori parte est aliud a rasorio quo ra-
ditur inter dentes secundum formas alias.
et iste forme rasoriorum sunt apud te parate.





Capitulum xxx. de eradicatione dentium.

Oportet ut cures dentem a dolore suo cum omni ingenio, et tardes in eradicatione eius. Non enim est quod vicem eius suppleat quando eradicatur, quoniam est substantia sublimis. Donec quando non est excusatio de eradicatione eius, tunc oportet quando cogitur infirmus eradicare ipsum ut firmetur et certificetur apud te dens dolens. Multotiens decipit infirmum dolor et putat quod est in dente sano et eradicat ipsum. Deinde non recedit dolor donec eradicatur dens infirmus. Nos enim iam vidimus illud ex operatione flobothamie. Cum igitur certificetur apud te dens dolens ipse met, te oportet ut scarifices in circuitu dentis cum spatumili in quo sit quedam virtus donec solvatur gingiva ab omni parte. Deinde move ipsum digitis tuis aut cum forcipibus subtilibus in primis paulatim donec concuties ipsum. Deinde loca tunc in eo forcipes magnos locatione bona et caput infirmi inter genua tua quia iam bene tenuisti ita quod non moveatur. Deinde trahe dentem secundum rectitudinem ut non frangas ipsum. Si igitur non egreditur, tu accipe aliquod istorum instrumentorum et intromitte ipsum sub eo ab omni parte cum facilitate et conare motionem eius sicut fecisti in primis. Si autem dens est perforatus aut corosus, tunc oportet ut impleas illud foramen panno et stringas ipsum cum extremitate radii subtilis ut non frangatur in hora constrictionis tue super ipsum cum forcipibus. Et oportet ut exquisite agas cum scarificatione in circuitu gingive ab omni parte multum, et custodi fortitudinem tuam ut non frangas ipsum et remaneat pars eius et redeat super infirmum ex ea malicia que sit maior dolore eius primo. Et cave ne facias illud quod ignorantes faciunt flobothomatores in festinatione sua et audatia ipsorum super eradicationem eius postquam administratur illud quod narravimus. Multotiens enim faciunt evenire super homines infirmitates magnas quarum difficiliores sunt ut frangantur et remaneant radices eius omnes aut quedam earum, aut ut extrahant ipsum cum quibusdam ossibus mandibule sicut multotiens testificati sumus illud. Deinde colluatur post eradicationem eius cum vino aut cum aceto et sale. Et si accidat fluxus sanguinis ex loco, multotiens enim accidit, igitur tere tu aliquid ex gegi et imple cum eo locum; et si non, tu cauteriza ipsum si non confert tibi gegi. Forma forcipum subtilium quibus



movetur dens in primis sit longarum extremitatum, brevis manubrii, grossi, ut non duplicentur quando cum eis super dentem. Sint sicut vides grossorum manubriorum donec quando stringis cum eis non dent se ipsas neque duplicentur, brevium extremitatum, et sint ex ferro indo aut ex fauled decentes, facti directarum extremitatum, et in earum extremitatibus sint dentes quorum quidam ingrediantur in quosdam et stringant constrictione decenti forti. Et quandoque fiunt

extremitates sic̄ for̄ oris avis q̄ no
minatur ciconia et hec for̄ istius instrumentis.

Cap. xxxi. de eradicatione dentium et extractione ossium mandibularum fractarum.

Quando remanet apud eradicationem
dentis qui frangitur aliquid, tunc opor
tet ut ponas super locum cotum cum bu
tiro die uno aut duobus diebus donec
mollificetur locus. deinde intromit
te ad illum algesati. aut forcipes quorum
extremitates assimilantur ori
avis que nominatur ciconia. forma forcipum.

Sunt extremitates eorum forme sicut li
ma deintus. aut sicut auffidabegi. Si igitur
non obedit tibi adiectum cum istis for
cipibus tunc oportet ut caveas super
radicem et detegas totam carnem
et intromittas instrumentum quod nominatur
atalli parva cuius forma hec est.

Sit brevis extremitatis grosse pa
rumper et non sit imbibitum ut non
frangatur. Si igitur egreditur radix per
illud est bonum. et si non iuvare est istis
instrumentis aliis quorum forme sunt iste.
forma primi tangulate extremitatis
in qua est quedam crossitudo.

Forma triangulate subtilis.

Et iam iuvatur cum hoc instrumento ha
bente duos ramos cuius hec est forma.

et cum aliis ex instrumentis et ferramentis
que precesserunt in ratione dentium.
et iam fit iuvamentum cum hoc instrumento quod
assimilatur uncino magno cuius

hec est forma triangulate extremi
tatis torte in qua est quedam crossitudinis
ut non frangatur et sit non imbibitum.
Et scias quod instrumenta dentium sunt multa.
et similiter reliqua instrumenta non compu
tantur. et artifex prudens subtilis in
arte sua invenit per se ipsum instrumentum
secundum illud quod significant ei operatio
et egritudines ipse. Quoniam et ex egritu
dinibus antiquis non dixerunt antiqui
instrumentum propter diversitatem specierum harum. Si
autem frangitur os ex mandibula aut
ex aliis ossibus oris ut putrefit. tunc
perscrutare super ipsum in loco suo cum
eo quod convenit ei ex instrumentis et forcipi
bus que diximus in extractione radicum.
et iuvare cum gesti cuius forma hec est.

Sit in eo quedam crossitudinis pau
latim. ut stringatur vel teneatur cum
eo os. et non evadat vel fugiat donec
egrediatur os. et restaura locum cum
medicinis convenientibus ad illud.
Si autem in osse est putredo parva. tunc
rade ipsum a putredine sua. et sua
nigredine et cura ipsum donec sanetur.

Cap. xxxii. de serratione dentium emi
nentium super alios.

Quando dentes remanent non secundum cursum suum naturalem
feda fit per illud forma eius et precipue
quando accidit illud in mulieribus et puel
lis .s. ruenalibus. Oportet igitur ut consi
deres. Nam si dens est natus post den
tem alium et non locatur eius serratura
neque limatio ipsius. tunc eradica ipsum
et si est annexus cum dente alio est
et simile rostro parvo. tunc incide
ipsum cum isto instrumento cuius forma hec est.

et sit incisio ex ferro indo acute
extremitatis valde. et sit incisio cum
qua ipsum incidis in diebus multis
propter duritiem dentis et ut non commo
veatur alius ex dentibus. Si autem est
eminens ex positus limatione suc
cede lima ipsum cum lima ex indo cuius forma est
hec.
Sit totum ex indo et manubrium eius
minutorum punctorum valde. sicut lima
cum qua fiunt acus cum qua limentur dentes
paulatim in diebus multis cum facili
tate ut non commoveatur dens et ca
dat. deinde leni ipsum in fine et rade
ipsum cum quibusdam rasoriis. Quod si est
dens ex quo frangatur pars. et le
dit linguam tunc oportet ut limes e
um et donec auferatur asperitas il
lius fractionis et equetur et planetur.
et non ledat linguam neque corrumpat
sermonem.

Capitulum xxxiii. de
extractione dentium motorum cum filo auri

Quando accidit dentibus anterioribus argenti
tenoribus percussio et commotio a percus
sione aut a casu. et non potest infirmus
stringere super illud quod comedit ut
non cadat. et curasti eos cum medi
cinis stipticis et non valuit curatio.
tunc ingenium in eis est ut stringatur
cum filo auri. quoniam argentum fit vi
ride et putrefit post dies menses.
sed aurum non mutatur. et sit filum
medium in subtilitate et grossicie secundum
quantitatem quod capiat inter dentes.
et forma quidem retationis est ut acci
pias filum et intromittas duplum
eius inter duos dentes sanos. deinde
texas cum duabus extremitatibus fili
inter dentes motos unus sit aut plures
donec pervenias cum tela usque ad den
tem sanum alterius partis. deinde itera
texturam usque ad partem a qua ince
pisti. et stringe manum tuam cum subtili
tate et sapientia donec non moveatur pror
sus et sit constrictio tua qua stringis filum
apud radices dentium ut non evadat.
deinde incide extremitates fili super
fluentes cum forficibus. et aggrega utras
que et converte eas cum gesti. et occulta
ipsas inter dentem sanum et dentem mo
tum ut non ledas linguam. deinde di
mittatur ita strictum dum remanet.
Si autem ita solvitur aut incidit stri
nge eos cum filo alio. et stabit vel fruitur
cum eo taliter tempore toto. et hec est forma
dentium
et figura
retationis duorum dentium sanorum et du
orum dentium motorum sicut vides. et quandoque
fit ut redeat dens unus aut duo post
casum utriusque in locis suis et retinen
tur sicut narravimus et remanent.
et non facit illud nisi artifex prudens
patiens. et quandoque aptatur aliquod ex ossi
bus vaccinis et fit ex eo sicut forma dentis
et ponitur in loco ex quo minuitur dens
et stringitur sicut diximus et remanet et
servatur cum eo tempore longo.

Capitulum xxxiiii. de incisione ligamenti quod
accidit sub lingua et prohibet loquelam.

Quandoque est hoc ligamentum quod ac
cidit sub lingua. aut naturale quo
nascitur homo. aut accidentaliter a vul
nere quod iam consolidatum est et opera
tio in eo est ut aperias os infirmi e
capite eius in sinu tuo et eleva lin
guam eius. deinde incide illud liga
mentum nervosum per latitudinem
donec solvatur lingua a retentione
sua. Quod si in eo fuerit aliquod durum
et nodationis et fuit illud ex conso
lidatione vulneris. tunc pice in illud
uncinum et finde illud per latitudinem
donec incidas ligamentum et solvatur
nodatio. et cave ne sit fissura in

profundo carnis. et incidas arteriam;
illic et accidat fluxus sanguinis. de
inde colluatur in vestigio incisio
nis cum aqua rosacea. aut cum ace
to aut aqua frigida. deinde pone sub
lingua licinium ex lino quod teneat
infirmus in omni nocte ut non con
solidetur subito. Si autem accidat fluxus
sanguinis tunc pone super locum ze
ge tritum. Si vero vincat te sanguis
tunc cauteriza locum cum cauterio lenti
ginoso quod convenit ad illud. deinde
cura ipsum cum reliqua curatione do
nec sanetur.

Capitulum xxxv. de ex
tractione ranule generate sub lingua.

Quandoque accidit sub lingua apostema
quod assimulatur rane parve. prohi
bens linguam ab operatione sua naturali.
et fortasse magnificatur adeo do
nec implet os. et operatio in eo est
ut aperias os infirmi coram sole
et considera apostema. Si igitur videas ipsum
fusci coloris aut nigri durum cum
non invenit infirmus sensum. tunc
non tangas ipsum quoniam est cancer. et si
ne declive ad albedinem in quo est
humiditas. tunc proice in ipsum un
cinum et scinde ipsum cum spatumi
li subtili et libera ipsum ab omni parte.
Quod si vincat te sanguis in hora tunc
operationis. tunc pone super ipsum zegi
tritum donec abscidatur sanguis. de
inde redi ad operationem tuam donec
extrahas ipsum cum complemento eius.
deinde colluatur cum aceto et sale
et cura ipsum reliqua curatione con
veniente ad illud donec sanetur.

Capitulum xxxvi. de cura apostematis dura
rum amigdalarum et eius quod nascitur in guttu
re ex reliquis apostematibus.

Quandoque accidit in gutture glandule que
assimulantur algadad que accidunt
deforis et nominantur due amigda
le. quas quando curas cum eo quod dixi in
divisione et non sanantur. tunc considera.
Si igitur est apostema durum fusci coloris parvi
cum sensus. tunc non tangas ipsum cum ferro.
et si est rubei coloris et radix eius est
grossa tunc non tangas ipsum etiam cum fer
ro timens fluxum sanguinis. immo
dimitte ipsum donec maturetur. et tunc
aut tu perforabis ipsum aut rumpetur
per se. et si est albi coloris rotundum
et est radix eius subtilis. tunc hoc est illud
quod oportet incidi. et operatio in ipso est
ut consideres ante operationem tuam quod
quievit apostema eius ab illo quiete
completa. aut minuitur quadam
diminutione. tunc igitur fac sedere infirmum
coram sole et caput eius sit in sinu tuo
et aperi os eius et accipiat serviens inter
manus tuas et premat linguam
eius inferius cum instrumento cuius hec est forma.
fiat ex argento aut
ere quod sit subtile sicut
cultellus. Cum igitur pressus cum eo lin
guam et ostendit tibi apostema et cadit
super ipsum visus tuus tunc accipe un
cinum et fige ipsum in amigdalam
et extrahe eam ad exteriora quantum po
tes. preter quod trahas cum ea aliquid ex
tunicis. deinde incide eam cum in
strumento cuius hec est forma. et assimu
latur forficibus. verumtamen extremi
tates eius sunt curvate ita quod oris tui
cuiusque earum est in directo alterius acute
valde quod sit ex ferro indo. aut al
fuled imbibitum. Si autem non est presens
hoc instrumentum tunc incide ipsum cum spa
tumili cuius hec est forma.

Sit acutum a parte una non acutum a par
te altera. et postquam incidis amigdalam

unam incide alteram secundum hanc eandem speciem diuisionis. deinde post incisionem gargariçet infirmus cum aqua frigida. aut cum aceto et aqua. Si autem accidat ei fluxus sanguinis gargariçet cum aqua in qua bullite sunt cortices granatorum aut folia mirti. et similia illis ex stipticis donec abscindatur fluxus sanguinis. deinde cura ipsum donec sanetur. Et quoniam nascuntur in gutture alia apostemata preter duas amigdalas. Incide ergo ea secundum quod dixi in incisione duarum amigdalarum equaliter. Et ego iam quidem medicatus fui mulierem ex apostemate quod natum erat intra guttur eius. scilicet apostema quod trahebat ad fuscedinem pauci sensus quod iam fere clausat guttur. et mulier respirabat a meatu stricto. et iam prohibuerat ei comestionem et potum aque et iam preuenerat ad mortem si remansisset uno die aut duobus diebus. et apostema iam tantum ascenderat quod emisat duos ramos donec exierant super duo foramina nasi. Properaui igitur festinanter et fixi in unum eorum uncinum deinde traxi ipsum. et tracta est ex eo partis magna deinde abscidi eam ubi comprehendi ex foramine nasi. deinde feci illud ei quod processit ex foramine nasi ex alio. deinde aperui os eius et pressi linguam eius. postea fixi uncinum in ipsum apostema. deinde abscidi ex eo partem eius et non cucurrit ex eo nisi sanguis paruus. absolutum est ergo guttur mulieris. et incepit statim bibere aquam deinde accepit ex cibo. non ergo cessaui incidere ex illo apostemate multociens tempore longo. et apostema succedebat loco eius quod incidebam donec prolongatum est incisium et cum eis illud. Ingeniaui igitur et cautericaui apostema inter guttur. Stetit ergo ab additione. deinde abulaui apte et nescitur quid fecit deus cum ea post me.

Capitulum .xxxvij. de incisione uuule que nominatur uua.

Quando descendit catarrus ad uuulam et apostematur et est longa. tunc ipsa nominatur pendicularis. et si est in inferiori parte crassa rotunda tunc ipsa nominatur uua. Si curatur cum eo quod diximus in diuisione. et non confert curatio. et uides quod apostema calidum iam quieuit ab ea et est subtile tunc oportet ut incidas eam. et que est ex ea aggregata rotunda. et non est ei longitudo et est sanguinea aut fusci coloris aut nigri coloris et non est ei sensus. tunc oportet ut deuites incisionem eius. In ea enim est timor super infirmum. Oportet ergo quoniam uides eam secundum modum quod dixi ex albedine et in longitudine sua ut facias sedere infirmum coram sole. et premas linguam eius cum instrumento cum quo precessit narratio. deinde fige uncinum in uuam et trahe eam inferius. et incide eam cum uno duorum instrumentorum quod dixi in incisione duarum amigdalarum. Et oportet ut non incidas ex ea nisi illud quod additum super terminum naturale. sine additione. nam si tu incidis ex ea plus ledes uocem et sermonem. deinde post incisione utere eo quod narrauimus in incisione duarum amigdalarum. et cura eam donec sanetur. Si autem teretur infirmus ab incisione tunc oportet ut utaris ingenio in cautericatione eius absque timore et pauore. et modus cauterij in ea non est nisi cum aqua acuta. et est ut ponas caput infirmi in sinu tuo. deinde preme linguam eius cum instrumento quod diximus. deinde accipe ex aqua quam dixi tibi in capitulo cautericandi. et confice cum eo calcem non extinctam. et pone eam non spis

sam neque subtilem et imple ex ea con
cavitatem huius instrumenti cuius hec est forma.

Sit extremitati eius in qua ponitur medicina
concavitas sicut concavitas coclearis
radii. et pone instrumentum cum medicina super uvulam
ipsam et infirmus sit iacens super latus
suum ut currat saliva ex ore eius ex
trinseca medicina ut non descendat
ex ea ad guttur aliquid ipsius et ledit ipsum.
deinde tene manum tuam cum medicina
et tu exprimis eam super uvulam ipsam
quantitate medietatis hore donec
videas eam iam denigratam et sedatam
mordicationem medicine. Et si vis
accipias cotum et involvas ipsum super
extremitatem radii et facias cotum in
medicina et intromittas radium cum
coto in cannulam desuper donec adhe
reat cotum super uvulam et fac illud
multociens donec consequens illud
quod vis de cauterizatione uve. deinde
dimitte eam. Ipsa namque arescet et ca
det post tres dies aut quatuor. Quod si
indiges ut iteres medicinam itera
ipsam et post cauterizationem absterge
in circuitu uve cum coto imbibito
in butiro et mundifica cum eo quod est
in circuitu eius ex medicina et colluatur cum
aqua frigida et curetur extrinsecus cum
embrocis. et deintus cum gargarismis
donec sanetur. hec quidem species curationis
est salvior incisione et longior a timo
re. Et quandoque curatur uvula et cum eo
quod subtilius est quam cauterium et incisio.
scilicet curatur cum suffumigatione secundum hunc
modum. Sume calamentum et ysopum
et origanum et rutam et sticados et camo
teratur. 7 dixit in quadam physica
monachus. quod cum quidam socius
eius esset podagricus 7 fuisset in
cura eius multo tempore uidit in somp-
nis. G. qui dixit ei. accipe colloquin-
tidam 7 puluerizatam cum bdelio con-
fice cum aqua caulium 7 mandra-
gore. 7 pone desuper tepidum. quod altera
die fecit idem 7 curatus est de po-
dagra frigida. ¶ Aqua ex qua ablui-
tur membrum podagrici ex frigida
causa. accipe. folia saluie. 7 medieta-
tem zinzibere. fabarum. lupini.

añ plenam manũ coque cum a
qua ⁊ intinge pannum ⁊ mẽbrũ
ablue. Diaquilon ualẽs apo
stemati duro ⁊ podagre. accipe
psilii. xx. aur. iusquiami albi. x.
aur. fenugreci. seis lini. añ. xx. au
reos. seminis cucur. semis papa
ueris albi. añ. x. aur. misce cum
aqua calida et maneat in ea. i.
die ⁊ una nocte. postea acc. eius
spumam in mane. et coque cũ
oleo ⁊ litargiro ⁊ bdelio añ. x. au
reos. ⁊ de oleo q̃tum sufficiat coque
usq; fiat diaquilon ⁊ utere in du
ricieb; ⁊ nodis. Emplim ad apo
stemata dura melica ⁊ sciatica. ⁊
ad nodos podagre ⁊ spasmum q'
contigit in neruis ⁊ dissolũ no
dos. R. bdelii ℥. xx. pone in olla
terrea cohopi cum aceto. ⁊. i. ℔. rob.
et permitte donec remolliatur. de
inde mitte ℔. s. mellis. pista donec
fiat sicut medulla. ⁊ tũ adde oli
banum. opoponac. armoniacum.
mirram. añ aur. i. postea pista ĩ
mortario. misce olei camomille.
℔. iij. olei antiqui. ℔. i. pinguedi
nis uituli ℔. ij. confice et utere.

De cimis puerorum.

Saphatum accidit pueris ⁊ forte
accidit infancie. et in capite. et
generatio eius est ꝓpter multitudinẽ
sanguinis ⁊ humiditatem cutis.
et signũ eius sunt uulnera par
ua ex quib; exit humor qui spã
ditur in capite ⁊ in facie. ⁊ cũ eis
accidit pruritus quare puer ui
gilat ⁊ plangit et conqueritur.
et incipe in eorum cura corrigendo
cibum nutricis. demũ tunde ca
put pueri cum psilotro. demum
suppone folia atriplicis. qm̃ for
te curatur p hoc tantũ. quia ista
folia fugiunt uenenum. aut po
ne desup istud ungm̃. Vngm̃
ualens ad saaphatum que accit
in capitib; puerorum. R. ceruse. li
targiri. añ. ℥. v. licium de cinere ui
tium. ℥. iij. olei ro. ℔. i. cere ℔. i. liq̃
fiat cera cum oleo ro. ⁊ terantur
medicine et conficiantur cum ui
tellis ouorum assis. demum unge
cum eo caput pueri. Passio
que dicitur fauositas mellis ẽ
spẽs saaphatum ⁊ tũc sup uul
nera apparent q̃si squame. ⁊ scal
pitur cutis cum magno pruritu
et eliquat ex eis q̃si mel. Et cura
eius est ut cotidie tundatur ca
put ⁊ abluatur cũ aqua menta
stri ⁊ maiorane ⁊ satureie. demũ
ungatur cũ isto unguẽto. Acc.
litargirij. ceruse. añ. aur. ii. olei
rosati. ij. ptes. aceti. i. parte; com
misceantur ⁊ conficiantur cum
oleo ro. ⁊ aceto donec fiat ungm̃.
Vnge cum eo sero ⁊ mane caput
et ablue cum illa aqua.

Accidit quibusdam pueris ut ex
eant cum magno capite. et p̃
cessum augmentatur usq; mẽ

suram debitam. et ego uidi pue
rum cuius caput adeo augmenta
batur in longitudine et latitu
dine quod corpus eius sufferre non
poterat et non cessauit augmen
tari quousque mortuus est pu
er. Magnitudo autem capitis aut
erat ex uentositate grossa genera
ta in ossibus capitis. aut ex genera
tione aque incluse in eo que non
inuenit uiam exitus. Et incipe
curam eius purgando caput nu
tricis cum yeris magnis. et ca
ueat ab omnibus generantibus uen
tositatem et superflua grossa. de
inde in cura eius incipias cum eis
que inuciunt in naribus pueri si
cut de oleo amigdalarum amararum.
aut de oleo aneti. uel de uino op
timo. aut de aqua maiorane. et
si sic curatus non fuerit. Sin autem
pone super caput emplastrum de oliba
no. sarcocolla. serapino. gummi
amigdali. si sanatus fuerit. Sin autem
accipe balzum uiuum et pista cum
testa sua donec sit quasi unguentum.
misce cum paruo olibani et pone
super totum caput post rasuram de
bitam. et permitte. viij. diebus. ista
medicina restringit caput et reduci
facit ad mensuram debitam. de
inde mitte in eius naribus fel lupi et cere
brum et permitte. et fac hoc in
quolibet mense. paruitas capi
tis si fuerit naturalis non curatur.

De inflatione uentris.

Sequitur de inflatione uentris cum
magnitudine capitis. et cura e
ius est ut accipias mirram et
aloem. et crocum. et conficiantur cum
aqua sarraliarum et pone super caput.
et si cum inflatione uentris et
magnitudine capitis macre
scat corpus. accipe manipulum
unum uiruleti et v. auellanas et vij.
amigdalas et feniculi aur. i. terra
tur et extrahatur ab eis oleum.
deinde mitte in naribus usque ad
iiij. ʒ. et unge caput. et mitte in au
ribus. et da bibere nutrici cum lacte.

De sternutatione.

Sequitur de sternutatione. Sternutatio acci
dit in cerebro uel tunicis eius. et
signum est quod oculi profundantur et
superuenit febris. Et cura eius est
quod ponatur super cerebrum folia por
tulace. aut rasura cucurbite cum
oleo et farina ordei. aut unge ca
put cum uitello oui et oleo.

De vigiliis.

Vigilie accidunt pueris in prima etate ex corrup
tione lactis. et cura eius est quod
inmittatur in naribus pueris ole
um uiolarum cum croco. aut oleum
anetinum cum suco lactuce. et un
ge caput et stomachum cum istis o
leis. et sit sollicitudo nostra in cor
rectione lactis et da sugere puero
sirupum papaueris albi. et unge
tempora et frontem cum oleo opii
et croco.

De epilensia.

Sequitur de epilensia. Epilensia
accidit duobus modis. aut na
scitur puer cum ea et est ex ma
licia complexionis naturalis in cere
bro. scilicet frigide aut humide. aut frigide
et humide. aut erit accidentalis.
Et signum naturale est quando nascitur
cum ea. signum accidentale quando
aduenit post partum. Et cura na
turalis est obseruatio diete. quando
cum mutauerit etatem sanabitur
ex ea. Si autem non fuerit sanus soci
abitur eum usque ad mortem. Et
curatio accidentalis est sollicitu
do circa correctionem lactis. ut ca

put et corpus nutrias purgent.
Et caueat ab omnibus cibis generi
tibus fla. et non lactetur puer ni
si in ea quantitate in qua possit di
gerere uel minus. et mitte in na
ribus med. calidas. et odoret assa fe
tidam et rutam. et unge cum oleis
calidis. et suspende peoniam ad
collum. et liga ad collum eius la
pidem smaragdi. et non accidet
ei epilensia. et si durauerit post h
da tiriacam magnam. rum.

De passione que dicitur mater puerorum

Sequitur de quadam passione que
dicitur mater puerorum. hec infirmitas
accidit pueris in prima etate
frequenter. et signum eius est plo
ratus pueri multus. timor in
sompnio et uigilia. augmentatur
calor. et ab eius ore exit odor feti
dus. Et causa huius egritudinis
est acceptio lactis plusquam possit
digerere. Et cura eius est in cor
rectione lactis. et quod detur puero
de dyaplinis uel dyamusco co
tidie. vi. pars ʒ. cum lacte. et pre
cipua medicina est in hoc tyriaca ma
gna. cum lacte data.

De humore fluente ab auriculis.

Sequitur de humore fluente ab
auriculis. hec infirmitas acci
dit pueris in prima etate ex hu
miditate cerebri. Et cura eius est
ut mittatur in eius auriculas lic
nium bombicis antiqui. et cum
fuerit plenum extrahatur et intromit
tatur. et forte cum hoc tantum cu
ratur. Sin autem accipe alumen et dis
solue cum uino et intinge lic
nium et intromitte. humor est
exsiccatur. aut accipe crocum
et nitrum contere cum aceto
et intromitte.

De ueneno.

Sequitur de ueneno. hoc etiam accidit
pueris ex uesica uel plaga acci
dente in auricula. et sufficit eis in
tromittere mel bulitum cum aqua
purgat enim uenenum ab auriculis.
aut accipe folia mirte aut galle et
distemperentur cum aceto et intro
mitte.

De egritudinibus oculorum

Sequitur de egritudinibus puero
rum in oculis. Accidit pueris in
oculis diuersitas egritudinum. Et
ex eis est inflatio et clausura pal
pebrarum. et forte hec accidit ex me
dicinis stipticis quas mulieres
ponunt super capita puerorum. sicut
alcanna et huiusmodi. quoniam superflua capi
tis conuertuntur ad oculos. et forte ac
cidit eis ex fluxu medicine calide
uel frigide. Et cura huius egritudinis est
quando rubor est in facie et calor in fron
te ut accipias sucum mirte. et fo
lia ro. ana ʒ. i. citri mirte ana ʒ. i.
et ʒ. pulverizentur et conficiantur
cum aqua sartaliarum uel lacte mu
lieris et supponatur oculis et fronti
cotidie renouando quousque a
periantur oculi. et est expertum in
pueris. Si autem in oculis non fu
erit rubedo nec calor in fronte.
accipe mirram et crocum. aloem. et
folia ro. et confice cum bono ui
no. et super oculos pone. Et probatum
ad hoc quod sepe probaui. mitte in na
ribus parum ambre distempera
te cum lacte mulieris. Si autem
acciderit eis aliqua aliarum egritu
dinum sicut scabies et albedo et huiusmodi
curantur cum medicinis que dicuntur
in etatibus adolescentium et iuue
num et aliorum. sed tamen cum leuioribus.

Sequitur

De obliquitate aspectus.

de egritudine quando quis oblique
aspicit uel uidet. et hec aut est na

turale. aut accidet post partum.
Et cura ei est quod ponatur de noc
te candela ex parte contraria uisu
obliquo. et cum receptus fuerit in
lecto suspendantur culcitre plure
diversorum colorum super lectum quousque
corrigatur uisus. De egritu
dinibus que accidunt pueris circa natiuitatem.
Sequitur de egritudinibus
que accidunt pueris circa nati
uitatem. deinde dixit .G. quod si den
tes nascuntur cito natiuitas eorum
erit leuior et minoris doloris. sed den
tes erunt debiles. et si tardauerit eorum
natiuitas erit dolor fortis. sed den
tes erunt fortes et duri. et si origo
eorum fuerit in uere nascuntur statim
et sine dolore. et ergo si fuerit in yeme
set gingiue non inflabuntur. et
si fuerit in estate accidet eis plu
rimus dolor. et accidet eis plurimum
in hoc tempore apostema in gingiuis. et ma
xillis. et glandule. et pruritus in
auriculis. et fluxus sanguinis
et ueneni. et forte accidet quibu
sdam febris. et fluxus uentris. a
ut constipatio. Et cura eius est
quando gingiua inflatur quod scalpa
tur parum cum digito. postea cum
oleo. aut pinguedine galline.
aut cerebro leporis. aut cum lac
te canis ungatur. et pone super ca
put pueri aquam in qua cocta
sit camomilla anetum. et pone
super mamillas emplastra dissolu
tiua. et si dolor augmentetur post
hoc aput originem. accipe ceram butyrum
tirum. oleum laurinum. misce to
tum et pone super locum. Vel accipe
butirum uacce. et medullam cru
ris eius et pone desuper. Et cum ap
paruerint capita dentium pone
super caput eius totum et collum lanam

mundam. et spargatur cotidie super
lanam aqua tepida. Et si accideret
fluxus uentris medicabimus cum
eis que diximus prius et similiter de con
stipatione. De uesicis que acci
dunt in ore puerorum.
Vesice que accidunt pu
eris in ore puerorum in prima etate
quando accidit ex corruptione lactis. vel ex
acumine. et illa uesicatio aut erit
nimis acuta. aut parum acuta. Signa
acute rubedo. et fortitudo doloris. et
fluxus saliue. et signum parum a
cute ut uesice declinent ad albedi
nem et sint parui doloris. et humor
qui descendit ad os sit simul. Cu
ra uesicarum acutarum est corrigere lac
nutricis cum cibo frigido et humido.
deinde mastica parum amidi di
stemperatum cum aqua rosarum et similiter pone.
et ponant in ore pueri aquam ma
cianorum. uel malorum granatorum. et cit
tanorum. et si acuitas fuerit nimis co
lerica. misce cum istis succum lactuca
rum. aut uue canine. Et cura ue
sicarum parui acuminis et declinan
tis ad albedinem est ut accipias in
mirram crocum ana et zuccarum du
plum. puluerizentur et mittantur.
Et si plage fuerint nigre aut pu
tride medicabeis cum medicinis
dictis in etatibus iuuenum.
Accidit pueris in De uomitu.
prima etate uomitus multis ex
causis. aut propter multitudinem lac
tis magis quam digerere possit. aut
propter humiditatem lactis. aut propter
corruptionem eius. et maxime si pu
er fuerit humidi uel debilis stomaci.
Et cura eius est quod uetes multitu
dinem lactis. et post considera
in uomitu si sentitur odor acetosus.
et fuerint in eo humores albi. accipe
olibani .vj. partem ʒ. et rute sicce .ij.

partes .ʒ. puluiza 7 mitte cum siru
po rosato 7 da puero. aut accipiat
nutrix parum cimini 7 parum su
mac 7 mastic. 7 ponat in ore pu
eri. aut detur puero sirupus ma
lorum granatorum cum menta. aut quod se
pe probaui. accipe ligni aloes .ʒ. s. 7
masticis .ʒ. s. galle .vj. partem .ʒ.
mole totum 7 confice cum siru
po ro. 7 modico algallie 7 da pu
ero antequam sugat lac. 7 pone super sto
machum hoc emplastrum. Rx. mastic.
aloes. acacie. galle. olibani. pani
usti ana. confice cum oleo ro. 7 pone
sup stom. est enim expertum ad uo
mitum et saluuatum puerorum. Et si
in uomitu non fuerit odor aceto
sus sed acutus 7 color declinet pa
rum ad acetum uel ruborem propina
puero parum de rob agreste uel ci
toniorum uel cectanorum aut de istis
trociscis. Trocisci ualentes ad
uomitum puerorum. Rx. rose. spo
dij ana .ʒ. iij. galle .ʒ. ij. seminis portu
lace. se. lapacij ana .ʒ. i. 7 s. cicatrice
conficiantur cum aqua rosata. uel
cum aqua mali granati ad pondus
unius ʒ. 7 da unum trociscum puero
cum sir. ro. et pone sup stomachum
istud emplastrum quod ualet uomitui
et fluxui uentris. Rx. farine or
dei. rubi unde. corticum mali
granati ana conficiantur cum aqua
ro. 7 pone super stom. De fluxu uen-

Sequitur de fluxu uentris. tris.
Multociens accidit eis fluxus uen
tris propter nationem dentium sicut di
ximus. uel propter frigus cum liga
tur puer. uel propter corruptionem
lactis ex colera. aut ex flatu. Et
signum colere est quod inuenitur in
egestione pueri citrinitas. aut
acumen. et quod egestio exit sine
mora. Et signum frigoris 7 flatus
est albedo in egestione et tortio in
uentre. et cum egerit nisi fleg
ma sit uiscosum exit statim. Et
cura eius ex colera est ut detur pu
ero sirupus rosa. uel macianorum uel
malorum granatorum cum menta. 7 accipiat
de spodio posito in aqua et detur
ad bibendum. aut accipiat fer
mentum dissolutum in aqua et co
la et mitte .vi. partem ʒ. spodij 7
iiij. partes ʒ. galle .ʒ. s. croci. et da
bibere. accipe semen lapacij 7 mo
le 7 misce cum uitello oui assa
ti 7 da puero. aut da ex hac me
dicina experta. Rx. seminis lapacij a
cuti. acini uuarum passarum usti ana
ʒ. iiij. glandes. se. papaueris albi.
ana ʒ. ij. croci. auri. iij. puluerizen
tur 7 detur ex eo puero cum rob
decoctionis uel sirupo ro. et pone
sup stom. emplastra stiptica. Et accipe
aquam decoctionis sumac 7 mala
xa cum farina ordei 7 farina mi
lij 7 suppone. Si cessauerit fluxus
bene. aut accipe acaciam 7 cerusa.
ana ʒ. i. opij octauam partem ʒ. for
ma licinium 7 suppone statim
cessabit fluxus. Si autem fuerit ex
frigore uel flatu detur puero .vi.
partes ʒ. galle cum succo cectanorum
uel detur iiij. par. ʒ. olibani. Em
plaustrum constipans uentrem ualet
stomachis puerorum. accipe ciminum
murram. ceram confice cum ui
no et pone desuper. De constipati

Sequitur de constipatione one natu
nature. Multociens accidit pue
ris constipatio. Et cura eius est.
ut des nutrici parum cucumeris a
sini. deinde in alia die lactet puerum.
aut accipe lactis de tit. 7 fac cerotum
cum oleo 7 pone desuper. aut accipe

mediam. ℥. storacis sorati. 7 te
re cum pinguedine tenui yrci
et fac licinium parvum 7 suppone.
Et si accidit puero durum tinsum
ut constipetur natura eius et alte
retur in calore et non potest vomere.
accipe sarcocolle. iij. partem unius ℥.
et da cum lacte matris eius. aut
fac clistere cum oleo violato.

De tussi.

Sequitur de tussi. Tus
sis accidit pueris in prima eta
te ex frigore. lingue enim eorum non
possunt claudere epiglotum. et sic
infrigidatur pectus et eius instru
menta. Et cura eius est cum eis
que sunt cibus et medicina.
isti enim non debent curari cum
forti vel vehementi medicina. sed cum hac.
accipe amigdalas dulces pista et
confice cum aqua feniculi et co
que cum ea. 7 zuccara puero sero
et mane. Aut accipe feniculi et
misce cum lacte et da. Et si cum
tussi fuerit asperitas 7 siccitas. ac
cipe semina citoniorum 7 remollei
aqua calida 7 extrahe eius visco
sitatem. coque cum penidiis et
oleo amigdalino et da. et si af
fuerit calor misce succum mali gra
nati dulcis.

Medicamen ad
tussim puerorum cum calore. R.
seminis papaveris albi. dragaganti ana
℥. ß. se. cucumeris ℥. ß. confice cum
aqua in qua cocte sint sebesten.

Aliud valens ad tussim puerorum.
passas sine arillis fac bullire
in vasis ferreis sed cave ne adu
rantur. postea remove ab igne
pista et misce cum eis tantidem
penidiorum 7 da puero mane et
sero ad modum nucis.

Aliud valens
ad tussim frigidam. accipe mirram 7
misce cum melle 7 oleo amigdalino
et zuccara. Et si accidit strictu
ra lienteria. accipe semen lini pista
et confice cum melle 7 da puero.
aut accipe se. bombacis 7 da puero
in vitello ovi assati. Et si cum tus
si fuerit fluxus ventris da siru
pum mirte cum lacte cocto. aut
coque dactilos cum carnibus in
lacte et zuccara.

De pruritu et vulneribus et vesicis.

Sequitur de pruri
tu 7 vulneribus 7 vesi
cis accidentibus pueris in coreis
ex acumine urine. Et quando accidit
diversa vulnera in corpore pueri
et causa est ex corruptione lactis
matris. vel ex corruptione lactis in
stomacho pueri. Ex illis autem ve
sicis quedam sunt albe. 7 quedam
rubee. quedam nigre. 7 quedam ve
hementioris doloris. et quedam non.
et si nigre fuerit cum febre mor
tem significat. Et cura generalis
earum est. ut primo incipias in cor
rectione lactis. 7 pone puerum
super caldarium aque calide ad at
trahendum superflua ad superficiem
cutis sive corporis. Et puero medicinas
ad expellendum superflua ab in
terioribus ad exteriora adhibeas.
sicut est decoctio dactilorum. aut ficu
um cum aqua feniculi. et cum intel
lexeris quod omnes superfluitates sunt
extra. balnea cotidie in aqua in
qua cocta sunt folia rosarum 7 mirte et
hu. cum autem puer exierit ab aqua
ungatur cum oleo rosarum. 7 si vulnera
fuerint sicca cum oleo violarum. Et si
fuerint humida ex multitudi
ne venenum pone desuper cerusam
mixtam cum cera 7 oleo rosarum. Et
si affuerit pruritus 7 puer fuerit ultra
sex menses. balnea ipsum post cum aqua
in qua decocte sint viole sicce. et

ordeum excorticati. maluauisc(us)
(et) folia cucurbite. (et) si no(n) ungo(ue)s ali
o unguento. et da nutrici fumi terre
sucu(m) cum mirobol. cit. (et) abstine
at nutrix ab o(mn)ib(us) reb(us) dulcib(us) (et)
salsis et adurentib(us) sanguine(m).
Et si acciderint in crura alia uul
nera ex urina po(n)e p(ost) balneum
amide ul(t) spodium. aut alcan(a)r
erio. puluerizatis (et) mixtis (et) fa
rinam ordei. **De lumbricis.**

Sequitur de lumbricis. Non opor
tet nos pueris dare medicinas
ad potandum c(ontra) ha(n)c passionem
s(ed) eligem(us) ex eis que apponunt(ur)
extra. Medicinam extrahens
lumbricos ab intestinis. accipe
ciminu(m) pista cum felle tauri re
centis et pone sup(er) umbilicum.
Aliud acc(ipe). lupinos asinus. i. ali
pibi. (et) baucas lauri an(a) confici
antur cu(m) felle tauri recenti. et
da ei cotidie ad bibendu(m) aqua(m)
sebesten. aut olim oliue aut co
medat amigdalas dulces.

De eminentia umbilici. R(ubrica).

De eminentia umbilici pueri.
accidit hoc pueris q(ui) multum
plangu(n)t ul(t) uociferant. aut ex
tussi magna. (et) forte accid(it) ex ca
su ul(t) percussio(n)e. Et cura ei(us) est ut
accipias lupinos et petias pa(n)ni
lini et combure et confice cu(m)
uino (et) me(m)pone stupis et pone
sup(er) umbilicum. Et si fueri(n)t fle
xibilis cauterizabis in circuitu
umbilici no(n) in loco flexibili p(ro)p(ter)
tenuitatem cutis. Et si indigu
eris fortiorib(us) me(dicinis). pone quas di
cemus in tractatu crepature.

Iam diximus su(p)erius. **De crepatura.**
perius quot modis accid(it) crepatu(ra)
set modo no(n) indigemus n(is)i me(dicinis)
pueris necessariis. Emplastrum uale(n)s
crepature puero(rum). R(ecipe). aluminis
. xv. aur(ei). galle. ii. aur(ei). (et) co(n)ficiant(ur)
cum uino quousq(ue) inspissentur
(et) pone sup(er) locum. (et) suppone spo(n)
giam in aceto intinctam mixto
cum aqua. (et) cum ceciderit repone
aliud. Aliud breue. ponat(ur) sup(er)
aliquem pannu(m) glutinum de coriu(m)
(et) sup(er) locum ponatur. (et) permittat(ur)
quousq(ue) adhereat. et si ceciderit
aliud reponatur. **De lapide.**

Sequitur de lapide qui generatur
in uesica pueri. Et signum eius
est stranguria et magnus dolor
et tenuitas urine. (et) pruritus in
uirga. (et) forte erit uirga semper
erecta. Et cura eius est ut balne
es puerum in aqua calida coti
die (et) da ex ista medicina. Medi
camen prouocans urina(m) (et) frangit
lapide(m). R(ecipe). olibani. uueben radix
est cuiusdam herbe. an(a) conficiant(ur)
cum melle. (et) detur ad modum a
uellane mane (et) sero. Medica
men expertum ad grauitatem la
pidis et difficultatem urine. acc(ipe).
. vi. nuces uirides (et) pista cum cor
tice exteriori. (et) accipe manipulum
unu(m) po(r)ro(rum) no(n) loto(rum). et ex utroq(ue)
extrahe sucum (et) mitte in uase
uitreo. (et) colatum da puero om(n)i
mane. vii. dieb(us). et q(ua)n(do) leuis co(n)mi
tum unge uirgam et testiculos
cum oleo antiq(uo) aut oleo de ben.

De relaxatione membro(rum).

Relaxatio accidit pueris. aut in
uno me(m)bro aut in toto corpore
q(uo)d p(ro)hibeat ip(su)m ab ambulatio(n)e
et motu. Et prouenit p(ro)p(ter) humo
rem uiscosum relaxantem ner
uos. Et cura ei(us) est si non fuerit
naturalis. ut des nutrici sirup(um)

fan ex medicinis subtilibus. et
sit eius cibus siccis uelut resic
cate. nec comedat lac. nec carnes
duras nec pisces. nec uinum lim
phatum. et antequam lactetur puer
ponatur in balneo. et inunge
eius iuncturas cum oleo de costo.
vel oleo castorei. et utatur isto elec
tuario cotidie. Electuarium quod
composuit G. cuidam puero qui
paciebatur spasmum in toto cor
pore. Recipe mentastri. ro. cinamomi.
masticis. fu. meu. ameos. doroni
ci. zedoar. gariofil. ana aur. i. sandal.
ligni aloes ana ʒ. i. musci ʒ. s. vn
ge omnes medicinas balsamo.
et confice cum melle. et da coti
die quantitatem partis ʒ. vel ʒ. s. Et
Et si spasmus fuerit in toto cor
pore pone super spondile dorsi em
plaustrum euforbii quod sic fit.
accipe cere ℥. i. euforbii ʒ. i. oleum
quod sufficit et confice.

Pulvis rasis optimus contra ven
tositatem. Recipe garioful. macis
ana ℥. i. cinamomi ʒʒ. zedoar. ma
cropiperis. carpobalsami. carui. a
nisi. feniculi. ana ʒ. ii. cimini. sq
nanti ʒ. i. zuccari quantum de omnibus.
Pulvis optimus ad con
fortandum visum. Recipe folia be
tonice. rute. celidonie. frage. eu
fragie. leuistici. pulegii. folii.
anisi. cinamomi. ana ℥. s. ʒʒ. car
damonii. feniculi. petrosil. ysopi.
origani. silis montani. ana ʒ. ii.
galange ʒ. v. zuccari ℥. ii.
Pulvis avic. optimus ad corrosi
onem gingivarum. Recipe sumach. et
balaustiarum non perforatarum. et balausti
ari. et aluminis omnium ana ʒ. ii.
teran et fiat ex eis dentifricium.
Similiter nota. quod oximel sequitur;
mirabiliter valet primo lavando
cum oximelle postea pulverizet super
ponendo.
Pulvis valens contra eruptione
sanguinis ex matrice. Recipe rosarum
siccarum. lentium excorticatarum. balau
stiarum. sumach. corticum glandium.
sanguinis draconis. cartule bom
bicine combuste omnium ana ʒ. ii.
aloe. thuris ʒ. i. bibantur cum vi
no stiptico. vel supponantur cum
lana. vel in emplaustretur super locum.
Pulvis de speciebus optimus
ad frigidum stomachum. Recipe zinziberis
cinamomi. anisi. ana ℥. ii. cardamo
nii ℥. i. gariof. nucis muscate. ana
℥. s. folii. mac. ana ʒ. ii. cum medi
etate istius pulvis tantum de piperis
ponatur. cum alia vero medietate
℥. i. et s. zuccari dum. et illo qui est cum
pipere utatur super cibos. eo vero cum
zuccaro utitur et ante cibum et post cum
aqua calida. vel vino. vel etiam
cum pane.
Pulvis avic. valens ad vesicam
in oculo provenientis ex corrupti
one uvee tunice. Recipe antimonii
adusti abluti ʒ. x. cadmie. et thu
tie aduste ablute ana ʒ. v. plumbi
adusti et sarcocolle ʒ. iii. ceruse ʒ.
ii. gummi arabici. gallarum ana ʒ. i. fi
at pulvis subtilissimus. et im
ponatur oculo mane et sero.
Pillule lenes que valent ad tussim
per humiditatem existentem in pec
tore. Recipe amidi. dragaganti. gummi a
rabici. succi liquiricie. farine fa
barum ana equaliter conficiantur cum
sirupo acetoso.
Pillule valentes ad restringendum
catarrum. Recipe amidi. draganti.

amigdalarum dulcium excortica
tarum. fabarum excorticatarum. seminis
papaueris et corticis eius. gummi a
rabice. et boli armeni. omnium ana
ʒ. ij. conficiantur cum mucillagi
ne seminum citoniorum.

Pulvis adamenti ualens pacienti
arsuram in urina. et excoriati
onem in renibus. uel uesica. uirr
ga. ℞. seminis cucumeris. cucurbi
te. citrul. melonum. portulace. gu
me. seminis malue. et papaueris. ana
ʒ. v. lactuce. amidi. viol. spodij.
boli. ana ʒ. iij. fac puluerem cum mi
sce ʒ. x. psillij non triti. zucari ʒ.
xx. dabis ʒ. v. cum aqua frigi
da uel iulap.

Pulvis de ferugine ualens contra
opilationem et duriciem splenis
℞. anisi ʒ. ij. cardamonij feni
culi ʒ ana ʒ. i. spice nardi. croci.
basiliconis. carui. apij. petrosi
lini ana ʒ. s. ferruginis lote ad
pondus omnium. vtatur paciens
hoc puluere.

Sirupus ualens defecto stomacho
et opilationibus splenis et epatis.
℞. radicis marathri. endiuie. api
i. ana ʒ. xx. liquiritie. squinanti. cus
cute. absinthij. rose. ana ʒ. x. ca
pilli ueneris. boraginis. seminis
endiuie. marathri. anisi. eupatorij.
ana ʒ. v. reubarbari. mastic. ana ʒ.
iij. spice assari. folij. ana ʒ. ij. co
que et adde quinque libras zucari.
et fac sirupum.

Trocisci ad idem. ℞. rosarum. berberis.
ana ʒ. vi. reubarbari. spodij. absi
nthij. cuscute. ana ʒ. iiij. lacce. liq
uiricie. mastic. squinanti. ana ʒ. iij.
endiuie. seminis marat. anisi. spi
ce. suci eupatorij. aristol. longe.
cardamonij. gariof. croci. asari.

apij. seminis costi. cucumeris. cuc
urbite ana ʒ. i. tempera cum suco endiuie.

Emplaustrum con
stantini quod ualet ad duriciem
splenis mirabiliter. ℞. armoniaci
bdelij. thuris. mirre. ana ʒ. i. pone
in aceto per noctem uel diem. postmo
dum addas farinam fenugreci.
et sinapi et ordei et fac emplaustrum
et superpone.

Unguentum ualens ad idem quod
est rasis. ℞. foliorum rute ʒ. x. bau
rach ʒ. iij. calamenti sicci ʒ. iij. amo
niaci ʒ. vij. armoniacum dissolua
tur cum forti aceto postmodum ad
datur oleum camomillinum et ali
quantula cera. et fiat inde ungentum.

Medicamen. G. ualens
ad idem. ℞. capparis ʒ. xx. aristo
logie rotunde ʒ. x. marubij ʒ. x. sco
lopendrie aur. xvj. conficiantur cum
aceto et fiant trocisci duarum drag
marum. detur unus cum decoctione tama
risci. et gariofilorum. eupatorij.

Sirupus ualens contra duriciem
splenis. ℞. feniculi. apij. cicoree.
eupatorij. scolopendrie. tamari
sci. folia salicis. semina frigida
semen portulace. semen scariole. cus
cute. absinthij. patium asari. ber
beris. calamenti. vuam passam. et
coquantur cum aqua ferariorum et ad
medietatem aque adde acetum.
et cum duabus libris zuccari fiat
sirupus.

Sirupus ualens contra opilationem
splenis et epatis. ℞. herbas frigidas.
semina frigida. vuam passam. rosas.
sandalos albos et rubeos. semen portu
lace et endiuie. berberis. tamarisci.
eupatorij. calamenti. spice celtice.
uiole. et prune. amigdalas dulces.
folia salicis. agni casti. hec omnia

bulliant in aqua in qua ferrarii
extinguunt sua feramenta. et addi
to zucco fiat sirupus.
Sirupus ualens contra ptisim. ℞.
ordei mundati. rosarum. uiolarum. draga
ti. gummi arabici. seminis citoni
orum. seminis malue. papaueris albi. liq
ricie. suci liquiricie. seminis bombacis.
sebesten. vue passe ad quantitatem
istorum. addatur zucaro et fiat sirupus.
Sirupus ualens contra
tussim ex asperitate pectoris. ℞. ca
pilli ueneris manipulum .i. uiolarum.
vue passe. ficus. liquiricie. suci
liquiricie. ordei mundati. amidi.
amigdalarum. seminis malue. dragaganti.
omnium ana. zucari quod sufficit et
fiat sirupus.
Pillule Johannis damasceni que ualent ad
idem. ℞. suci liquiricie. amidi. dra
ganti. amigdalarum mundatarum. gum
mi arabici omnium ana partes equa
les. zucari albi quantum est medie
tas eorum. terantur et conficiantur
cum mucillagine seminis citoni
orum et fiant pillule et teneantur in
ore die et nocte.
Trocisci Johannis damasceni qui ualent
ad ethicam cum solone nature. ℞.
boli armenici ʒ. v. castanearum assata
rum ʒ. iiij. spodii ʒ. iij. seminis
acetose excorticati assati. ℞ seminis
plantaginis ʒ. vj. rosarum ʒ. iiij. ber
beris ʒ. vj. camphore ʒ. vi. terantur
et cribellentur et conficiantur cum
aqua citoniorum. aut aqua malo
rum. et fiant trocisci.
Trocisci .G. contra cotidianam fe
brem. ℞. rosarum. spodii. eupatorii.
seminis cuscute. berberis. semini
endiuie. omnium ana ʒ. iiij. xilo
aloes. draganti. absinthii. anisi.
doronici. loco cuius tamen gariofilorum et
medietas ana ʒ. i. terantur et con
ficiantur cum aqua calida et propinentur
tur cum sirupo acetoso.
Trocisci .G. ad tercianam commixtam.
℞. rosarum ʒ. ix. spodii ʒ. v. amidi
ʒ. iij. draganti ʒ. ij. croci dantur ij.
.i. pondus .xij. granorum ordei. tera
tur et conficiantur cum aqua tro
cisci ʒ. unius et detur cum sirupo
acetoso et aqua calida.
Electuarium contra distemperantias
stomachi. epatis. renum. et uesice. constrictum
fluxum soluit intraneorum omnium; uen
tositates mire excludit. et instruit
impatiens. ℞. gariofilorum. cinamomi. ga
lange. croci. spice. zinziberis. liqui
ricie. anisi. feniculi. omnium ana ʒ. iiij.
mastice. rosarum ana ʒ. iij. ligni aloes.
xilobalsami. api. asari. macropi
peris. melanopiperis. carui. carpo
balsami ana ʒ. ij. macis. folii. nu
cis muscate. zedoarie. calami. aro
matici. costi. squinanti. piretri. cu
bebe. calamenti. tymbre .i. saturegie.
armoniaci. cardamonii. ameos. ci
mini. apii. ana ʒ. i. mellis quod sufficit.
datur in modum auelane cum uino.
uel sine uino comedere.
Confectio Rasis que mirabiliter ua
let in dolore costarum et intestinorum
uentoso. ℞. nuce sicce ʒ. x. ameos.
ciminii. nigelle. seminis leuistici. ori
gani. carui. petrosilini. amigda
larum amararum. piperis. calamenti. ma
cropiperis. dauci. acori. omnium ana
ʒ. ij. baccarum lauri. castorei. serapi
ni. omnium ana ʒ. iiij. opoponacis ʒ.
iij. conficiantur cum melle. de qua su
matur quantitas auellane cum uino
ueteri calefacto.
Maccharix Johannis damasceni ualens
ad asma mirabiliter. ℞. squille as
sate ʒ. iij. radicis lilii ʒ. ij. prassii ʒ. i.

ysopi sicce ʒ. i. mirre 7 croci. ana ʒ. ss. terantur 7 cribellentur
et conficiantur cum melle. Nota
quod pulmo vulpinus siccatus 7
pulverizatus et bibitus mirabi
liter valet.

Emplaustrum valens ad siccitatem sto
machi. Rx. fenugreci. seminis lini. vio
lar. camomille. malvavisci omni
ana ℈. i. masticis ʒ. ii. spice. api.
ana ʒ. i. pulveriza pulverizanda 7
contunde herbas 7 omnibus mixtis
cum oleo camomillino fac emplau
strum et suppone stomaco.

Diambra letificans. appetitum pro
vocans. digestionem parat. lumbos
et renes confortat. sensum 7 men
tem acuit. illaritatem 7 iocundi
tatem prestat. Rx. ligni aloes. gar
ofilorum. nucis muscate. macis. fo
lii. cardamonii ʒʒ. ana ʒ. iii. cina
momi. ambre. ana ʒ. ii. conficiantur
tur cum sirupo.

Unguentum ad nervorum contractiones
et dolores. Rx. cere ℈. xxiiii. butiri
℈. ii. vitella ovorum vii. colofonie.
armoniaci. amborum ℈. iii. masticis
℈. iii. seminis lini. libani. adipis ansc
rum. omnium trium ℈. ii. confice
sic. oleum cum semine lini aliquan
tulum coque. deinde vitella adde
sic ceram post butirum. et gummas
et adipem. et adultimum ceterorum
pulverem et bene commixtum. et
sic usui reserva.

Unguentum valens ad minctum sangui
nis. Rx. acacie ℈. i. draganti ℈. ss.
amidi ℈. ss. tempera cum oleo rosato
et aqua 7 fac unguentum ad modum
mellis. Item ad idem. valent trocisci
qui sunt in viatico in capitulo
de minctu sanguinis.

Unguentum ad tumores corrupti.

et omnium rubrorum. Rx. cimarum sam
buci. verbene. amborum ana fasciculos
binos. brachei .i. savine. herbe sancte
marie. amborum fasciculos singulos.
cimarum rubi fasciculum medium
tere ℈. iii. masticis. thuris. sepi.
omnium ana ℈. i. colofonie ʒ. ii. o
lei quantum sufficit. confice sic. herbas
tritas in oleo coque et cola. deinde
ceram 7 sepum adde 7 liquefactis
sic pulverem admisce. et coagu
latum conde 7 usui reserva.

Oximel iuliani valens contra
omnem dolorem artetici. Rx. folii rute
℈. iii. viticis ℈. i. origani ℈. iii. thi
mi ℈. iiii. aneti ℈. i. ss. radicem man
dragore ℈. i. ss. agarici ℈. ii. terre
pinguis .i. coconidii ℈. iiii. elac
terides ℈. iii. alipiados .i. laureole
℈. iii. polipodii ℈. ii. folii ℈. i. squille
interioris ℈. iii. costi. spice nar.
reupontici. ana ℈. i. ebuli cinis ℈.
iii. asari ℈. i. fu ℈. i. sinapi quod est
sambuci cortex medianus ana ℈.
iii. pulegii ℈. iii. epithimi ℈. ii.
acori ℈. iii. amomi yperic. cimi
ni. ana ℈. i. anisi ℈. ii. confice sic.
elacterides. costum 7 coconidium
et reuponticum. amomum spicam
nardi. teres diligenter. ceteras autem
herbas infunde in aceto per dies iii.
7 sic postea coques. 7 herbis eiectis
adde mel quod sufficit 7 coques ad
spissitudinem mellis. postmodum pre
dictum pulverem admisceas. do
sis autem perfecta ℈. i.

Unguentum valens ad guttam. Rx.
mirre. storacis. castorei. ana partes
equales. fiat unguentum cum
oleo camomelino.

Pulvis autem qui purgat flegma su
aviter et sine molestia. Rx. tur
bit partes duas. zinziberis partem

unam zuccari albi ad pond' illoz.
dz.ij. uł.iij. i mane cum aqua
calida.

Unguentu aure. ualens ad prurī
tum testiculoz. ℞. ceruse de plum
bo ʒ.viij. sulfuris incombusti ʒ.
duas. stafisagrie. ʒ.i. terantur
et conficiantur cum aceto.

Collirium ad dolorem aurium sine
capitie. et surditatem et tinitum.
℞. castorei. mirre. salis nitri. ʒ.i.
ellebori albi ʒ.s. croci. quarti. ʒ.
fiat puluis qui buliat cum suco
capitum poroz. 7 uini cepe 7 aceti.
coletur 7 refuetur. et auribus te
pidum imponatur.

Unguentum aure. ualens ad scro
fulas 7 glādulas. ℞. sinapis. se
minis vrtice. sulfuris. spume i
maris. aristol'ro. bdelium. āmo
niacum aā equalit'. addant' cera
et oleum. 7 fiat ungm̄.

Incip' tractat' de v'tute uisibili. &c.

Uirtus uisibilis et mātia spiri
tus uisibilis pēnetrat ad pu
pillam oculi p uiam duoz nē
uoz cōcauoz qui dicunt' obtici.
Cum ḡ sps ad pupillam uenīt
et pupilla calefit confortatur
et dilatatur ex ipsius motu pre
cipue. Que si aliq' oclo clauso sps
illius cōfluunt ad reliquū. sic
enī sps duplicatus in illo pupil
lam ualde dilatat. et in sua ope
ratione efficitur fortior. Dum
aūt sic se hēt oculus qui libere
recipit influenciam sps uisibi
lis sanus est 7 bn̄ disposit' scdm
complonem et compositōez su
am. si ab alius īmutetur compo
sitio 7 complexio uariat. Signa
complonis oculi conuenientis et
disconuenientis ex octo cognoscū
tur canonibꝫ. ex tactu quidē scdm
qd calidi uł frigidi sentiunt'. ex
uenis siquidem appibiles si sint
humore ebuliente replentur. ali
oquin nō. aut si sint grosse aut
ample. Ex figura quidē. figura
debet ēē rotunda. in suphicie pla
na qd si nō fit malum ē. ex ope
rationibꝫ nō quia si oculi uelocit'
mobiles calidi cognoscunt'. alio
quin nō. uł si ex uisu uł opatōe
uidendi. Quidam enī oculi scdm
naturam rem ppe positam maio
rem uident. tamen quidā uident
de ppe qdā de longe. quidam eōs.
De ppe uidentes spm paruum ha
bent sanū tn̄ clarum q non suffi
cit se extendere ad longinquum.
Qui uō de longe spm hnt multū
set nō subtilem. s; perturbatum 7
grossum 7 humidum. unde longo
indigent interuallo ad sui depuā
tionem. ut grossi uapores depū
gentur 7 separentur. De quantita
te aūt 7 colore 7 ceteris in tegni
.G. sufficient' declarat. Ut ergo di
spositio naturalis oculi cōsuetū.
oportet cauere a fumo. puluere
et aere qui egreditur equalitatē
ex pte frigitatis uł claritatis. uel
a uentis et uaporibꝫ uenenosis.
nec assidue rem unā intueri. ca
ueat a fletu. 7 ab inspectione sub
tilium. 7 a coitu nimio. uł dormi
tione. caueat uigilias multas 7
motum supfluum. 7 ab ebrietate.
et supflua repletiōe. 7 cibi' fumo
sis. ut st' alea porrus. 7 legumina
duriora. Ex aliquibꝫ enī istoz uł
omnibꝫ nō obseruatis diuise ioclo
puenniunt passiones scdm diuersa
loca. aut enī in coniunctiua. aut

cornea. aut uuea tunica. aut int
unam tunicam et cristallinum
humorem. aut in angulis oculorum.
aut in palpebris. aut in uenis a
ut neruis sensibilibus aut moti
uis. Passiones quae sunt diuise.
ut obtalmia. scabies. pruritus.
rubor. tela. pannus. ungula. ma
cula. siue cataracta. Inter ista po
agit auctor de obtalmia. Obtal
mia autem quedam uera quedam
non uera. set similis est ei et appel
latur turbatio oculi. calefit enim
oculum et humiditate replet. Sed
obtalmia uera generatur aut ex
causis extrinsecis primitiuis superdictis
sicut est puluis. fumus. et aer intem
peratus. et uentus procellosus et
percussio siue uiolenta commotio que
aliquando leuis est et sic cause p
rimitiue coniuncta. et ideo remo
uetur sua causa remota. possibile
tamen est quod propter fortem impulsio
nem in obtalmiam permutetur ue
ram. sicut emplwmeram impetigi
nem et alie egritudines in alias.
Si quando permutatur in obtalmiam
ueram arabice alfabein nuncu
patur. hec ergo obtalmia uera
aliquando est in sola coniunctiua. a
liquando penetrat ad corneam. aliquando
totum cohopiens oculum pupil
lam occultat. fit autem de sangui
ne. colera. melancolia et flegmate. et de uento
sitate sicut cetera apostemata. Item ge
neratur obtalmia aliquando secundum ma
teriam ratione humores a capite ad
oculos descendentes. aliquando ex hu
moribus defluentibus a membris
inferioribus ut a stomaco et a ceteris
ascendentibus. Item quedam obtal
mia passiones habet et eius generatio
est secundum pyodos. cessat autem et postea

redit quod est quia fumi aliquando pe
tunt oculos aliquando non. Diuersifica
tur enim obtalmia propter humorem
mordicantem. aut corrodentem. aut
extendentem. aut propter percussionem et
maleationem. Mordicatio autem atte
statur humori corrupto. Corrosio
autem colere attestatur. Extensio mul
to humori frigido. Et maleatio et
percussio uentositati. Sciendum tamen
quod obtalmia multiplicatur in re
gione meridionali. in tempore austra
li et post balnea calida. Sed tamen talis
obtalmia uelocius curatur quia signi
ficat humoris raritatem et mobilita
tem. In regione uero septentrio
nali et partibus similibus tardius eue
nit. et tanto difficilius curatur ut
dictum est supra de spasmo iuue
num et puerorum. Ex hoc patet quod ob
talmia cum multa effusione la
crimarum uelocius curatur quam ea que est
constricta a qua uix nichil effluit.
Constricta quidem et constipata significat
humores grossos duros compactos
quos oportet primo resolui in sub
tiles partes et fluidos humores. de
inde uero coartari et inspissari. Dum
enim in fusione lacrimarum et humorum
ab oculo multa est liquiditas et ad
huc dura principium obtalmie.
set dum incipiunt augmentari est
augmentum. et inspissari uero et co
agulari statum significat. quod non re
stat nisi declinatio ut oculi mun
dificentur. Iste quando fluxus ad
oculos aliquando est per uelamen extrin
secum quod est supra craneum. et est
aliquando per extrinsecum et a uenis que
sunt sub craneo. Fluxum ergo et
reumam a uellamine exteriori et
a uenis supra craneum significant
uenarum exteriorum extensio et plenitudo

tudo. et grauitas palpebrarum ⁊ ru
bedo in fronte ⁊ pulsatio. huius
cura facilior est ⁊ in hac solum p
sunt strictoria supra frontem.
Fluxum autem a uelamine extrinse
co signat stiuitatio ⁊ pruritus in
naso ⁊ palato interius. Iste est flu
xus magis latet ⁊ illius cura ual
de difficilis est. Deinceps uero ue
niamus ad signa humorum facien
tium obtalmiam discretam. Si uero
adsit sanguis ista quidem uaticinatio
satis exponit. In curatione igitur huius
passionis in primo attendendum
utrum sit a causa extriori primitiua
et si adhuc sufficit cause abscisio
ad quod multum prodest sedatio mo
tus ⁊ distillatio lactis mulieris
cum albugine oui. Si autem sit ex
percussione instilletur sanguis co
lumbinus ⁊ yrundinis. Ad san
guinis colecti resolutionem ⁊ quin
sufficiet euaporatio cum aspongia
uel lana succida ⁊ oleo rosa. tepido
inuncta. Si autem sit ex multo fri
gore prodest balneum uel stupi uel
uinum subtile. decoctio fenugreci et
camomille. Collirium autem ge
nerale contra arsuram oculorum. contra punc
tiones. mordicationes. rubores ⁊
inuisiones palpebrarum. Recipe thuris
masticis. dragaganti albi. gummi a
rabici. amidi. thucie. rose subti
lissime puluerizate distemperentur
cum aqua rosata et lacte mulie
ris. demum bambace intincto o
culis supponatur. Item ad cla
rificandum uisum in omni causa
de opillatione uel cohoptura pupil
le ualet istud. Recipe mirre. aloe. oli
bani. masticis. sarcocolle. castorei.
et croci. yreos ana. ista puluerizen
tur. in uino albo claro ⁊ distem
perentur deinde in angulis oculorum
distillentur. In cura uero obtal
mie uere attendendum est ab initio u
trum sit a proprio initio membri uel ini
tio altius. Si a proprio initio membri
sufficit intendere ad curam illius.
Si autem initio altius membra man
dantis primo succurrendum est man
danti ⁊ post illi cui mandatur. ⁊ hoc
est generale in omnibus secundum naturalem
operationem. deinde considerandum est
humor unde fit obtalmia. et secundum
naturam illius humoris ab ipso prin
cipio ponenda sunt repercussiua. sicut
album collirium uel roseum que
ponit auctor in littera lenia. ⁊ deinde se
quatur euacuatio conueniens hu
moris materia interim digesta. Lenia
autem ponantur sicut album collin
ium uel rosaceum quod ponit auctor. sed
magis conuenit album in principio
et roseum in augmento. Item acci
piatur succus plantaginis cum aqua
ro. ⁊ leuiter instilletur. uel psillium
instilletur in aqua ro. uel rose coc
te desuper ponantur. uel lentigo aqua
cum farina ordei. Item scias quod generalis
cura apostematum primo repercussiua et
dissolutiua exigit ⁊ maturatiua.
In apostemate tamen oculorum maturatiua
non debent poni. ⁊ precipue in causa
colica que uelociter ⁊ mordinate
mouetur. Purgato igitur corpore
fiat collirium quod potenter oculum mun
dificat uno die ut asserit G. in li
bro oculorum. Recipe antimonij. acacie.
dragagantis. ana grana .xl.
Recipe ℥ .viij. eris usti loti ℥ .xxj. cer
use ℥ .xxj. mirre ℥ .vj. litij ℥ .ij.
atramenti ℥ .iiij. conficiantur cum
aqua ro. ⁊ albugine oui. hoc ualet
contra pannum et maculam.
Dico quod ex quolibet humore in

oculo apa calidu gnatur cu in
tra pelliculas oculi coartetur um
fortem generat dolorem um ca
lefit locus ppt uehementez mo
tum spiritum um consequitu hu
moris putrefacto. Sciendum
e aut qd in nulla passione ocu
lor faciendum e balneum uel
stupa nisi cessante reumate ul
uniuersali purgatione du corpus
nectere habeat euacuari. et tunc ca
uendum e ne balnea sint mul
tum calida ul post repletionem.
vn dicit auic. Cum corpus est p
fecte mudificatum et pprie in fi
ne obtalmie balneatio ualet in
subtiliando materiam. De ma
culis o
Cum plurime oculis acci
dant passiones. g tn in culor.
hoc breuiario no describit nisi
frequentiores de quibus ad presens
intendimus. P pannos in hoc capi
tulo intendunt omnes oculi co
hopture sicut est macula. pannus.
vngula. P albugines uo inten
dit quoscumque humores grossos
int tunicas oculor inuiscatos.
Fiunt aut oia ista ex reumate
ad oculos ueniente. ul ex imuta
tiua oculi et nutritiua et sua opera
tione deficiente. Albugo g
est ex flate uiscoso grosso non
dum in essentia tunice coagula
to. Alia uo quatuor in cuticula
indurata. Fiunt g ista aliqn
do ex reumate nulla alia passi
one interueniente sicut ex reuma
te pot fieri pannus l albugo l
quelibet aliar. qnq3 uero obtal
mia mediante un aliqn do tali
est regressius. Ex reumate ma
le curato fungit obtalmia. ma
le supueniunt tela ul albugo ex
tela indurata pann. et ex panno co
densato ungula. exeunte ungu
la corrumpitur uisus. Talia g
qnto sunt pfundiora et magis ad
cristallinum accedentia. tanto
difficilius curabilia. quanto uo
a summo posita tanto leuius cura.
qn sut in sola coniunctiua d facili
curantur. Quato uo ad alias se
extendut tanto deteriora. Item
quato sunt recenciora tanto ad
curandu faciliora. qnto ueteri
ora tanto difficilius curantur.
Ite int ipsa e ordo qm albugo fa
cilius curatur q macula. et sic
de aliis p ordinem. Etas etia
et uirtus sut attendenda. qa in
pueris et humidis citius cura
tur. in senioribus difficilius. uel
nunq. ut dcm est sup d obtalmi
a cum particularibus contrariis.
Hec aut quidam hnt coe in cu
rando qm in omnibus ab initio re
pletio si adest p euacuationem e
diminuenda. et caput sufficien
ter e mudificandum. Item il
lud locale omnibus e conueniens qm
quilibet est mudificand et ma
turand et digerend cu balneis
euaporationibus aquar calidarum.
Cura. coquatur g in aq mellilo
tum. cannomilla. et folia caulium.
et apertus ocul fumus recipiatur.
vl sic palea ordei. bleta. liquiricia.
ysopus decoquantur et idem fiat.
et hec sic conuenit uinus. In albu
gine uo dum e recens et subtilis
sufficit instillare succi centumce
linodii. ul papauis. folior ru
te. ul terratur cortex sgie dista
peretur cu suco v bene postea co
lentur et distillentur. In albugi
ne uo grossiore pmo fiant ista

deinde supponatur

78

cerule supponatur. pulvis zuccare
vel sal gemme. vel pulvis teste ovi
combuste. Que valet contra fluxum
sanguinis a naribus si insuffletur
vel supponatur. pulvis iste. R. sarco
collam. spumam maris. nitri.
aristol. ana. Ad miliam vero et
ad ceteras que sunt diuturniora post e
vaporationes dictas instillet lac
femine cum aqua decoctionis fenu
greci quod valde remollit. Vel intin
gatur stuppa cum rapina in predicta
decoctione calida. et clausis palpe
bris super oculum ligetur. vel lana
sucida. et studeamus ad removen
dum. Decoctio salsifrage et pi
pinelle ad hec valet. post remolli
tionem vero pulveribus et collirus est u
tendum incisivis et consumptivus.
Itemque propositum est balsamus in
stillatus. vel pauperibus fel anima
lium de rapina viventium. sicut aquile.
falconis. et aleatis accipitris et
huiusmodi. Item fiat pulvis utilissimus
ad supradicta. R. muse tumbe quod est
spuma vitri. spume marine. sce
coris lacte maioris. nitri et zucca
rum equales. Ista aspergantur cum aqua
in qua decocta sint acetosa celido
nia. et semper ad umbram exsiccentur.
et iterum aspergantur cum eadem aqua.
hoc fiet quinquies vel sexies omnia
terantur. et pulvis iste supra telam vel
maculam vel pannum ponatur vel super que
cumque sanguis exsiccatum. Nec oportet
nisi generat dolorem. et mirabiliter con
sumit. Et ad hoc valet cornu cer
vinum combustum. et rudinis cum at
tramento. hec sunt securiora quam dicta
fiant si quidem ea que dicuntur. Caveas
tamen ne localia interponas nisi suffi
cienter reumate restricto. quoniam talia
reuma magis augmentarent. restri

gitur cum evaporatione aceti sola. vel
aliter. Decoquitur cetera terrestris. rosa.
et absinthium. et parum thuris cum ace
to et aqua in olla fortiter constipata
et fumus recipiatur. In frigido reu
mate oculorum confert odorare nigel
lam terrestrem. vel laudanum. vel pomum
ambre. vel plurimum thus decoctum
in pomo excavato. Strictorium tamen sup
frontem non permittat ad ponendum.
Oculi litis id est luminosi vel lucidi ab
effectu quoniam visum clarificat. fit quo
que de floribus caprifolii et eius fructu
ut si quantitas una florum et fructuum
coquitur in dimidio sextario aque usque
ad consumptionem medietatis. deinde
colatur postea coquitur usque ad spissi
tudinem. et ultimo ponantur ʒ. ij. aloe
sucotrini et duo fellicula anima
lium vivencium de rapina mirabiliter
valet. De pustula sive crustula.
Ad hoc capitulum possunt reduci mul
te alie passiones oculorum ut sunt ulce
ra oculorum. rupturam pellicularum. punc
tum sanguinum rubei vel nigri vel
alterius coloris rubor. Crustula
est sanguis circa coniunctivam aggre
gatus. Ulcera sunt vii generum secundum
serapion et avicenna iiij. in superficie cor
nee. Quarum prima est similis fumo qui
est de pinguis ventositate. Secunda est ne
bulosa. Tercia est cornealis. Quar
ta est limosa ut flosculus liti. Alie
sunt profundiores unee tunice pro
miores. Rupture cornee a per
cussione vel a casu. vel repletione sanguinis
vel acuminis unum corrodit tunicam
oculorum. Pruritus vel punctus san
guinis est quasi gutta humoris in aliqua
parte oculi apparentis. et provenit ex apo
stemate male curato. vel motu. vel
clamore. vel sanguinis fervore vel per
cussione. Rubor est sanguinis sub

tilis poculum dispsius. Ista con
ueniunt in dieta. quia cibi et pot'
debent minorari et digestibilia e
xiberi. Itē cōmunicant ptim in
medicamine. quia repletio uni
u'salis ul' particularis est semper
diminuenda p euacuationē hu
moris ꝯuenienter. Conueniūt
q̄ in quibusdam localibꝫ sic̄ in e
uaporatiōe aquaꝝ calidaꝝ simpli
cium ul' compositaꝝ. ut si in aq̄
decoquatur absinthium ul' fe
niculum. ul' camomilla. et mel
liloti et folia caulium cum palea
auene ul' ordei. Item in uen
tosatiōe colli ul' saphene hi ōia
credo ēē communia in passioibꝫ
p̄dcis. Itē cōmunicāt in exter
siuis et mūdificatiuis et dissolu
tiuis sup'fluitatū oclis inher
rentium. In ulcere uō sp̄ale
ut non dormiant sup oclm in
quo est ulcus. ut si est in dextro
dormiat sup sinistrum et ecōuso.
Extersiuum ulceris ueloci' est lac
mulieris cū melle ul' aqua in q̄
est mellis decoctio. fenugrēci. uel
decoctio lini et fenugrēci. ul' decoctō
lini et melliloti cum mirra mū
dificata. sup'fluitati aponatur
confortatiuum. ul' consolidati
uum ut est plumbum ustum.
In ruptura uō uenaꝝ stiptica
iuuant et emplaustrata. sicut lē
tes decocte et citonia cum melle
decocta. et malū granatum decoc
tum cū aceto. et succ' agreste. ul' cro
cus cum cerusa. amidum. dragā
tum distempatū cū albugine
oui recentis. In cura uō pdest sā
guis turturis et columbe instil
latus. ul' usui recentia fiat rep
cussio cum cimolea et t'ra arme
nica. In statu uō mundificatiua
et dissolutiua supponātur: sicut
thus cum aqua salsa. ul' salgē
ma cum lacte mulieris et hum'
moi. Rubori oclor cum est a
causa intrinseca ul' extrinseca
plimum cōfert floria uel uē
tosatō in occipitio. quo facto in utro
qꝫ casu conueniūt stupa cū albu
gine oui frigido intincta. ul' in
aqua frā hec ualet in omni uul
nere et pcussione ab ipō p̄ncipio.
Item ualet musillago psillij ap
posita. Itē rose in aqua cocte et
constricte quāto calidiores pote
runt tollerari supposite qd etiam
m'ltum confert in omī dolore
oculoꝝ. et in omī pincipio obtal
mie. Ruborj uō diuturno m'l
tum ualet aloe succutrinū cum
uino albo confectum. ul' cum ui
no maloꝝ granatoꝝ. Itē puluis
cimini cum cera ad ignem em
plaustrata calida frequēter apposita.
Item sanguis anguille exsiccatū
et contritus. Item succus berbene
cū radice bugle. Sequitur de
cinstula. hec sicut dictum ē si a
casuali pcussione fiūt ut si aliq'
fortit' pcutiatur in oculo unde p
ueniat fluxus humoꝝ statim fi
at repcussiuū cum stipticis ī al
bugine oui ul' in aqua frigida
intinctis. deinde fiat emplaust'
partim mitigatiuū de uitello o
ui cum sbtili farina et succo mal
ue fiat emplm dissolutiuū ptī
coꝝ est difficil' quia supfluunt
in humiditate ⁊ ꝓpue in ex
tranea ⁊ simulit' ulcerū pgnā
tium ꝓpter retentionē supflu
itatum et aliaꝝ etiā mulierū
quib⁹ menstrua retinentur. Et
nos iam locuti sumus de me
dicinis carnis creatiuis scꝫ com
plementum in capitulo suo. ⁊ nūc
oportet ut loquamur de qbꝫdā
eaꝝ que ꝓ melioribꝫ experte sūt
⁊ electe. ⁊ ex eis est centaurea. ſ
cocolla. plumbū ustū. antimo
nium adustum. limatie aduste
pilium ⁊ glutinū piscium. Sed o
portet ut obseruetur. uince cu
omū diligentia tua aliqꝫ medicā
in errorem, uidelicet ne medici
na carnis creatiua sit magis
abstersiua qꝫ oportet. qm̄ si
modū excedit corrodit mēbrū.
et carnē soluit ad humiditatē
currentem quā stolidus medicus
aspiciēs estimat eē uir⁹. ⁊ ppt'
hoc addit in uirtute abstersio
nis. ⁊ illud est peioratō ⁊ destruc
tio ulceris. et significatō qꝫ il
la humiditas sit ex forti medi
cina est concauitas ulceris ma
ior more solito. calor. rubor. et

humiditas subtilis tendēs ad
rubedinem qđ puenit ex lique
factione carnis ꝓpt' acumen
medicine ⁊ maxime si patiēs
sentit mordicationē ⁊ arsurā
manifestam. qđ si illđ fuerit
tūc statim minue de uirtute
abstersionis. Ulcera q̄de; ui
rulenta indigent ut āmini
stretur in primis medicā ex
siccatiua ut mūdificetur ui
rus. qđ pꝰtquam mūdificata
fuerit medicinā carnis crea
tiuam decet āministrarī. Ve
rum cum āministratur me
dicina exsiccatiua ⁊ nō minui
tur' erea hūiditas imo potius
uidetur augeri. tūc scias q̄ me
dicina s̄m illud corpꝰ nō est ex
siccatiua q̄re facienda est ad
dictio in confortatiōe ipꝰius ⁊
adiuuat eā cū abstersiōe pau
ca sicut mel ⁊ stipticitate sicē
sūt balaustie ⁊ alumē. qđ si ul
cus itēm supfluit in exsiccati
one tūc minue de uirtutib;
omnib;. s. de exsiccatione ab
stersione ⁊ stipticitate. Iu eū
qui hūc canonem ignorabit
uidelicet q̄n de uno ad aliud est
trāsferere sit oportunum q̄m nō
curabit ē sua cura mala ⁊ me
dicine q̄dem que exsiccāt ul
cera uirulenta sūt sicē balausti
e. gall'. alumē. corticē granato
rum. cortex thuris. litargirū.
flores papaueris rufi ⁊ farina
ordei. ablutio aque maris. et a
que aluminose ꝯgruunt ad
exsiccationē uirus. et de cōposi
tis est mirabile ualde unguē
tum istud in quo ꝯueniunt ad
inuicē. auic̄ ⁊ almāsor. et ē ut

accipias litargirii pulueriçatī
qđ cum aceto ⁊ oleo ro. uicissim
imbibatur donec tumescat ⁊ al
bificetur. deinde sume antimo
nij. calcecumenō. balaustia
rum curtumaꝝ. ūmium terre
strium. gallaꝝ. sanguinis dra
conis. aluminis. climie argen
ti omniū; an̄ quantū; est sexta
pars totius unguēti pulueri
çentur ⁊ desup mittant' ⁊ i mor
tario donec uniant' simul agit
tentur. Inquit auic̄. qđ cum fit
emplm̄ ex foliis nucis recentis
aut ex nuce sicē ē decocta cū uino
confert ualde ⁊ exsiccat humi
ditates absq; nocumēto. Opor
tet ut in ulceribꝫ sordidis āmi
nistretur. medicina abstersiua
cum mordicatōne. s; in primis
incipiendū est ab eo qđ est forti
mordicationis. deinde gradati
puenia tur ad illud qđ est leuio
ris mordicationis. quousq; sor
dicies mūdificata fuīt. deinde
medicina carnis creatiua admi
nistretur ex medicinis q̄ abster
gūt ulcera sordida sicut. sicut
yreos cum melle. et similit' fa
rina herbi cum melle. et iterū;
aristologia cum melle ⁊ aceto.
et de compositis ē mirabile un
guentū; uiride almāsoris q' eti
am carnem corrodit mortuā;.
et est ex illis que āministrant'
in pncipio. R'. gimiar. i. floris
eris. mellis puri an̄. ʒ. i. ex his
simul mixtis medicamen fiat.
Et ex cyrugicis sūt qui ponūt
duas uncias mellis et unam
uiridis eris ut alleuietur mor
dicatio ei'. Item aliud ūguē
tum. R'. fecis olei ro. aceti puri.

mellis an̄. ℥. i. aristolog. lō. alu
minis gamoni. yreos. ceruse an̄
℥. i. viridis eris. ʒ. ii. omnia simul
misceantur ⁊ fiat ex eis unguentū
quod ē mirabile. et sciendum ē q̄
aristol. longa magis convenit
in vulneribus q̄ rotunda. quoniam est
magis abstersiva. rotunda u°
in vulneribus quia est fortioris o
perationis ⁊ subtiliationis. In cu
ratione uero ulcerum corrodenti
um regula ē ut corpus mundi
ficetur et membrum. Mundi
ficatio quidem membri fit cum uē
tosis aut sanguisugis appositis
sup ipsm̄ ⁊ nō sit dilatatio in
eorum curatione ne perducat ad peius.
et multotiens ambulatio corro
sionis cogit nos incidere mem
brum ut salvetur a corrosione.
et scias quod ex ulceribus corrosivis
sunt cum quibus nō ē putrefactio.
⁊ sunt que nō evacuantur a putre
factione. quare distinguendum
est eorum diversitatem antequam cura
tionem adhibeas. et ea que confe
runt ulceribus corrosivis cū quibus
non est putrefactio sunt sicut
embrocationes ex aquis infri
gidantibus exsiccantibus sicut est
aqua maris. aqua rosarum. aqua
pluvialis ⁊ acetum. Verum cum
in eis est putrefactio tunc aqua
maris ⁊ aqua cinis conveniunt.
Inquit avic. ⁊ melior curatio e
orum est administratio stipticorum et
exsiccantium infrigidantium.
sicut sunt cortices granatorum. gra
na mirti ⁊ semen rosarum. ⁊ similiter
emplaustratio ex foliis aceto
se cum vino bullitis. aut emplau
stratio cum bolo armenico cum
aceto. vel sirupo acetoso confec

to. aut cucurbita sicca combusta
eodem modo confecta. et scias quod G.
huiusmodi ulcera corrosiva ignē
persicum vel formicam ambulati
vam nominavit. In curati
one ulcerū putridorum ⁊ malorū
melius est ut mundificetur corpus
aut membrū. si corpus mundi
ficatum fuerit et membrū cum
uentosis ⁊ sanguisugis mun
dificatur. et illud quod est nota
dignū est ut eorum curatio non
tardetur. nam tarditas ipsorum
addit malitiam. et cum huius
modi ulcera superfluunt in putre
factione necesse ē ignis caute
rium administrare. aut medici
nam acutam ⁊ succurratur postea
cum butiro ut dolor sedetur. et
ignis escara cadat in pus. ⁊ quoniam
sectionem administramus ita
ut nō remaneat nisi caro sana.
Cuius significatio ē bonitas sangui
nis eius aut caloris ipsius. ⁊ for
tasse necessarium est incidere
membrum ut ex sua putrefac
tione salvetur. Inquit avicenna.
Ista quidem ulcera licet non sint
fistule neque cancri tamen sunt mala
⁊ fraudulenta. ⁊ embrocatio que
convenit ulceribus istis est sicut
aqua maris. aqua cinis ⁊ aqua
saponis ⁊ similia ex medicinis
que administrantur sicut ca
ro piscium salita cū aliquantula
mica panis. farina ordei herbi.
et aristologia ⁊ emplastrum de melle
cum pulvere cucurbite sicce ⁊
foliis olivarum recentibus. aut em
plaustrum de cepe in vino decoc
tum. ⁊ de compositis est medica
men istud bonū ⁊ expertum. ⁊ est
ut recipias draggantum rubei ʒ. x

xxiiij. calcis uiue. aluminis. cor
ticum granatorum. ana ʒ. xvi. thu
ris. gallarum. ana ʒ. xxxij. cere et o
lei antiqui quantum sufficit. Item
aliud. Rx. plumbi usti. eris usti.
cerusse. thuris. mastice. litargiri.
armoniaci. oppoponacis. ana ʒ. ij.
adipis renum uacce. resine oli
mirtini. cere. omnium ana ʒ. iij.
que sunt soluenda soluantur in
aceto et que sunt terenda terantur.
deinde omnia simul conficiantur.
Et oportet ut scias amice quod multociens ex medicina dif
fusa ad locum ulceratum apo
stemata generantur et tunc non
differatur in eorum prohibitione
cum solutione uentris et flobotomia
aut uomitu. quoniam uomitus con
fert ad illud testante ypocrate.
Nam ex hoc medicina de loco ad
locum mouetur et epithimentur
locus cum eo quod prohibet apostema sic
ostensum est in capitulo uulne
rum. et si non est possibile ut pro
hibeatur immo appareat apostema. tunc
sit occupatio in eius curatione
tantum. quoniam impossibile est apostema cum
ulcere curare. Ulcera difficilis
consolidationis ut testatur auicenna
sunt absoluta preter corrosiua. et
preter putrida sicut est commune
preter proprium. ipsa enim ambo sunt
ambulatiua. et cum istis quoniam
non est ambulatio et stant per
dispositionem suam per aliquod
spatium. et iterum ista preter fi
stulam quoniam non sunt incidentia et
ad ultimum corrosiua et putrida.
et fistule ut dicit auicenna sunt ex sum
ma difficilis consolidationis absque
confusione. Causa uero ulcerum di
ficilis consolidationis. aut est ma

litia sanguinis. aut est inconue
nientia medicaminis quo cu
rantur quod est quia medicamen est
debile in exiccatione aut mundi
ficatione et illud significatur tibi
per additionem contrarij. aut quia
corrodit et profundat sicut iam dixi
mus propter fortitudinem abster
sionis eius. aut quia calefacit
plusquam oportet. quare distemperat
complexionem carnis uel infrigidat.
aut mollificat uel desiccat. aut
est caro addita aut caro dura
super labia ulcerum uel intus.
aut est os corruptum in eorum profun
do. et iam scitum est in capitu
lo quare uulnera morantur ad
curandum. qualiter curetur ma
litia sanguinis et similiter qualiter
mala complexio carnis rectificetur
cum contrariis et etiam caro
addita et caro dura qualiter cu
rentur dictum est. Inquit caro ad
dita non generatur nisi in ulceri
bus in quibus fit festinantia me
dicine carnis creatiue ante tempus
mundificationis ipsorum. preterea ca
ro dura fit secundum plurimum in ul
ceribus melancolicis quare est
tendens ad nigredinem et li
uiditatem et cro[illegible]tuinem et tunc
necessarium est ut succurratur cum
scalpellatione et extractione san
guinis cum uentosis. et forti
ter ulcera melancolica non sanan
tur nisi ab eis auferatur corrup
tio usque ad carnem sanam. Si
uero os fuerit in ulceris profundo cor
ruptum tunc significabit tibi
per illud quod ulcus quandoque clauditur
et quandoque aperitur et uirus ab eo ma
nat subtile. quare est necessarium
ut secetur ulcus usque ad os. de

videat stolidi et ignari cyrurgici

inde radatur aut seritur secundum quantitatem corruptionis eius. neque ex ipsa corruptione aliquid diminutas omnino. deinde cum puluere carnis generatiuo curetur. et causa quidem que accidit corruptioni in uulneribus est debilitas membri que recipit omnem materiam et maliciam complexionis membri et maliciam complexionis sanguinis. et de medicinis cum quibus curantur ulcera difficilis consolidationis sunt. sicut limatura eris et limatura ferri. flos eris adustus et et gluttinatio auri. et uitreolum rubeum. et de compositis est medicamen quod ℞. floris eris limature eris an. ℥ .i. climie gluttinationis auri an. ℥ .viij. gummi cypressi ℥ .iiij. salgeme ℥ .ij. aristologie aduste. minium thuris an. ℥ .v. cere et olei mirtini quantum sufficit et fiat ex eis unguentum. Item aliud medicamen quod auic. composuit. ℞. limature eris et limature ferri an. partes equales conficiantur cum aqua aluminis. deinde argillentur cum argilla rubea et adurantur ad furnum. deinde extrahantur et administrentur puluerizata. aut fiat ex eis et litargiro et oleo mirtino emplastrum quod mirabile est. et scias quod non oportet ut administretur oleum in ulceribus nisi sit oleum uehementis exsiccationis et stipticitatis sicut rosaceum et mirtinum aut masticinum et similia. quoniam intentio curationis omnium ulcerum est exsiccatio. et propter illud oportet amice ut non presumas et administrare in eis mollificatiua nisi sint ulcera ex contusione facta sicut in alio diximus loco. aut nisi ulcera cum uehementia doloris. quoniam tunc propter necessitatem doloris sedandi non est excusatio quin administrentur et licet ulceribus sint contraria. Quod si ulcus prolongatur et non sanatur immo iam fecit impressionem in membro et corroditur et putrefit ac destruitur de eius substantia quantitas multa. tunc non expectetur eius curatio nisi secundum profundum et precipue quando est antiquatum quoniam iam pertransiunt spatium anni dimidij uel amplius et factum est fistula uel cancer.

Cap. xv. de summa et uniuersali curatione fistularum.

Fistula est ulcus profundum angustum cum nodositate et duritie carnis ipsum circumdantis et est sicut canna uel penna anseris penetrantis in membrum. Dicitur autem fistula ad instar illius instrumenti os habentis strictum et fundum amplum. Causa uero duplex est. scilicet interior et exterior. Causa interior ex humoribus prouenit corruptis. Exterior autem ex uulneribus et ulceribus indiscrete curatis. Cuius significatio duobus modis assumitur: quoniam aut sumitur ab eius essentialibus aut ab accidentalibus. et ab essentialibus quia caro circumdans ipsam est indurata et os eius constrictum est et profunditas dilatata. ab accidentalibus uero quando accidit ut sit eius sanies indigesta cum horribilitate fetoris que aliquando fortasse absconditur penitus et hoc propterea quando corpus non est repletum nec humida est com

plexio. et est regimen pacientis ex
siccatiuum. et etiam quando custo
ditur membrum in quo est fi
stula a doloribus et similibus. et a
liquando sanies ipsa currit. et tunc
aut est multe quantitatis aut mo
dice. et aliquando est grossa et aliquan
do subtilis secundum diuersitatem me
brorum et iam locuti sumus plu
ries de regimine cursus uirus
in precedentibus cum aptatione
et perforatione et modis aliis.
et sufficiat illud satis in regi
mine cursus uirus et humi
ditatum currentium a fistulis.
Verum de regimine curationis
earum necessitate cogente hoc
secundum modum festinationis nos
oportet enarrare. Dico igitur quod que
admodum fistule diuersifi
cantur secundum diuersitatem locorum
sic et eiusdem curatio. nam alia
fit in membris mollibus ut carne.
alia in membris mediis ut in
neruis et uenis et tunc est inobe
diens et difficilis curationis. et
alia fit in membris duris ut in
ossibus. et communis quidem significa
tio eius cum in aliquo istorum
membrorum fuerit est uisibilis expe
rientia que non fallit aut presump
tio uera. quando tu scis loca neruo
sa et ossuosa. et uides fistulam que
propinquitatem habeat cum eis
et scis etiam per reuelationem in
firmi quam moram ibidem per
traxit. nam si super neruum uel
os per aliquod tempus stetit certum
est ipsorum in eis corruptionem
fecisse. Sunt autem secundum Auicennam que
dam alia significata sumpta
a diuersitate putredinis uidelicet
quod quando fistula peruenit ad neruum

tunc putredo exiens subtilis tenu
is multique fetoris quod accidit propter
frigiditatem illius membri. et cum
peruenerit ad os est subtilior et
ad citrinitatem decliuior. et cum
peruenerit ad uenas et arterias est
multotiens sicut fex. Cum autem ad
carnem peruenerit putredo que
exiens erit uiscosa. grossa turbi
da et cruda. Veruntamen fistula que
uadit ad carnem non est tanti do
loris sicut illa que uadit ad neruum
et propter quando tangitur eius profundi
tas cum tanta. quod est quia neruus
sensibilissimus est. unde si lesionem
patiatur necesse est ut. G. testatur
quod maiorem ceteris membris do
lorem habeat. Sed illa que uadit
ad os nichil dolet ex eo quod in hu
iusmodi membro non est sensibili
tas. Et iterum fistula ossuosa
notificatur tibi multotiens per mol
litiem carnis que est super os et
etiam per facilitatem penetrati
onis cum tanta ad ipsam. Et cum
fistula diuersificatur secundum diuersi
tatem temporis. quoniam alia est recens
et alia est antiqua. et fistula re
cens est illa que anni circulum
non exiuit. Antiqua uero est contra.
cuius corruptio iam perseuerata
est in membro et tunc est difficili
oris curationis. Illud autem quod
melius est de eius curatione ma
xime cum fuerit antiquata et cor
pus est plenum superfluitate ma
ligna que obuiat ei est ut in pri
cipio si pacientis fuerint talis etatis
et eius uirtus est tollerabilis fiat
uniuersalis mundificatio precedem
te tamen consideratione humo
ris superhabundantis in causa li
cet in fistula magis habundet

flegma cuius cõsideratõ assuma
tur a cyrurgicis nudis .i. a nesci
entib; medicinã. Circa qualitatẽ
loci subiecti ꝛ diu͛sitatem coloris
putredinis. cum enĩ sup͛habun
dau͛it fl'a locus erit albus ꝛ mol
lis. et putredo que manat a fistu
la erit aliquãtulum alba crossa
et multe quantitatis. Si melia
locus liuet ꝛ tendit ad nigredi
nem cum quadam duritie ac
putredo est liuida ul' nigra. Si
colera locus ẽ citrinus ꝛ ubi puñc
tiones ꝛ arsure sentiuntur ꝛ pu
tredo emanat citrina. Si uõ illd'
qd' est sup͛habundãs fuit sãgĩs
tunc locus rubet ueneq; corporis
inflantur ꝛ putredo sanguino
lenta occurrit. Contra flegma
igitur digesta prius materia
cum oxymelle detur benedicta
ul' pill'. auree. ul' alie fl'a purgã
tes. ꝛ si patiens fuit debilis qd' el
lectuariũ ul' pill'. assumere non
ualeat. purgetur cũ medicina
que. R. turbit. ij. partes. pulue
ris çiçiberis .i. et de puluere cu
chãi ptes tres. ꝛ de tali puluere
simul incorporato detur ʒ. ß. cũ
aqua calida. deinde post purga
tionem patiens balneetur. cui
in exitu balnei offeratur ʒ. i. ali
cuius opiate calide sicut tyria
ce auree. et hoc cum aqua calida
ul' uino. Opiata quidẽ medici
na illd' qd' ex mala qualitate re
mansit in corpore consumit.
Contra melancoliã; detur yeralo
godion ul' aliud purgãs melã
coliam. digesta prius materiã
cum oxymelle composito. deĩn
post purgationẽ in exitu balne
i similiter fiat exhibitõ alicui'
opiate conuenientis ut est tyri
aca ul' metridatum. Contͣ colerã
post digestionem medicina cũ
oxizacara detur catarticẽ impe
riale q̃ purgat utramq; colerã
consequenter fiat exhibitõ ru
bee trociscate ul' alterius similis.
Si uõ sanguis fuit fiat euacu
atio p flomiam. Deinde ue
niendum ẽ ad localia. Sz sciendõ
est prius q' localis curatõ fistu
lar͛ uniu͛salit͛ tres intentionẽ
requirit. Quar͛ p͛ma ẽ ut fistu
la mundificetur ꝛ abluatͬ. Secdͣ
ut dessicetur ꝛ mortificetur. Ter
tia uõ est ut ei' ꝯcauitas cõtinu
etur ꝛ sanetur. Et fistula quidẽ
mũdificatur ꝛ abluitur sicut iaz
in ulcerib; est ostensum. et ex
aquis ꝓprie fistularib; .i. cum
quib; abluitur fistula sꝫ sicut
aqua ciñis ꝛ aqua maris ul' ar
tificialit͛ salsa. ꝛ simulit͛ aqua sa
ponis ꝛ multotiẽs p͛dcis aquis
ex sale armoniaco ꝛ arsenico a
ut ex eius flore aliqd' p͛miscetũ
quia tũc fuit maioris abst͛siõis.
et qualitas abluendi ẽ ut miti
as aquam usq; ad p͛fundum fi
stule donec impleatur ex ea. et
fac illud cum omĩ dispositione
que sit possibilis ap͛ te. et si nõ
uales cum alio saltim cum cli
sterib;. deinde stude ut retinea
tur intus p horam. ꝛ tu cõpri
me locum undiq; manu tua ꝛ
maxime ubi p͛funditatẽ fistu
le arbitraris. deĩn extrahe aquã
cum expressione ꝯpetenti ꝛ fac
illud iterũ ꝛ istud iterũ donec
aqua clara exeat aut sãguino
lenta ꝛ tũc eadem aqua iterum
ulcus imple ꝛ eius orificium ꝯ

opila. et sic a mane usque ad uespe
ras uel eius. dimittatur. et tot fa
ciendum est diebus donec uir mun
dificatum fuerit. Fistule ma
licia mortificatur et extirpatur
tripliciter. uidelicet aut cum inci
sione et ablatione totius carnis
corrupte. aut cum acutis medi
caminibus quorum rememoratio fiet
inferius aut cum cautio ignis
cuius iuuamentum est facilius et
ultimum. Concauitas autem fi
stule continuatur et sanatur cum
administratione medicinarum fa
cientium nasci carnem quam in
proprio descripsimus capitulo. Opor
tet igitur in primis ut peruenias ad
cognitionem fistule et est ut acci
pias tentam auricalchi uel argen
ti et ipsam diligenter perquiras qua
tinus cognoscas eius profundi
tatem. et si tendat secundum rectum.
aut si tortuositatem habeat. et tunc
oportet te habere tentam plumbe
am quoniam est magis lenitiua et
plicatur secundum modum tortuosi
tatis. Et si eius orificia sunt
plurima inquiras per singula et
uide si tendant ad unum meatum
aut quilibet ipsorum proprium habe
at foramen cuius extremitas non
determinetur cum alio. et tunc
non est una fistula sed plures. ait
enim albucasim quod illud non signi
ficatur tibi per inquisitionem cum
tenta. imo oportet ut clisterizes
unum ex orificiis suis. quoniam hu
miditas cum qua clisterizatur
fit usus alia orificia tendit et
egreditur ex eis. Cognita uero
semita secundum quantitatem et diuer
sitatem ipsius erit tibi cura facili
or. tunc si orificium fistule fuerit

strictum secundum quod est de consuetudine
sua cum incisorio elargetur aut
cum tenta de medulla sambuci
uel ebuli uel canne sirici et similibus
si eger est timens ferrum. deinde
mundificetur et abluatur sicut sci
uisti per dies aliquot donec uirus
abscidatur. deinde intromittatur
medicamen acutum usque ad profun
dum in licinius inuolutum factis
secundum quantitatem profunditatis
quam comprehendisti cum tenta
donec fistula desiccetur et morti
ficetur omnino. et multotiens non
est possibile ut licinia cum me
dicamine profunditatem attingant
propter longitudinem eius aut quia
meatus est tortuosus et diuersus.
et scis etiam quod medicamen siccum non
submergitur ad profundum quare
fistula non occiditur. Oportet ergo
ut praepares medicamen secundum hunc
modum in quo non est deceptio
ex eo quod omnes profunditates fistu
le perquirit. et est ut distempe
retur medicamen cum aceto secundum
quantitatem necessitatis tue
ita ut sit currens. deinde initias
ipsum interius cum quocumque in
genio tibi possibile est et orifici
um opila ac praepara figuram mem
bri ut orificium sit superius qua
tinus medicamen in profundo mo
retur. et rectum quidem est ut
quando administratur huiusmodi me
dicamen acutum locus de foris cum
frigidis inungatur. ne ipsius
actio ad ipsum cum nocumento
perueniat. Cum autem fistula des
siccata fuerit succurratur cum
medicamine mitigatiuo sicut
est butyrum uel axungia sine sa
le et similia illis quousque ignis

euaporetur et escara .i. crusta cae
dat in pus. Cumque sanies que pri
erat indigesta egreditur digesta
et minoratur respectu pristine quan
titatis significatio est mortifi
cationis fistule. deinde curetur
cum medicina carnis creatiua
donec sanetur. et sanies lauda
bilis ut dicit optimus ypocras
in libro pronosticorum est alba leuis
et equalis per totum eam non est odor
malus. album enim requiritur quoniam
color membrorum radicalium est
albus et non facit eam assimu
lare nisi natura potens super eam
et requiritur eius lenitas ut si
gnificetur quod uirtus digestiua
operatur in ea. amplius cum ad
ditur: ut non sit mali odoris. est
ut sit longinquior a putrefac
tione. et sanies mala est fetida
quoniam significat putrefactionem
que est contraria digestioni et
significat dominium caliditatis
extranee. Quod si multe profun
ditatis fistula non fuerit neque
tendit secundum rectitudinem et profun
ditatem membri immo sequitur
superficiem cutis tantum. tunc si
nerui uel arteria aut uena ma
gna uel aliud tibi prohibeat. intro
missa prius tenta lignea donec
ad eius perueniat profundum sec
cetur usque ad ultimum ipsius.
ita ut ipsa tenta liberetur et auf
feratur cum nouacula caro pu
trida et corrupta ab omni eius
circuitu totalitate sua. deinde si
sanguis facit tibi contrarieta
tem succurre cum eo quod conue
nit sicut diximus in capitulo
suo. subsequenter curetur locus
cum medicina carnis creatiua

donec sanetur. Amplius si pati
ens non tollerauerit carnis a
blationem cum nouacula sicut
diximus. tunc tantum sectio fiat
usque ad profundum sicut ostensum
est et acutum medicamen admi
nistretur. deinde mitigatiuum
et nascentiua carnis. Si autem
non sanatur per illud tunc nullo pro
hibente ultimo remedio succu
ratur .i. ut cauterizetur usque ad
profunditatem suam. ueritamen
oportet te huius recordari .s. ut non
decipiaris in quantitate profundi
tatis et ipsius diuersitate in fi
stula cum cauterio. nam mul
tociens ex imperitia et negligen
tia accidit illud. porro quandoque in
fistula est orificium unum et pro
funditates plures et diuerse qua
propter si tu cauterizas unam earum
et alia remanet nichil confert
operatio tua. et similiter oportet
ut obserues te ab hac deceptione
cum medicina comburente secundum mo
dum quem superius ostendimus.
quoniam tota uirtus curationis fistu
le est ut comprehendas cum cau
terio aut acuta medicina omnem
eius profunditatem. Si uero fi
stula in longinqua profundita
te corporis operatur et non est tibi
possibile ut consequaris eam omnino
quoniam appositio medicinarum neque
ad radicem ipsius peruenire ualet
timetur ne eius nocumentum
ad aliquod membrorum nobile uel
principale perueniat. et est locus
qui non suffert incisionem pre
uentus. tunc non est ingeniatio in
eius curatione. et illud quod est con
uenientius est ut dimittatur
operationi nature. et fistula

quidē que puenit ad intestina
aut uesicam aut ad membra
principalia uł nobilia nō sana
tur omino. Et cum acciderit ali
cui spondilium dorsi uł costaꝝ
uł alicui iuncturaꝝ sicͭ ē manuū
et pedis aut neruus uł uenis ma
gnis aut arteriis aut siphac ꝫ
plures dispositiones incurabi
lis est. Verum fistula que fit i
neruis ꝫ similibꝫ non ē ꝓpt̃ a
liud difficilis curatiōis nisi qꝛ
sectionem ꝫ cauterium minime
patiunt̃ licet eius speratur cura
tio nisi sit exsūma recentium
et tunc in ea medicin. q̃ admi
nistramus que nō uehement̃
sꝫ leuiter ac suauit̃ mortificet ꝫ
desiccet. Preterea si fistula ia
fecit impressionē in osse si non
est detectum necēe est ut detega
tur ꝫ cum instrumitis ꝯuenien
tibꝫ abradatur ut tota corrup
tio et nigredo ipius auferatur
ſm dispositionē melioris possi
bilitatis. qd̓ si non sanatur et
emittit saniem sicut pri᷒ signi
ficatio est qd̓ adhuc de ipius cor
ruptione remansit. tūc ḡ iteꝝ
detegatur ꝫ abradatur cum ul
timitate diligentie tue ita ut
non dnuitatur in eo obfuscatō
aut corruptō aut cortices uel hu
miditas omīo. qm̄ prohibet na
tiuitatem carnis sup ipm. nā
cum obfuauerit hec possibile
est ut caro generetur in eo. aut eni
aut. et illud qd̓ est magis faci
ens nasci carnem in osse est ut
exsiccetur ab humiditate ꝫ exa
speretur denique si corruptō fuit
in ossibꝫ magnis. sicut ē os co
xe cruris ꝫ similium ꝫ iam per
uenit usqꝫ ad medullā. tūc nō
ē excusatio qn seretur ꝫ incidat̃
os cum medulla sua usqꝫ ad lo
cum corruptiōis. deinde restau
retur sicut scis. Si uō corruptio
iam totum os membri consecu
ta fuerit tc̄ nō expectetur ei᷒ cu
ratio nisi assumatur os totum.
verūtamen si fuit os ex capite
coxe uł anche aut os ex spondi
libꝫ dorsi ab eius curatione fu
giendum est ꝓp incōmodū nu
che. **Medicam̄ ualde mirabi
le in mortificatōē fistule ꝫ cā.**
Recipe salis armoniaci. arsenici
citrini. sulfuris uiui. floris eris
an̄. ℥. i. ꝫ limature ferri. dragāti
aluminis. cumeni. antimonij.
an̄. ℥. ij. argenti uiui. ℥. i. calcis
uiue. i. non extincte. ꝫ c. omnia
terantur ꝫ subtilissime pulue
rizentur. ꝫ argentum uiuū ex
tinctum cum saliua eis. ammisce
atur. deinde conficiant̃ cū aqua
maris uł aqua cinis ꝫ fiant mō
theotocij. deinde ad solem uł ad eli
banum desiccentur. ꝫ cū desiccati
fuerint itm̄ puluerizentur ꝫ pul
uis eoꝝ ponatur in aluthel ꝫ su
blimetur. ꝫ qd̓ ex eo sublimatum
fuit in uase uitreo recondatur.
huiusmodi qdem medicam̄ erit
tanq̄ ignis cauterium. Et scias
qd̓ aluthel est uas constans ex c
cohoportorio ꝫ fundo sicͭ inueniť
apud illos qui occupati sunt in
alkimia. ꝫ fit ex uitro aut ex ter
ra. veruntam̄ illud qd̓ fit ex terra
debet intrinsecus uitreari ne spi
ritus euaporet. Modus autē su
blimationis ē ſm hūc modum.
et est ut puluis speꝝ sublimam
daꝝ in fundo uasis locetur. dm

si uas fuerit uitreum lini atu
desous cum luto discreptio͡is
q͡d fit ex capillis ho͡is minuta
tim incisis et carbonibus pista
tis. et stercore asini et terra figu
li equaliter. et si fuerit terreum
tm in iunctura coloptorij li
niatur. Cumque lutatum fuerit
desiccetur a remotis ignibus uel
ad solem. deinde locetur in for
nace et supponatur ignis leuis
per duas horas. dein fortis per .x.
horas postea per totam noctem
dimittatur infrigidari. in sequ
ti uero die uas aperiatur. et q͡d e͡
superius in coloptorio colliga
tur et sordicies in fundo existen
piciatur. Aliud medicame͡

Recipe limature ferri. mirabile.
arsenici citrini. et calcis eiusdem
non. i. eris usti. cupri rosarium
an partes equales. calcis uiue q
tum omnia terantur et puluerizentur.
gentur. deinde conficiantur cum
melle dispumato. et fiant inde
trocisci et desiccentur. et iterum ter
rantur et puluerizentur atque pre
dicto modo donec fiat ter conficiant
et fiant trocisci. deinde recondan
tur in loco ubi ab humiditate
tangi non possint ne corrumpan
tur. et cum uoluens operari tere
ex eis quantum sufficit et utere.

Recipe calcis uiue. Ad idem .R.
partes duas. arsenici citrini. sul
furis uiui. an partem unam. et
cum uoluens operari incorpo
ra cum aqua cineris stipitum
fabarum. et est illa que uocatur a
qua saponis aut cum aqua ci
neris illicis donec fiat sicut un
guentum et utere. R. medicame͡ q͡
utend͡ e͡ in locis niuosis et talibus.

Recipe succi radicis celidonie. uri
ne puerorum an. ℥. iij. arsenici ci
trini. ℥. i. conficiantur sic. succus
et urina bulliant in olla rudi. et
calx cum eis bene incorporetur.
deinde addatur arsenicum et omnia
simul agitando incorporentur
et non superflue bulliant sed parum
per. deinde desiccentur et informen
tur ex eis trocisci. Aliud ad id͡.

Recipe olei albi. aristologie ron
tunde. rad. scolopendrie. yreos
farina hordei an partes equales te
rantur et fiat ex eis puluis et im
pleatur ex eo fistula cum assi
duatione quoniam sanat eam.

De medicinis que carnem sup
fluam minuunt et resoluunt in

Medicine uulneribus et ulceribus.
que carnem superfluam minu
unt et resoluunt in uulneribus et
ulceribus sunt uehementis absterssio
nis et mordicationis. et ex eis sunt
sicut uitreolum. hermodactili.
ellus. album. flos eris et similia hiis.
et scias quod quedam administrantur uni
uerso per se et faciunt excauationem.
et quandoque componuntur unum eorum cum
altero. et quandoque omnia simul equa
liter. et quod ex eis est leuius sicut
uitreolum humidis administ
stratur corporibus quoniam sicut G. testa
tur in humidis corporibus carnem
minuit. in siccis uero consolidat.

Ad idem medicamen compositum.

Recipe arsenici citri. ℥. i. calcis
uiue. ℥. iij. omnia simul incor
porentur cum aqua calida et fiant
ex eis trocisci et desiccentur. et cum op
fuerit tere ex eis quantum sufficit et utere.

Cap. xvi. De fistula et uniuersali cu

Cancer ut dicit ratione cancri.
causa est apud medicum de me

lancolia adusta a materia colerica
aut in qua combusta est non
a pura feculenta. et dicitur cancer
ad instar illius animalis. quia sicut
illud animal habet vehementem tena
citatem in rapiendo vel in eo quod ve
natur. sic et istud apostema in membro.
aut quia gerit formam illius
in rotunditate. et habet venas vi
rides assimulantes pedibus ip
sius. qui cancer duobus modis
accidit. aut a causa intrinseca
aut ab extrinseca. ab intrinse
ca ut ex ipso humore melanco
lico corrupto ad aliquod membro
rum transmisso. a causa vero extrin
seca ut ex vulneribus et ulceribus
male curatis. Cuius significationes
sunt hec. in principio cum appa
ret est similis ciceri vel fabe. deinde
augmentatur secundum processum dierum
donec fiat ut magnus milon
et est in eo rotunditas. ingens du
ricies. color fuscus in quo est qui
dam caliditas et vene virides ap
parent in eo que sunt ei sicut ra
dices. At postquam ulceratus est
cancer et fetet multum. labia cras
sa et viridia forisque conversa fiunt.
os eius amplificatur et sinus
constringitur. Cancer autem di
stinguitur secundum tres modos. vi
delicet aut secundum diversitatem cau
se. aut secundum diversitatem membrorum.
aut secundum diversitatem temporis. et di
stinguitur secundum diversitatem cau
se. quoniam alius fit ex melanco
nia naturali que frigida est et
sicca et tunc est parvi doloris
et parve ulcerationis. et alius
fit ex melancolia que est adustio co
lere solius pure et est vehemen
tis doloris et magne ulcerati

onis. distinguitur secundum diversitatem
membrorum. quoniam alius fit in mem
bris mollibus sicut in carne. alius
in mediis sicut in nervis et simi
libus. etiam alius fit in duris sicut
in ossibus. Veruntamen quoniam fit in mem
bris mediis dicitur incurabilis.
et illud testificatur ab ypocrate
cum dicit. quibuscumque cancri ab
sconditi sunt non curare melius
est. curati enim .i. incisi vel combusti
citius pereunt. non curati multum
tempus perficiunt. Distinguitur autem
secundum diversitatem temporis. quoniam alius
est recens et alius est antiquus.
et antiquus quidem cancer cogno
scitur per diuturnitatem temporis
et per vehementem liuiditatem et
nigredinem. ac ponticem ma
ximam et membri corrosionem.
et cancer etiam distinguitur a
magistris secundum diversitatem specierum
quoniam ut voluit alius dicitur no
li me tangere. alius lupus. et
alius cancer nomine utriusque assi
gnant differentiam inter istas
species secundum locum. quia dicunt no
li me tangere a mento superius
fieri. et lupum in partibus inferi
oribus. et assignant etiam diffe
rentiam secundum qualitatem comple
xionis sicut quidam dicunt quod cancer
et lupus fiunt de colera magis
ignea quam noli me tangere fiat.
et inter cancrum et lupum dif
ferentia est etiam in eodem. et propter
hoc extimant quod illa species que
fit de colera ignita sicut lupus
vehementius corrodit. Ego autem
brunus longoburgensis. de huius
modi distinctione non presumo
aliquid veritatis quod est quia non
vidi vestigium eius in libris

ueterum omnino. Inquit auic.
et almansor. quod cum incipit can
cer fortasse est possibile ut pro
hibeatur, ne addatur super illud
quod est. et ut conseruetur quin ad
ulcerationem perueniat. sed postquam
creuerit semper sic permanebit quia
deterior erit si ulceretur: tunc igi
tur antequam addatur et ulceretur ue
lociter succurratur: et prohibitio eius
est. ut patiens ex uena media
flebotometur. uenterque ei soluatur
cum decoctione epithimi. aut ca
tartico imperiali. subsequenter
detur rubea trociscata cum quar
ta parte tyriace. et a cibis ge
nerantibus coleram nigram: omnino.
ut sunt lentes. caules. caro uac
cina et asinina. uinum grossum.
et similia. dieta eius sit caro a
uetina. porcina. pullina. uitel
lina. ouorum sorbilia. uinum subti
le et similia his. Supra locum
uero fiat emplaustratio cum fri
gidis oleribus tritis sicut est plan
tago. solatrum. psillium. cicorea.
portulaca. et similia. aut fiat
inunctio cum oleo ro. et agresta.
ad idem unguentum bonum. R. thu
cie bene ablute. olibani ablu
ti. ceruse ana partes equales. omnia
terantur et cum oleo ro. et agresta
ac succo predictarum herbarum in
modum unguenti conficiantur.
ex his enim fortasse locus tueri
poterit quin ulceretur. Si uero
cancer iam ulceratus fuerit omnino
per frigida non sanatur: immo opor
tet ut incidatur et administrentur
ea que habeant uehementem ca
liditatem. sicut est cauterium
ignis. et cautium acuti medi
caminis. Uerum decet te animaduer

huius recordari. quod si cancer anti
quus fuerit nequaquam ei sic consu
lit albucasim appropinquare pre
sumas. et modus curationis can
cri ulcerati est ut in primis cor
pus mundificetur si fuerit mun
dificandum. deinde consideretur si in
membro fuerit caliditas. quod
si fuerit cum succo frigidarum her
barum reprimenda est. deinde can
cer totaliter incidatur. nam dicit
auic. quod non est possibile ut de
struatur cum aliquo nisi per in
cisionem uehementem. ut ex to
to assumatur membrum inuadens.
Quid ergo fiet cum fuerit in locis
neruosis ubi incidi et penitus de
strui comburi et eradicari non
potest. nichil aliud quam cancrum ul
ceratum facere. et operatio ei cum
manu est ut accipias cancrum
cum uncino et ipsum ab omni
circuitu coneris incidere omnes
eius uenas eradicando donec
nichil ex eis remaneat. deinde
non abscidas sanguinem per lon
gum spatium. immo exprime lo
ca in circuitu manibus tuis ut
totus ille sanguis densus et
melancolicus fluat. sed sola eius era
dicatio cum ferro non est ad sui
curationem sufficiens. immo opor
tet subsequenter ut cauterizetur
cum ferro uehementer ignito.
Uerum hoc in locis neruosis fi
eri non dici penitus. neque si fue
rit prope membra principalia uel
nobilia. Quod si patiens delicatus
fuerit qui incisionem et incensionem
pati non possit. aut fortasse no
luerit tunc cum medicaminibus
acutis in precedenti capitulo scrip
tis curam impendas. quin for

rasse mortificabit. deinde curetur
locus cum medicina carnium cre
atiua donec sanetur. Signifi
catio uero quod cancer sit extinctus
est quoniam sanguis egreditur pu
rus. bona caro crescit in eius cir
cuitu ab ipsoque fusco colore re
moto. et omne quod est uiride. Si
uero acutum medicamen non
contulerit. tunc non est ingeni
atio nisi redeas ad cyrurgiam.
preterea licet cancrum in lo
cis neruosis incurabilem dixi
mus tamen si fuerit in principio ul
cerationis, prout potes subueni
as cum his que fistulis subue
niunt quando est in locis illis.

Cap. xvij. de fractura ossis capitis uel cranei.

Licet de solutione
continuitatis in osse in capitulo
fracture et dislocationis secundum com
plementum rememoratio fiat.
hic tamen de solutione continuitatis
que fit in osse capitis per se trac
tatum ponere non recuso. qua
propter amice ingenti admirati
one minime mouearis. nam
fractura ossis capitis ab aliis
separatur fracturis et omnibus est
difficilior. Species autem fractura
rum cranei multe sunt et diuerse
secundum diuersitatem rerum quibus percus
sio fit. Quoniam alia fit ex percussione
ensis uel alterius similis et scindit
et aufert os totum. donec ad ue
lamen quod est sub osse perueniat.
aut non peruenit ad uelamen. set
ossis superficies tantum incidit.
Quarum fracturarum uulnus aut
est magnum aut est paruum. et ex
eis est fractura occulta in osse
que apud antiquos dicitur capilla
ris quia fit in subtilitate capil

li. et est scissura parua aut fit ex
cultello et similibus et tunc est dif
ficilior omnibus. quoniam est magis pe
netratiua et eius uulnus semper
est paruum et occultum. alia fit ex
casu uel percussione lapidis et simili
um ita quod os ad interiora plicatum.
et illud secundum plurimum fit in capi
tibus puerorum propter mollitiem eorum
ossium. aut non plicatur sed sci
ditur in modum fracture capil
laris que aliquando penetrat ad si
phac. aliquando uero minime. quarum
uulnus aut est magnum aut est
paruum. aut uulnus non par
ticipat cum eis omnino. et quandoque in
omnibus supradictis speciebus fracture
frustra ossium conspiciuntur.
Cognoscuntur autem omnes species
fracture per inquisitionem diligen
tem cum tentis. et quandoque fit illud
cum tactu digiti minoris et ad
ultimum cognoscuntur per amplio
rem sectionem et separationem car
nium. Species uero fracture capillaris
cognoscitur per effusionem humi
ditatis nigre sicut est encaustrum
quoniam hoc testificatur ueteribus.
et est res cum qua est fiducia
ueritatis. fit autem illud secundum hunc
modum. In primis detegas super
os et abstergas. deinde effunde
humiditatem super ipsum. fractura
enim ex hoc apparet nigra. et sig
nificatio penetrationis eius est ad in
teriora ut radas scissuram donec
nichil appareat de nigredine.
quoniam quando deficit apparitio nigre
dinis signum est quod ad interio
ra non penetrat fractura. et quando
radis scissuram et nigredo non re
mouetur et est illud quasi prope
ultimitatem ossis scias quod pene

erat usq; ad latus alui. tūc ergo
a fricatione cessandum est. Et
si fractura fuīt ex casu ul' lapi
dis pcussione et similiu; absq;
uulneratione tūc significatiō
duplex est. sm qđ duplex est ei⁹
spēs sicut iam dictum ē. videli
cet una que plicatur ad intioā.
et altera que dicitur capillaris
Significatio uō illius que pli
catur non occultatur. apud in
quisitionē cum digitis. qm̄ ī
sub eis sentitur cōcauitas ma
nifesta. S; significatiō fracture
capillaris absq; uulnere cogno
scitur difficulē. verum oportet
te accidentia que sup infirmū
apparent cōsiderare ex accidētib⁹
significantib; illū qn; sūt sicut
applexia. scothomia. destructiō
uocis. appetitus defectus et uir
tutis digestiue ⁊ expulsiue. fe
bris acuta ⁊ silia his. ⁊ illud qđ
est ualde iuuatiuū in sigficati
one huiusmoī fracture et ei⁹ ulti
maticē est ut consideres magni
tudinem rei cum qua fcā fuit
pcussio. ⁊ fortitudinē pcucientis.
aut altitudinē casus et locū
etiam ubi sit casus. ⁊ si ex his
omib⁹ spēb⁹ fracture uelami
na cerebri lesa sint scias illud
piculosum ēē. Sūt eni uelami
na cerebri duo pniculi. quoꝝ
unus dr̄ duramat̄. ⁊ aliꝰ pia
mat̄. duramater craneo suppo
nitur ⁊ est grossa quatinus a cra
neo se defendat. piamat̄ uō tā
git cooperit cerebrū ⁊ ē subtilis
ppt̄ subtilitatem ipsius cereb.
ante g° q° ad curationē perue
nias infirmi considera. ⁊ tūc
si uideris sup infirmū mani

feste accidentia mala fugias.
et si uides accidētia bona nō for
mides. ⁊ ex accidētib⁹ malis sūt
hec amissio intellect⁹. sincopis.
abscisio uocis. rubor ⁊ egressio
oculoꝝ. uirtutis defectus in ap
petendo digerendo ⁊ expellendo.
fluxus uentris. ul' uomitus co
lere. febris acuta. tetan⁹ ⁊ simila
his. quib⁹ apparentib⁹ ī plib⁹
dispositioīb⁹ infirm⁹ proculdu
bio nō sanatur. ⁊ multociens
duramat̄ rumpitur. ⁊ pdcā ac
cidentia nō apparent. imo fit re
paratio in ea ⁊ sanatur infirm⁹.
et hoc dico ptestimonium expe
rientie qđ est quia ex lesione
durematris aput curationem
meam iam multos liberaui.
cōspexi paucos uō uidi hntes
accidentia pdicta sanari. et ui
di etiam quosdam sanari piā
matrem lesam hntes licet in
credibile uideatur. verūtamē
illud erat in modica quātita
te ita qđ medulla exire non po
terat. et. G. etiā testatur hoc mł
tociens se uidisse sicut patet ī
comento anforismoꝝ. et illud
contingit rarissime. verum si
incisio ptingat usq; ad uentri
culos cerebri infirmus procul
dubio morietur. et hoc etiam
legitur in pantegni in lib°. so
ubi dicit̄. incisio cerebri. ı. me
dulle est una cā mortis. falsū
est g° q° dicūt quidā stolidorū
⁊ periculosum ualde. uidelicet
qđ nedum ex lesione medulle
imo euacuata una cellulari
et loco eiusdem medulle coto
repleta plures liberari multo
ciens asserunt se uidisse. aliq

do putredo aliqua a superiorib'
ad inferiora descendit. et ibi ac
tione caloris digeritur. deinde
admirabilius natura ipsam per
medium rupture foras expellit
quam uidentes imperiti medi
ci medullam cerebri extimant.
et notandum est quod sicut caput
diuiditur in tres partes. scilicet in sub
stantiam carnosam carneatam
et cerebrum. sic ipsum cerebrum
secundum auic. diuiditur in tres partes
scilicet in sirbum uelatam. medullarem
et uentres. uentres autem sunt tres.
anterior. medius et posterior. et in
anteriori uirtus imaginatiua
completur. cogitatiua in me
dio. memorialis aut in poste
riori. sufficiant amodo que di
ximus in prologo istius capituli
et accedamus ad curam.

De cura fracture cranei capitis.

Fractura ossis capitis ut dicit G.
a curis aliorum ossium dissimilis
est. quoniam cum ossa capitis fran
guntur et precipue uehementer
non restaurantur. quare necesse est
ut extrahantur secundum quantitatem
fracture ut uirus egrediatur
ne cerebro inferat lesionem. di
xerunt sapientes ueteres. et non
tardetur illud ultra septimum
diem si fuerit estas. et ultra .x.
si fuerit yemps. et quanto uelocius
erit melius et longinquius a ti
more. In primis igitur caput infir
mi radatur secundum quod ad illud prouo
cat te necessitas. et si uulnus ma
gnum fuerit ita uidelicet quod frac
tura sit manifesta. tunc in ossis
extractione studium impendi
tur secundum quod ueniet rememora
tio sua. Si non uulnus paruum

fuerit ita quod fractura sit occulta ni
eo tunc necesse est ut magnificetur
secundum quod narro tibi. et est ut fiant
in eo sectiones due secundum figuram
crucis. quarum una earum sit sectio
prima que fuit ex percussione. deinde
quatuor excorientur anguli donec
os quod extrahi debet contigue
detegatur. et tunc si sanguis con
trariatur tibi non fiat ossis ex
tractio immo uulnus panno in a
qua et aceto infuso aut oui al
bugine undique repleatur. deinde
plumaceoli de stupa eodem modo
infusi supponantur. et si necesse
fuerit ponatur puluis de sumac
mumia et bolo et similibus sangui
nem refrenantibus cum hec pa
ciens quiescere permittatur donec
sanguis abscidatur. et scias quod
in illa die qua percussio accidit non
est incisio facienda quod est quia
in omni medicatione tua uirtu
tem infirmi considerare debes
et propter illud in die percussionis non
facias sectionem ne ex hoc nimi
us fluxus sanguinis aut sincopis
accidat. immo administrandum
est medicamen ut sanguis constrin
gatur sicut precessit narratio. deinde
ad tuum propositum poteris redire
securius. Et ex stolidis quidem
medicis sunt qui amputant an
gulos uulneris in principio. et illa
est intentio in qua non est nisi fa
tuitas. quare propter illud facere non
presumas. neque quod oportet in omnib'
reddere rationem. Cum autem
ad intentionem ossis extrahen
di peruenire uolueris fiat sicut do
cet G. et hic est sermo eius si frac
tura parua fuerit et separata fa
cile potest expelli cum picicanoli'

et forficibus. caue tamen summo ope
re ne pelliculas tangas. Si uero os se
parata non fuerit necesse est ut ip
sam radas cum aliquo instru
mento suauiter tamen et cautissime
ne pelliculas et cerebrum ledas.
et si non sufficiat rasio. tunc perfo
ratio ex illa parte in qua uides os
tenacitatem habere non excusatur.
que quidem facienda est secundum quod di
cemus post paululum. Quod si fu
erit fractura capillaris ita quod
os ex utraque parte sit durum et
forte. tunc oportet ut perforetur
cum trepanis que dicuntur a ue
teribus non profundantia eo quod os
sis non pertranseunt quantitatem
quoniam facta sunt secundum mensuram et
sentie ipsius. et sint ex eis apud
te plura quorum quantitas diuersifi
cetur ut amministretur illud quo
indiget operatio tua est in primis
deinde fiat permutatio ad aliud.
Inquit alius et autem oppila prius au
res infirmi cum lana uel coto i
ne ex uoce perforationis ledatur.
Modus autem perforandi est ut fi
gas unum trepanorum super os in cir
cuitu scissure et reuoluas ipsum
infra manus tuas donec scias
quod os iam penetratum est. deinde
fiat permutatio ad locum aliud
et sic permutando fiat usque ad ul
timum necessitatis. deinde cum
alio instrumento quod dicitur spatumi
le ab uno foramine usque ad ali
ud os incidatur et fiat impressio
eius ab inferiori ad superius non
subito sed paulatim ne inde cere
brum moueatur. tunc si potes
auferes ipsum cum digitis tuis
aut cum instrumentis que no
minantur leuatoria quorum ca
pita sunt curuata. deinde oportet ut
radas et equales asperitates que sunt
in circuitu ossis cum incisorio
et tu iam posuisti aliquod instru
mentum sub osse ad conseruationem
sifac. et si remanserit aliquid ex ossi
bus paruis et frustris tunc extrahe.
Inquit iterum G. et non oportet ut
incidatur ex osse nisi illud quod est
infirmum uehementer quoniam non est
necesse ut sequaris scissuras us
que ad finem earum sicut in hoc er
rant stolidi nisi quando cogit te causa
magne necessitatis et est uidelicet
quando sanies expelli non potest absque
abscissione totius ossis illius scis
sure. et illud est molestissimum
quoniam oportet ut cerebrum moue
atur. ipse enim G. quedam curans
extraxit ex ossibus quantum saniem
expellere poterant. aliud uero solida
uit et supra locum ossium expul
sorum natura carnem creauit. In
quit et si possumus tamen desic
care absque ossium expulsione
melius est quia minus nocumen
tum cerebro infertur. et oportet
ut incisio tua sit in loco magis
conuenienti quod uirus currat ex
eo facilius. et quando non certificaris
de penetratione scissure ad par
tem aliam. tunc certificare per ul
timam rasionem ipsius et effusionem
humiditatis nigre sicut iam di
ximus. et caue ne faciat te erra
re illud quod quidam medicorum dixe
runt uidelicet ut fiat perforatio
ex utraque parte scissure. nam illud
michi non uidetur rectum. et si rec
tum esset antiqui iam aliquid in li
bris suis dixissent. sed ego non in
ueni rememorationem alicuius
eorum in hoc penitus quare rectius est ut

non fiat. Cum aūt securus fue
ris de aptione cerebri ỉple uul
nus donec os cohoperiat' panno
lineo subtilissimo et uetusto in
fuso in albugine oui. ⁊ sit pann'
ille aptatus s'm q̄ntitatem frac
ture. dein de recipe alium pann'
duplicatum ul' triplicatū s'm
uulneris quātitatem fracture
⁊ madefacias ip'm simili modo
in albugine oui ⁊ suppōe q' tā
diu donec totū impleatur uul
nus faciendum est. deīn̄ etiā
supponatur plumaceolu' de pan
no lineo ul' de stupa ita tū̄ am
plius et magn' q' totum uuln'
ex utraq' pte capiat ⁊ supet ⁊ n̄
comprimatur cū aliqua forti
tudine. īmo adeo leuit' ponat'
ut inde nō grauetur pānicul'.
demū ligamen amministretur
latum ⁊ nō plus stringat' nisi
quantum sufficit ad retinend̄
pannos. siphac enī ex compreś
sione ⁊ grauedine uehementi
solet uelocius apāri. Et scias q'
sapientes antiqui utunt' ad hec
uino stiptico ⁊ oleo ro. qm̄ ual
de utilia sūt ad confortationē
sifach ⁊ apītis phibitionem.
sup ligamen aūt ex aqua et a
ceto roretur ut sit alleuiatō i
apītis sedatione. Cum hac uō
cura eger dimittatur quietē
ab una die usq' ad aliam. deīn
soluatur ⁊ curetur uuln' atq'
mutetur sic' prius donec ab a
postemate calido securus fueris.
Inquit auic. ⁊ alii. qd̄ multotiēs
pt curationem fcti capitis si
phac calidum accidit apā adeo
ut spissitudinē ossis capitis ⁊
etiam cutis supet ⁊ sequunt' se
pe post illud accidētia mala que
infirmū ad pniciem ducūt. In
quiūt ⁊ cā quare siphac calidū
accidat apā. aut cum aliquiu' os
sis frustulum ip'm suo ledētis
acumine. aut constrictō ligati
onis ⁊ licinioꝝ grauitas. aut fri
gus aut multitudo cibi et uini.
aut est alia cā occulta. tūc ergo
si causa fuīt manifesta auferat'
illam uelocit'. ⁊ si fuīt occulta flo
bothoma pacientem nisi fueit
aliquid phibens ab hoc. ⁊ eī sub
trahe cibum uinūq'. āministr'
tur qd̄ calidis cōuenit apostema
tibꝫ. et est sicut embrocatō cū
oleo ro. tepido. aut cum aqua ī
bullita fuīt altea. camomilla
fenugrecum ⁊ semē lini aut cū
emplō ex farina ordei ⁊ aqua et
oleo ro. ⁊ humecta caput et cīn
cem ⁊ spondil' cum adipe gal
linaceo liq̄facto. auribꝫq' etiā
oleum instilletur ro. ⁊ si adhuc
calidum pseuerat apā si n̄ fuīt
aliquid qd̄ phibeat uenē pacie
tis soluatur. qm̄ ypocras illud
pcepit. ⁊ ptq' fueris ab apāte ca
lido securus poē medicinam cā
nis creatiuam que etiā sit sic
cissima absq' mordicatōe. et h'
est puluis capital' qui fit ex sā
cocolla. minuto thure. mirra
sanguine draconis. yreos ari
stologia. farina ⁊ orobi ⁊ similib'
hūtibꝫ pprietatem abstersionis
cum exclusione mordicatōis
pulueriȝetur sup syphac ⁊ cura
uulnus cum petiis lineis usq'
ad ultimū restauratiōis. ⁊ fuge
omē humidum in tali cura. ⁊ n̄
uirus pnittas oīo in uulnere
aggrari. ne pānicul' cerebri

putrefiat ⁊ ueniāt sꝛ infirmū
accidentia mala. dixerūt autē
sapientes qđ qn̄ accidit nigđo
siphac ⁊ fit illđ ex appositiōe me
dicine in qua sit ꝓprietas nigre
dinꝰ tūc accipias ex melle par
tem unā. ⁊ ex oleo ro. ptes tres
⁊ lineas pannū excis ⁊ suppōe
sifach donec illa nigredo remo
uetur oīo. Qđ si accidit nigđo
sifach ex sꝛ ꝓpō ⁊ puemat usqꝫ
ad cerebrum ⁊ maxime cum p̄
dictis malis significationibꝫ
tē oportet ut desperes de salute
huiꝰ infirmi penitꝰ. qn̄ sig̃
ficat ꝯsumptionē caliditatis in
nate ⁊ destructōnis eiusdem. So
let multotiēs sꝛ siphac caro su
pflua nasci q̃re tūc ꝯsiderandū
est eiꝰ q̃titas aut multa sit an
modica. ⁊ si modica sufficit ad
eius corrosionē spongia marina
aliquātulū abluta. Qđ si fuīt
multa puluis hermodictiloꝝ
desup aspgatur sm̄ q̃titatem
que nō faciat timorem. et si ca
res isto puluere aliū āmiuist
in quo sit eius similitudo uide
licet ut sit ex medicinis leuio
ris mordicationis.

De dieta fracture ossis capitis.

Dieta sit talis in principio. paci
ens comedat far. amigdalatū
olera frigida. pira ⁊ poma coc
ta ⁊ silia hꝭ. uinū oīo nesciat
⁊ bibat aquam. caueat a replec
tione cibi. a frigore. ab aere mīt
tum lucido. a coytu. ab omū ex
ercitio. a nimia locutione. ab oībꝫ
accidentibꝫ aīe. ut ē ira. tristitia.
sollicitudo ⁊ silia. cum aut secu
rus fueris ab apāte calido ⁊ tu
iam incepisti medicinā cāius
cicatiuā administrare regimē
incrossetur ⁊ augmentetur: ut in
de porus sarcoydes fracturam li
gans melius ⁊ uelocius generet.

Cap. xviij. de uniuersali extensio
ne et rectificatione ossium.

Ossa aliquādo frangunt᷑ aliqn̄
a ꝓpria separantur iūctura. q̄
quidem curatō gn̄aliť triplici
eget intentiōe. prima quoqꝫ in
tentio est uera ⁊ ꝓpa rectificatō
ul' reductō. sc̄a est ꝯsuatio per
ligaturam. Tertia uō ē restau
ratio que fit poro sarcoydꝰ me
diante. Verum in hoc p̄senti ca
pitlō uniusaliť rememorabor
et breuiť de extensione ⁊ recti
ficatione fracture ⁊ eius restau
ratione. ⁊ ponam prius uniuer
salia signa ipius ne in hoc cō
tingat error extra experientia
medicoꝝ. Dico g̃ q' significatō
fracture qn̄ ꝯsideratur in ea sa
tis est manifesta ꝓpea qđ figa
membri contorquetur ⁊ gibosi
tas ex una pte ⁊ ꝯcauitas ex alia
manifestatur. ⁊ qnqꝫ etiā ossis
pcipitur sonus cum locum dili
gent' manu tractaueris. Cum
aūt de fractura certificatus fu
eris tūc nō oportet ut ultra p̄
mum diem ei rectificatō dif
feratur. qa quāto plus tardatū
eo amplius difficilior est. ꝓpterea
qđ os indurescit. ⁊ non est possi
bile ut rectificetur nisi cū ex
tensione supflua cum qua est
timor tarditas que etiā in ipā
fractura plurima facit accidere
nocumēta sic ē apā ⁊ similia. ⁊
Modus aūt extensionis et rec
tificationis est ut mēbrum ex
utraqꝫ pte manibꝫ accipiatur

et nō violent̄ s; leuiter quātu
plus possibile est distendatur ⁊
rectificetur donec una pars alti
coniungatur. violentia n. āq; com
pressionis maiorem gnāt āgu
stiam ex qua facile oritur apā.
deinde palpa membrū manib;
tuis ⁊ rectifica illud qd tibi vide
tur divisum. demum ligatura
adeo suauis āministretur: ut i
de dolor minime sentiatur. nec
etiam adeo relaxetur quin ad
dolorem aliq̄tulum sit decliui.
sup locum uō fracture fortius
constringatur. ⁊ q̄to plus elōga
tur a fractura tanto strictura
levior fiat. sicq; faciendo ex loco
sano capias magnam ptem. s;
oportet ut fascie sint tres vel
quatuor sm qd indiget mē
brum. ⁊ q̄titas latitudinis ea
rū est sm convenientiā mē
broꝝ. qm ut dicit. G. in pectore
latum pōt poni ligamī. in ma
nib; uō ⁊ digittis minime. in
quit in omnib; locis q̄to latiu
fieri potit ligamī fiat. neq; eti
am aliqd ex eo duplicatū ma
neat. sup pdictas aūt fascias
statim astelle locentur: ut p
eas membrum rectificet̄ ne
gibbositas aut concavitas in ipō
remaneat. nisi in loco fuerit
apā ⁊ inflatio inqt albucasis
sm qd qn membrū ē magnū
non oportet ut ponas sup ipō
astellas a primo die nisi post
.v. vl septimū. vl amplius s;
securitatem ab adventione
apostematis cali. et sint astel
le sapient formate. et sint ex
ligno abietis aut ex medietati
b; canne late aut ex ligno sa
lices ⁊ similib;. inquit oportet
ut astelle que ponunt̄ sup frac
turam sint grossiores ⁊ latiores.
et sit longitudo eaꝝ sm qd con
venit membro ex magnitudie
⁊ parvitate. et nō oportet ut sit
int̄ unam ⁊ aliam minus quā
digittus. deinde stringat̄ sup
astellas cum victa alia sm stc
turam quā scivisti supius. de
inde liga cum spato decenter.
inquit ⁊ nō oportet ut sit tort̄
neq; multum grossius neq; mł
tum subtilis. et qn accidit ut
ledatur infirmus p extremita
tem astellaꝝ post stricturā: in
locis sanis pone sub eis ex stu
pa ⁊ similib; donec nō ledatū
ex eis. Inquit avic. ⁊ non fiat
festinatio ad auferend astel
las nisi illud qd ossa fracta cō
glutinat confirmetur. ne pter
eius debilitatem fiat i mēbro
contorsio. imo melius est ut in
membro magis q̄ sit necessarium
morentur q̄ ut auferant̄ añ
illud. Quantitas aūt dierū in
quib; convenit ut ligatā sol
vatur atq; ligetur est ut consi
deretur si in membro dolor ac
cidit inquietus aut pruritus in
tollerabil. vl calor. apā. et si nō
accidit aliquid ex eis tunc nō
solvatur ligatura nisi in spatō
tum dieꝝ aut quatuor vl qui
q; aut septem. et quīq; dimit
titur donec restauretur fractū.
qm ut. G. inquit utile est liga
men donec sanetur dimitti. si
nichil ex pdictis appareat acci
dentib;. Qd si horum aliqd appar
uerit tunc necce est ut singlis
solvatur dieb;. ⁊ si fuit dolor ⁊

membrum cum lana succida in
oleo .ro. madefacta cataplasme
tur. dein ligetur 7 nō sicut prius
stringat̄ imo cōstrictō minua
tur. et si fuit pruritus locus ex
aqua calida fomentetur. ex aq̄
enim calida fit resolutio illi᷑ ma
terie vn̄ pruritus accidit. dein̄
membrū cum oleo ro. 7 aceto
cataplasmetur. 7 quotiēs solut̄
sicut diximus fomentet̄ donec
sedetur pruritus. Si n̄o apā fu
erit tūc velocit̄ fiat fiat ēoīa
ex pte contraria 7 assidua illud
qđ infrigidat membrū. et qm̄
etiam est necessarium ut ām̄
nistres cerotum ex oleo ro. et ce
ra alba. aut oleum camomilli
num. vl' etiā vinū stipticū qm̄
confortat membrū. 7 apā resol
uit. neq; oportet tūc ut ligatā
stringatur nisi debilit̄ scd̄m
quantitatem que consuevet me
dicamen. prohibens apā. Cum āt
securus es qđ apā calidū remo
vetur 7 dolor quiescat. tunc iterā
ligaturam tuam paulatim. i.
ut non stringatur s̄m constric
tionem primam. donec vn̄ secur᷑
fueris qđ om̄ia accidētia iam pe
nitus sunt remota. et si t̄ neces
se fuerit stringe ligaturā s̄m
quantitatem constrictiōis p̄me.
Caue tm̄ ne ppt̄ superfluitatem str̄
ture nutrimētum ad locū frac
ture venire prohibeatur 7 ex re
bus significantibus illđ est exsic
catio 7 extenuatio m̄bri. qđ cū
acciderit locus cum aqua cali
da fomentetur 7 ligamentum mol
lificetur parump. sicq; aliqb᷑
diebus dimittatur donec cūrat
nutrimentum ad fracturā. dein̄

sicut prius strīxisti stringat̄.
Medicine quidē quibus utimur
aput restaurationē omnium
fracturarum 7 dislocationum
atq; etiam torsionū sūt in qbus
est exsiccatio et glutinatō cum
modico caliditatis sic̄ est thus.
et mirra. 7 similia. et scias o a
mice qđ ypocras iussit sollida
tiua sup fracturam non debere
poni usq; ad septimū diem vl'
etiam quousq; fiat securitas
qn̄ generetur apā vl' timor. G. āt
dicit qđ in hoc nr̄o tp̄e nō possu
mus mēbrum ad suum modū
convertere nisi ab initio solli
datiua ponam᷑. verūtamen si
membrum festinatur dolorē
et rubescere atq; tumescere vi
deamus. tūc ut ipē cōsulit rec
tum est qđ nich᷑ ex hoc faciam᷑.
imo materiam de loco ad locum
trahamus et mēbrum quantū
possum᷑ refrigerem᷑. 7 de ēplau
stris bonis restaurātibus frac
turam 7 dislocationē et etiam
torsionem qđ est. s. dislocatio n̄
completa est emplm̄ quo ute
bantur antiqui ex pulvere mo
lendini. i. farina que volat et
pendet in parietibus ip̄ius. quod
pluribus etiam complexionibus con
venit. 7 p̄cipue mulieribus 7 pu
eris qm̄ est equale in calidita
te 7 frigiditate 7 qualitas con
fectionis eius est ut distempe
retur cum ovi albugine ita
qđ confectio sit equal'. i. n̄ mul
tum spissa nec multum subtil'.
Item aliud emplm̄. R. aloes.
mirre. boliar. thuris. acacie.
nucis. cipressi. dragaganti. lauda
ni. an ptes equales cōficiant᷑

cum oui albugine 7 addat ali
quantulum ex puluere molē
dini donec sit medium int̄ spi̾
situdinem 7 subtilitatē. deinde
pannus fortis liniatur ex eo. 7
supponatur illi͛ enī emplm̄ est
mirabil̄ compositiōis quoniā
restaurat ossa fracta ueloci͛ et
confert pluribꝫ compositiōibꝫ.
Cibus aūt pacientis in pn̄cipio
sit subtilis ꝓhibens inflāmati
onem donec fuerit ab ap̄ate
calido securus. deinde sit cibus
grossus 7 uiscosus ut fiat exeo
coagulatio fracture uelociter 7
ex cibis in quibꝫ est grossicies
7 uiscositas sūt sicut̄ triticum ual
de coctum. vel. capita 7 pedes 7
uentres animalium 7 p̄cipue
uaccarū lentes. 7 pisces recentē
lac. caseus recens. uinū grossū
et similia his. porrus quippe sā
cordes. i. os callossum hīt gene
rari ex mat̄ia nutrimenti ossi͛
tanq̄ a causa mat̄iali et ex na
tura tanquā a causa efficienti
et est mat̄ia eius ad consolida
tionem alioꝝ mēbroꝝ. s. carnis
et neruj. os aūt nutritur ex sā
guine grosso 7 spisso. et ꝑp illd̄
oportet ut intentio tua sit c̄ca
ipsius grossitiem et uiscositatē
sicut cum cibariis que diximꝰ
et caue ab omī q̄ subtiliat sā
guinem sicut ē uinū subtile et
similia n̄ qn̄ uides q̄ porꝰ sarco
ydes sup̄fluit in magnitudi
ne sic̄ multotiēs accidit. q̄nīā
tūc necc̄e est regimen grossum
dimittē. 7 ad subtiliantia redi
re atq; ligaturā stringē uehe
ment̄ et ām̄inistrentū emplā
in quibꝫ ē stipticitas prohibēs

cum subtilitate sicut est decoctio
granatoꝝ 7 folioꝝ mirti. et cū
oleum 7 similia. h̄ enī ꝓhibent
nutrimentum 7 mat̄iam minu
unt. Multociens aūt contigit
fracturā cum uulnē fieri͛ 7 tunc
oportet ut uulnus discohoptum
remaneat. ab ipso q; etiā astella͛
facias elongari. deinde in eius
orifitio cotum ul̄ pinū: admi
nistretur ac sero 7 mane mūdi
ficetur ne ibi uirꝰ agregari ua
leat. 7 ap̄ate absente cum medi
cina carius creatiua curetur. 7
p̄tq̄ fractura ligata fuerit s;
qd̄ oportet cum ligaminibꝫ su
is rectum est ut uulnus tegat͛
cum aliquo uelamine ne alter
ipm̄ aer. deinde cum sanatū fu
erit si necc̄itas ꝓuocat astelle
supponantur. et fractura q̄tē
que accidat cum atrictione nō
est absq; timoris articulo qm̄
nisi succurratur cū scalpellati
one ut sanguis egrediat͛ acci
dit ex ea mortificatio membri.
et herpes estiomenꝰ. i. putrefac
tio 7 corrosio. et qn̄ currit etiā
sanguis ex ea refrenetur. Q. si
fuerint in uulnē frusta ossiū
separata tunc oportet ut facili
ter extrahant͛. 7 si separata non
fuīnt 7 membro dolorē 7 pūcti
onem inferant uehemēter serē
tur aut ꝑforentur s̄m modum
melioris possibilitatis 7 iterum
extrahantur qd̄ si uirus ī uul
nere plus augmentetur q̄ mi
nuatur significatio est qd̄ ibi
remansit astelle q̄ uis nō ap
pareant 7 tūc locus inquirat͛
cum tenta donec inueniantū.
deinde remoueas eas 7 apta sē

per membrū figura qua uirᵉ
conuenienti curat exterius. ⁊
caue ne in loco ubi fractura cū
uulnere est olim uincnetur ne
ibi putrefactio aut corruptō
generetur. Et scias q fractura
diuiſificatur ſm quanti
tatem paruitatis ſue qm ū re
ctificatur auic. fractura que ac
cidit ſm rotūditatem est pau
oris incarnatiōis ⁊ unitionis.
et deterior fractura ē illa sicut
dicit ypocr̄s que declinat ad in
teriora q illa que declinat ad ex
teriora. ⁊ ē illud ꝑꝑ lesionē ner
uorum. ⁊ fractura cum qua accidit
uulnus ⁊ fluxꝰ ſanguinis ⁊ apa
⁊ attritio est oībꝫ deterior et di
uiſificatur etiā fractura ſcḋm
obedientiā et inobedientiam
extensionis ⁊ rectificatiōis. qm
fractura que fit in membris ma
gnis nō obedit rectificatōi ū
cum extensione uehementi. ⁊ si
militer qm ꝑlongatur eiꝰ ſpati
um necc̄ia est extensio fortis.
et fractura que fit in membrisᶜ
paruis nō indiget nisi pauca
extensione. ⁊ itm̄ diuersificatū
fractura ſm diuiſitatem mem
brorum in breuitatem ⁊ tarditā
tem restauratōis qd est quia
fractura brachij citiꝰ restaura
tur q fractura cruris. ⁊ similr
fracture reliquorum membrorum
diuiſe ſē ad inuicem. et ego ue
niam post hoc capitulum cum
rememorōne uniꝰ cuiꝰqꝫ ſpeciei
fracture ſingularitē ⁊ distincte.
Preterea qn̄qꝫ os nō restauratur
ſm qd oportet in p̄mis imo m̄
brum remanet tortuosum. cuiꝰ
rei cā aut est ignorātia medici

os in p̄ncipio male rectificantiᵉ
aut est defectus astellarum absolu
te aut festinatio ablatiōis earum
an̄ confirmationē fracturē aut
est ſupfluitas motus in hora q
etis. ⁊ tunc quidā medicorum con
ſueuerūt iterare fracturam ei.
antiquissimi uō antiquorum ni
chil de hoc dixerūt in libris ſuiᵉ
sicut testatur albucasim dicēs.
qd si eēt rectum dixissēt aliqd
et laudat eē rectius ut nō fiat
qm ex hac opatione est timor
magnus. et qm membrū uitu
peratur ualde. uerū cum ad illd
ꝑuocat te necc̄itas oportet ut sci
as dispositionem poꝛi q restau
rauit os. quod si fuerit magnus
⁊ fortis non accedas ad frangē
dum ipm̄ ſcḋo. qm ut dicē auic.
fortasse nō frangetur in loco
fracture p̄me. imo frangetur
in alia pte loci. ⁊ si non fuerit
magnus nec fortis tunc assi
duetur embrocatio aque cali
de ubi cocte sunt herbe molli
ficantes sicut folia maluē. ui
ole. ⁊ radix altee. mellilotum ⁊
similia his donec mollificetū
porus. deinde frangatur et di
stendatur atqꝫ rectificetur sicᵉ
scis. et qm porus iam antecesᵉ
sit et factus est fortis ⁊ magnꝰ
et non est excusatō quin eius
curationem assumas. tūc cu
ratio eius est curatio ferri. ⁊ est
ut locus ſupius incidatur. et
ossis continuatio dissoluatur.
deiñ rectificetur m̄brum ⁊ sicᵉ
oportet cum diligentia restau
retur. et multociens quidē est
possibile q fractura male re
staurata curetur si est recens

cum emplastris mollificatiuis sicut
est embrocatio predicta. et emplastrum
ex muscillagine maluauisci et
fenugreci et seminis lini. quod confi
citur cum adipe anatino uel ga
linaceo. aut oleo sisamino uel
liliaceo. et emplastrum quod fit ex me
dulla uaccini cruris. assungie
anatis. butiri. olei liliaci. et cere
citrine est in hoc mirabile. et si
militer emplastrum ex ficubus pin
guibus. uel dactilis. et maxime
cum fimo columbino. deinde cum
membrum mollificatum fuerit
distendatur et ad suam propriam
reducatur figuram. Multo
ciens post restaurationem fractu
rarum accidit nodatio ex qua mem
brum fedatur. et quandoque eius ope
ratio naturalis prohibetur maxime
quando sit prope iuncturas. et huius quidem
iam diximus causam eius uidelicet quod
est ex superfluitate post ligatas
ossa. et diximus etiam curationem
eius cum ultimatione stricture
et subtiliatione cibi. et emplastris
stipticis prohibentibus sicut est aca
cia. mirta. olibanum et similia.
que conficiuntur cum oui al
bugine. aut uino stiptico uel ac
eto. et illud quod faciunt medici
ne stiptice facit etiam suppositio
plumbi. et est ut ponas laminam
plumbi super nodositatem et strin
gas decenter. et quando nodatio du
ra est. et in fuba lapidea iam con
uersa tunc necessarium est ut
superius scindatur et dissoluatur
consolidatio ossis. et incidatur
nodatio superflua. aut radatur
cum instrumentis que conueniunt
ad illud. deinde curetur uulnus
cum reliqua curatione uulnerum.

Rursus post ipsius restaurationem
fracture quandoque accidit in membro
subtilitas et debilitas. et illud est
quando restauratio non est firma. et
causa que facit hoc est necessa
rium sicut antiqui testantur est
multiplex. uidelicet aut est stric
tura superflua que prohibet nutri
mentum. aut est multitudo li
gamentorum que grauant mem
brum. aut est frequens eorum solu
tio et ligatio. aut est superfluitas
embrocationis aque aut motus
membri superfluus ante tempus. aut
paucitas sanguinis in corpore
pacientis et debilitas eius. et illud
est sicut in corpore senum. aut
paucitas ciborum et eorum subtilitas.
aut est multitudo frustrorum os
sium. oportet ergo in curatione hui
usmodi membri extenuati et de
bilitati ut paciens reficiatur ci
bo multi et grossi nutrimenti.
et corpus eius humectetur donec
sanguinis fiat augmentum
et amministretur sibi balneum
temperatum. deinde ponatur super
membrum emplastrum picarum te
pide caliditatis ut attrahat ad
ipsum nutrimentum plurimum et
est illud quod recipe. picis grece et picis
naualis et resine ana partes equales
et simul resoluuntur ad ignem.
et assiduetur etiam embrocatio
aque tepide donec attrahatur
nutrimentum ad membrum et ipsum
ad propriam reuertatur figuram.
et custodiat se infirmus ab ira
et aliis accidentibus anime. quoniam sicut
damascenus testatur uitium
consequitur complexionem corporis.

Cap. xix. particulare de fractura ossium. et de fractura mandibularum.

Accidit multotiẽs ut mādibulā
inferior disrumpatur cuius cogni
tio facilis est. cum ergo uis recti
ficare considera si fractura cur
uata est ad interiora absque se
paratione in duo et tunc intromit
te indicem dextre manus si
fractura fuerit sinistra. et si frac
tura fuerit dextra indicem sini
stre manus intromitte et im
pelle cum eo gibositatem frac
ture a parte interiori ad exteri.
et cum altera manu tua de fo
ris equa ipsam decenter usque ad
coniunctionem naturalem. et co
gnoscitur equatio mādibule
ꝑ equationem dentium qui sunt
in ea. Si uero mandibula iam se
parata est in duo. tunc a duabus
partibus fiat extensio secundum rectitu
dinem donec fiat ei equatio
naturalis. et si accidit in denti
bus ꝯmotio liga unum eorum cum
alio cum aureo filo uel argen
teo aut filo serico forti. deinde
si times aduentum apostematis calidi
tunc pone cotum uel lanam suc
cidam in oleo ro. et oui albugine
madefactam. deinde ligetur secundum
quod melius ꝓparatur tibi de li
gatura eius. et si non times apostema
calidum ponatur emplastrum sta
tim ex puluere molendini uel
farina sisami cum oui albugine
ꝯfecto. deinde pone desuper pannum
duplicatum et super pannum pone
astellam magnam secundum quan
titatem mandibule. aut fru
strum solee. et sicut oportet lige
tur sicque donec sanetur dimit
tatur nisi accidat interim apostema
calidum. aut dolor intollerabi
lis uel pruritus. et si aliquid isto
rum acciderit tunc fac quod diximus
in capitulo uniuersali donec illud
prohibeatur omnino. deinde redeas
ad emplastrum et ligaturam paulatim
donec sanetur. et si uides quod ali
quid ex naturali figura mutetur
tunc solue ligamentum et itera e
quationem membri et liga decen
ter. Quod si fractura fuerit cum
uulnere conspice si ibi sunt ossis
frustula separata. tunc stude sub
tiliter in eorum abstractione secundum
modum quo possibile est cum instru
mentis que conueniunt ad illud.
et si uulnus fuerit strictum tunc
amplifica ipsum secundum indigentiam
tuam. deinde curetur sicut scimus
donec sanetur. et precipe infirmo
uti tranquillitate et quiete. et sit
eius cibus sorbilis et leuis. Inqui
unt sapientes huius artis quod mul
totiens hec fractura in tribus
septimanis restauratur. quoniam
huiusmodi os ut dicit aly. est mol
le et in eo medulla.

De fractura furcule.

Contingit aliquando ut
furcula pectoris frangatur.
cuius significatio non occultatur
sensui apud tactum cum manu.
Operatio uero in ea est ut inueni
antur duo ministri quorum unus
teneat adiutorium quod sequitur
furculam fractam et extendat ip
sum ad exteriora et superiora. et al
ter extendat collum uersus partem
aliam. deinde medicus equet frac
turam cum digitis sicut decet ita
ut non sit in ea eminentia neque
concauitas. et si indiges exten
sione plurima. tunc pone sub ala
pilam magnam secundum quantitatem
indigentie tue. et sit ex panno
uel ex lana. et extende cubitum do

nec aproximes ipsum costis. deinde
equa fracturam secundum quod oportet.
Quod si extremitas furcule ad ex
teriora trahi non valeat ex eo quod
submersa est in profundo tunc
oportet ut resupines infirmum
super collum suum et pone sub eius
humeris pulvinar medium et
minister premat eius humerum
ad inferiora donec extremitas
furcule que est in profundo suble
vetur. deinde rectifica ipsam de
center. et si infirmus sentit punc
turam apud tactum cum digitis. tu
scias quod est ossis frustulum. aperi
ergo et seca super fracturam et extrahe
ipsum. et si frustulum retinetur
ex aliqua parte tunc incide ipsum.
et pone prius instrumentum ex
ligno sub osse ut conservet sifac
ne disrumpatur. Deinde si scis
sura fuit magna aggrega ipsam
cum suptura et incarna eam. ve
runtamen non facias illud si ti
mes apostema calidum. Quod si timeas
tunc summam adhibe curationem
cum oleo ro. et aceto et similibus. Et
quando fractura fuit absque vulnere
et sectione pone emplastrum ex pul
vere molendini. vel aliud frac
turam restaurativum. et pone desuper
stupam lenem et super stupam pul
villum duplicatum. deinde po
natur astella ex tabula subtili
cuius latitudo sit trium digito
rum et longitudo quatuor. deinde
cum longa fascia tribus vel iiii.
digitis ampla decenter ligetur
et involve eam super collum et re
duc ipsam ex omni parte unicuique
titillici. deinde ligetur brachium
infirmi ad collum eius et sub titil
lico locetur pulvinar parvum

in nocte precipue apud somnum et sit
dormitio eius super dorsum suum
neque solvas ligamentum usque
ad quintum diem vel septimum nisi
accidat aliquod ex accidentibus sicut
est pruritus aut dolor vel apostema ca
lidum. deinde solve et removeatur
emplastrum. dimittesque ipsum donec
sanetur. et oportet ut aspicias omni
die ne mollificetur ligamentum:
et removeatur astella. Quod si vide
ris ipsum rectifica iterum et stringe
ligaturam decenter. dixerunt qui
dam sapientes quod furcula in
diget subtiliatione apud cura
tionem suam quando eius restauratio
fit difficilis valde. et dixerunt
item quod furcula stringitur et con
fortatur secundum plurimum in spatio
viginti et octo dierum usque ad. xxx.
et quandoque fit illud in quibusdam
hominibus in minori spacio.

De fractura costarum. cap. x.

Quum accidit costis fractura non
occultatur apud inquisitionem
cum digitis ex eo quod in loco a
speritatem et sensum invenies
non equalem. et fortasse ossis au
ditur crepitatio. et fit huiusmodi frac
tura secundum duos modos. Quorum
unus est ad exteriora alter ad inte
riora. fractura vero que eminet
ad exteriora facilius recipit cu
rationem. et est ut eques fractu
ram cum digitis secundum modum pos
sibilitatis tue donec conformatur
ad figuram propriam. deinde epi
thimetur locus cum eo quod con
venit et stringatur fracturam cum
astella si fuerit necesse. et si frac
tura fuerit ad interiora declivis
cum vera et propria significatio est
dolor inquietus et punctura sicut

punctura pleuresis. propterea quod os
pungit uelamen. et etiam acce
litus strictura et tussis. uomi
tusque sanguinis plurimi. tunc
ingeniatio extensionis eius ad
exteriora cum manu deficit o
mnino. Veruntamen dixerunt quidam
antiquorum ut infirmus cibetur
cum cibis generantibus infla
tionem ualidam donec infle
tur eius uenter. quoniam inflato im
pellit fracturam ad exteriora. et
huiusmodi quidem operatio licet
quoniam sit necessaria propter defectum
altius ingenij. tamen est causa que ue
locius faciat accidere calidum apostema.
et dixerunt quidam alij sapien
tiores quod ponatur uentosa super
locum ut fortiter ad se trahat. et
hec est curatio conuenientior ni
si quia timetur ne superfluitates
trahantur ad locum. Et fuerunt etiam
alij qui dixerunt ut tegatur locus
cum lana submissa in oleo cale
facto et ponantur inter costas puluil
li donec impleantur ut fiat liga
mentum equale apud inuolutio
nem eius per corporis circuitum.
Et dixerunt iterum quod si res fuerit
uehemens quam infirmus tolle
rare non potest quoniam os pungit dy
afragma punctura parua tunc
necesse est ut scindas super locum
et detegas costam fractam. de
inde pone sub ea instrumentum
quod conseruet siphac. et incide os
quod pungit cum facilitate. et
si uulnus magnum fuerit aggrega
ipsum cum sutura et cura cura
tione uulnerum nisi accidat a
postema calidum. quod si accidit
cohoperiatur locus cum puluillis
in oleo ro. madefactis et curetur

cum eo quod conuenit ex curatione
calidi apostematis interius et cibetur infir
mus cibo conuenienti ac dormiat
super latus in quo melius sufferet
donec sanetur. et fractura quidem
coste in diebus .xx. stringitur et
confortatur. De fractura ad
iutorij.

Adiutorium ut dicit al
Abuchasim est illud quod est inter cu
bitum usque ad caput spatule. Si
autem accidit ei fractura ut acta
uitis non declinat secundum plurimum
nisi ad partem exteriorem. et oportet
in eius rectificatione ut sint pre
sentes duo ministri quorum unus
extendat brachium et alter tene
at locum qui est super fracturam.
deinde tange fracturam mani
bus tuis et equa ipsam equatione
ultima. deinde pone emplastrum so
lidatiuum si non times apostema calidum
et liga ligamento ascendente usque
ad humerum et descendente usque
ad cubitum si fractura fuerit
in medio adiutorij. et si fractura
fuerit propinqua humero stringatur
cum eo. et si fuerit propinqua cu
bito stringatur cum eo. et si fu
erit propinqua cubito stringatur
similiter cum ipso cubito. et sit lati
tudo ligamenti quatuor digito
rum. deinde non soluas ipsum us
que ad diem septimum nisi fuerit
aliquid prohibens tunc solue et ite
rum liga cum astellis quarum
longitudo sit secundum fracturam cum
aditione trium digitorum ex omni
parte. et si amas ut soluas liga
turam de tertio in tertium causa defensi
onis fac illud. quoniam est res in qua
quiescat animus ypocratis propter
securitatem nocumentorum. Quamuis
sit restauratiuum nocitiua. ...

si timueris a principio calidu;
aq̄ā ex eo qd' uideris membrum
rubescere atq; tumescere tc̄ nō
stringas cum emplō neq; cum
astellis usq; ad .vij. ul' plus do
nec fiat securitas aptītis. et po
ne sup membrum excilius que
mitigauit aq̄ā calidum sicut lana
succida in aceto ⁊ oleo .ro. made
facta. deinde cum quieuit aq̄ā
stringe fracturam sicut dixim'.
et modus stringendi ē sicut sci
uisti in capitulo uniūsali. et o
portet ut consideres in omni ho
ra noctis ⁊ diei ut nō mollificē
tur ligamentū et mutetur fi
gura membri. Qd' si uideris il
lud tunc rectifica ⁊ strīge liga
mentum ⁊ dormiat infirmu'
sup dorsum suū. sitq; manus
eius sr̄ stomacum suū ⁊ pone
puluinar molle sub adiutorio.
verum de aministratione cibi
oportet ut sufficiat qd' ē dictū
in capitulo uniūsali. uidelicet
ut sit cibus subtilis in primi'
donec fractura incipit restaura
ri. deinde sit cibus grossus et ui
scosus. Dixerunt aūt sapientes
qd' fractura qd' fractura adiuto
rij atq; cruris consueuit strīgi
in .xxx. dieb;. oportet g° tūc ut
soluatur ac cum aqua tēperati
caloris membrū balneari pre
cipies. ⁊ si nō uisa fuerit tibi re
stauratio bona tūc itera ligamē
tum ⁊ astellas et dimitte usq;
ad .l. dies. ul' usq; ad duos men
ses.

De fractura brachii.

Iquiunt sapientes. brachium ē
compositu; ex duob; ossib; que
duo focilia nominant' quorū
unū est paruū. et est illud qd'
sequit' pollicem. ⁊ alteru; est ma
gnum et est illō q' est positum
sub digito paruo ab inferioi pā
te. et qn̄; frangitur unū eoru;
tm̄ aut paruum aut magnū
et qn̄; ambo simul. Veruntamē
qn̄ frangitur focile paruu; su
perius rectificatō ⁊ sanatio eiu'
est facilior. et qn̄ frangitur fo
cile magnum inferius fractā
eius est mala et sanatio eiu' di
ficilis. ⁊ deterior ea est qn̄ fran
guntur ambo simul'. Quādo g°
frangitur focile paruum supe
rius tunc oportet ut eques ipm̄
cum extensiōe parua. et si fuit
magnum inferius equa ipm̄
cum extensione maiori. ⁊ si fr̄
ambo focilia simul fr̄ oportet ū
sit extensio uehementior ualde. ⁊
modus restaurationis fracture
brachij in omnib; ē sicut in frac
tura diximus adiutorij. ⁊ de cō
suetudine brachij est qn̄ fran
gitur ut sex aministrent' astel
le siue sit fractura in uno focili
siue in duob;. ⁊ sit astella que po
nitur sup fracturā latior ⁊ firmi
or parump. ⁊ tu scis iam illud
qd' diximus de quantitate strī
gendi ligaturam sermone uni
uersali uidelicet ut sit strictura
sup locum fracture uehemētior.
et quāto ligatura ad superiorem
partem fracture ul' ad inferio
rem tendit eo amplius relaxet'
utilitas quidem intentiōis huī'
est ut a membro leso materia
sanguinis expellatur ut nō fiat
aq̄ā. qn̄ uō amas ut sanguis i
ad fracturam trahatur p nutri
mento extremitates ligature
uehementius ⁊ strictius ligentū.

Et quādo apparet in figā mēbri
aliqd ossis frustulū non separa
tum tūc stude in reductione ei
ad locum suū sm uirtutē tuā.
Qđ si frustum separatum fuerit
et cutem pūgit ⁊ nō ē fiducia
in restauratione ei tūc necesse
est ut incidatur sup ipm ⁊ extra
hatur. Verum oportet te ēē sol
licitum circa ea que accidunt
cum fractura ⁊ post ipm aliq
accidant nocumenta et ex eis
est sicut uulnus ⁊ fluxus sanguinis
et attritio ⁊ apā ⁊ dolor nocumē.
et pruritus ⁊ superfluitas pori
et minoratio eius in necessa q
titate ⁊ silia his. ⁊ nos qđē iam
pmisimus smonē ex eis i locis
suis sm complementum qđ suf
ficiat illud ad presens ⁊ opōtet
itm ut suspendatur manus i
firmi angulariter ad collum ei.
⁊ sit longitudo ligamenti cum
quo fit suspensio sm quanti
tatem que totum brachiū cō
prehendat. qm si fractura tm
subsidentatur ⁊ ptes reliquie ne
gligantur membrū a tortuosi
tate nō euacuabr penitus ⁊ custo
diat se infirmus ab oī motu ante
quā brachiū confortetur. ⁊ sit
eius dormitio sup dorsum suū.
dixerunt qđ fractura hec i. xxx.
restauratur dieb ⁊ qnq in. xx.
et. viij. et hoc est sm dispositio
nem complexionū ⁊ dispositionē
uirtutis. De fractura coxe.

Coxa cum frangitur nō occulta
tur sensui. ⁊ dixerūt qđ conuer
titur ad interiorem ⁊ exteriorē
ptem qm os eius ē latū per na
turam. restauratio uō eius est
sm hūc modum. et est ut iace
ceat infirmus sr faciem suā extensus.
tensus. deinde extendatur mē
brum ex utraq pte cum ligami
tis aut alijs spēb extensionis
a duob ministris non solum
cum facilitate imo cū fortitu
dine aliqua ⁊ medicus equet
fracturā cum manib suis equati
one ultima. ⁊ si inueneris fru
stra ossium pungētia fac illud
qđ diximus multociens de re
ductione ad locum suū aut de
extractione si illud nō fuerit
possibile. deinde ligetur liga
tura decenti. ⁊ regimen curati
onis est ei sicut in adiutorio ē
ostensum. inquit auic. qđ ille
cuius coxa aut ancha fracta fue
rit parum denudabitur a clau
dicatione. ⁊ ppē illud adhibent
studium ⁊ ingeniū cum ādmi
nistratione ligamentoꝝ. et forta
se qm fractura est ualde magna
componitur sup inuolutiones ta
bulas magnas que capiant
longitudinē pedis ⁊ nō opōtet
ut abreuietur ex hoc neq etiā
plongentur. et utilitas istarū
tabularū est ut sana pars pedi
phibeatur a motu qm est noci
uus ⁊ precipue apud somnum.
et oportet ut fugias opationē
hanc qm timetur ex apostema
te imo oportet qm accidit apā
ut soluas mēbrum. ⁊ cures ipm
cum eo qđ scíuisti. Et itm opor
tet qđ abhorreas administrati
onem pecioꝝ instrumentoꝝ qm
est apud te modus alioꝝ ingeni
oꝝ qm est grauitas ⁊ labor sup
infirmum. inquiunt coxa robo
ratur in quīquagīta dieb aut
parum minus uel parum plus.

Inquit uero. De fractura cruris.

In crure sunt duo ossa. quorum unum est magnum et nominatur crus. et alterum est paruum et focile nominatur. et fortasse frangitur unum eorum tantum. et fortasse franguntur ambo simul. et quando frangitur os paruum sanius est eius restauratio facilior et securior. quod si frangatur os magnum et sit eius inclinatio ad partem interiorem. et fractura ossis magni replicatur ad exteriora. et quando ambo ossa simul franguntur est deterius et tunc conuertitur crus ad omnem partem. et est res que non occultatur tibi. Curatio uero fracture cruris est secundum similitudinem fracture brachii ex eo quod species istarum fracturarum assimilantur adinuicem. Ueruntamen albucasim addit operationem quandam in crure uidelicet ut componuntur tabule due decenter secundum longitudinem cruris a genu usque ad inferius pedis. et ponatur una ab una parte cruris et alia ab altera. deinde ligentur in tribus locis. scilicet in duabus extremitatibus et in medio. et utilitas huiusmodi tabularum est utilitas quam diximus in tabulis que componuntur in fractura coxe. Inquit etiam et iam administretur conabulum ex ligno secundum longitudinem cruris in quo crus locatur ut conseruetur a motu. Et scias quod licet sermonem particularem non fecerim in curatione omnium specierum fracturarum. has tamen species de quibus locutus sum aliis exemplum posui quare oportet ut restaurator in restauratione aliarum specierum ab istis sermonem accipiat et illud quod diuisum est ab eis secundum ingenium rectificet donec compleatur desiderium ex eis quibus indiget in illo.

Capitulum .xx. de dislocatione iuncturarum. et de sermone uniuersali in dislocatione.

Dislocatio est separatio uel elocatio iuncturarum a loco suo quare prohibetur motus earum. et figura membri fedatur. et significatio dislocationis uniuersalis est concauitas insolita ex una parte et ex altera eminentia et fit cum hoc motus membri difficilis. cum ergo accidit alicui dislocatio tunc oportet te in primis considerare an sit simplex an sit composita cum alia egritudine ut cum ulcere aut uulnere uel apostemate calido. Quod si fuerit simplex non est excusatio quin uelocius reducatur antequam locus apostemetur. Si uero composita fuerit tunc non oportet ut fiat eius reductio immo curetur egritudo cum qua composita est dislocatio. nam si fieret reductio illa egritudine non curata forte spasmus super infirmum accideret. Uerumtamen huiusmodi sermo non est absolutus quod est sicut testificatur auicenna. quando dislocatio est ex illis que redeunt cum extensione faciliter ex qua uehemens non generatur dolor licet sit composita ad suum situm reduci potest. deinde regimen uulneris uel apostematis administretur sicut factum est in fracturis. et de iuncturis quidem sunt faciles dislocationis sicut iunctura manus et digitorum. et de his sunt difficiles dis

locationis sunt

locationis sicut iunctura cubiti.
Jnquit facilitas reductionis est
secundum quantitatem facilitatis dislo
cationis. et difficultas eius est secundum
difficultatem ipsius. et deterior dis
locationum est illa cum qua fran
guntur capita ossium iuncturarum
quoniam secundum plurimum ad suam na
turalem dispositionem non redit.

De dislocatione mandibule.

Dislocatio mandibule raro acci
dit. et significatio eius est inequa
tio dentium inferiorum cum superi
oribus. os etiam non potest claudi.
sermoque impeditur. eius uero ten
sio et reductio fit secundum hunc mo
dum. et est ut ambo capita i
mandibularum sub auribus acci
piantur si in utraque parte fuit
dislocatio. aut unum caput acci
piatur tantum si in una parte disloca
tio fuit. deinde a dexterius cum
facilitate ducatur donec reduc
tio compleatur secundum naturam
suam. cuius significatio est equa
tio dentium et oris clausura.
deinde ponantur desubtus pul
uilli de panno incerato. quod fit
ex cera et oleo ro. madefacti et li
getur faciliter cum ligamento
leni cuius figura tendat supe
rius. et sit cibus infirmi sor
bilis et lenis ut non indigeat in
masticatione donec remouea
tur dolor et nodetur mandibula.
et quia dislocatio mandibule non
obedit propter duriciem que iam
accidit ei ex tarditate. tunc ergo
oportet ut linias locum cum oleo
uiolarum in balneo et embroces ipsum
ex aqua calida embrocatione
plurima donec lenificetur du
ricies. deinde fiat restauratio
sicut diximus. ueruntamen scias
quod quando dislocatur utraque man
dibula simul oportet ut in ipsa
hora reductio fiat. alioquin pes
sima superueniet nocumenta sicut
febris inseparabilis et dolor capi
tis assiduus. et illud est propter ni
miam extensionem lacertorum
et fortasse accidit ut soluatur
uenter infirmi et euomat co
leram puram et tunc multotiens
in die moritur decimo.

De dislocatione humeri.

Dixerunt
sapientes quod humerus dislo
catur secundum tres modos. quorum unus
est ad partem superiorem. secundus est ad
partem anteriorem. Et tertius est
ad partem inferiorem uersus ti
tillicum. ad partem autem posterio
rem numquam dislocatur. et illud est
propter spatule prohibitionem. Ve
runtamen scias quod raro disloca
tur ad superiora propter eminentiam
ipsius. et fit etiam illud raro ad
anteriorem propter prohibitionem
neruorum. et plurimum eius est ut
dislocetur ad inferiora et preci
pue in macilentis quoniam fit illud
in eis uelociter. Jn pinguibus uero
fit ualde raro. et istius disloca
tionis significatio est rotunda
eminentia sub ascella. concaui
tas in capite humeri diuersitas
inter humerum dislocatum et sanum.
et impossibile est infirmo ma
num suam ad aurem erigere. et
fit eius motus difficilis ualde.
oportet ergo in eius reductione ut
minister tuus eleuet manum
infirmi ad superiora. deinde pone
pollices tuos uel pugillum sub
ascella eius et eleua iuncturam
uehementer superius donec ad locum

proprium reducatur. et minister
eleuet manum infirmi et exten
dat eam sursum. deinde ponat
eam inferius et hoc quidem redi
bit velociter precipue si patiens fuerit
puer ac dislocatio recens. Si
vero res vehementior fuerit ita quod si
secundum hunc modum reduci non
poterit quoniam iam sunt dies plures quod
accidit. tunc fomententur in pri
mis locus cum aqua calida in
qua cocte sunt herbe mollifican
tes. sicut malua. folia uiolarum
radix altee mellilotum et similia
his. deinde resupinetur infirmus
super dorsum suum et restaurator in
tromittat pedem suum in latere
eius et locet calcaneum prope ca
put adiutorii. deinde accipiat
manum infirmi manibus suis
et extendat eam secundum rectitudi
nem ac si vellet eam a spatula
separare. et inclinet manum suam
parumper versus ventrem et mi
nister unus caput infirmi te
neat ut non moueatur. sicque di
locatio cum velocitate redibit.
Vel fiat alio modo. Inueniatur
aliquis vir fortis qui sit longi
or infirmo et intromittat hu
merum suum sub ascella eius ex illo
latere in quo est infirmitas.
et eleuet ascellam cum fortitu
dine ad superiora donec totus in
firmus suspendatur in aere. et a
liis sit qui manum eius trahat
ad inferiora versus ipsius. quod
si infirmus fuerit leuis opor
tet ut suspendatur cum eo ali
qua res ut grauetur ex ea. ex hoc
namque reductio statim fiet. et
Et quandoque reducitur secundum hunc mo
dum. et est ut ponas adiutori

um super gradum scale qui iam in
uolutus est pannis lenibus. deinde
extendatur manus infirmi ad
inferiora ab uno latere et exten
datur corpus fortiter ab alio latere.
et sic dislocatio ad locum redibit
proprium. veruntamen oportet ut
locetur gradus scale prope caput in
adiutorii antequam fiat extensio quoniam
timetur ex hoc fractura et iam
reducatur. et cum modis aliis si
milibus istis quos me narrare
non licet ne librum faciant tedi
osum propter longitudinem sermo
nis. Cum autem dislocatio redit
ad locum suum ponatur sub titil
lico pila ex lana vel corius aut
pannus. deinde ponatur emplastrum
ex puluere molendini preparatum
cum albumine oui et olibano.
et reuoluatur super humerum to
tum. deinde ligetur ligatura de
centi. et oportet ut manus infir
mi ligetur ad collum. et sit ab
eius in primis paucus donec mem
brum aliquantulum confortetur deinde
augmentabis ipsum et usque ad sep
timum diem non expedit soluere
ligaturam. et si dislocatio fuerit
propter humiditatem vel aliam causam
tunc utaris cautio. quod si accidit
post sanationem eius grauitas in mem
bro et tarditas in motu suo opor
tet ut balneetur infirmus multo
tiens donec leuiatur grauitas
et redeat ad naturam eius pristinam.

De cura dislocationis cubiti.

Dislocatio cubiti omnibus aliis dif
ficilior fit. et similiter eius reductio
et illud propter vehementiam ligamen
torum que continent ipsum et eorum
breuitatem. et etiam propter contra
rietatem sue concauitatis. et

fit huiusmodi dislocatio ad omnes
partes et precipue ad partem posteri
orem et ad anteriorem. et deterior
et gravior eius est que accidit ad
posteriora propter inobedientiam car
nis. et significatio huius disloca
tionis est satis manifesta ex eo
quod apparet gibbositas in uno la
tere et concavitas ex altero. et non
est possibile ut infirmus dupli
cet brachium. neque potest cum eo
suum tangere humerum. et decla
rat illud etiam tibi manifeste
diversitas inter cubitum dislocatum
et sanum quando coniungis eos. et non
oportet ut tardetur ei curatio
quousque supervenerit apostema calidum
immo oportet ut festines statim.
nam apostema properat ad hunc locum
propter vehementiam doloris quod propter
quam accidit sit eius reductio diffi
cilis valde. et fortasse non recipit
sanitatem omnino precipue si fue
rit dislocatio ad posteriora et
fortasse moritur infirmus ex ea
propter gravitatem doloris. Cum
ergo dislocatio fuerit parva tunc
cum parva reducitur extensi
one. et est ut minister unus te
neat humerum infirmi. et alter
teneat brachium et extendat il
lud. deinde ponat restaurator
manus suas super cubitum et im
primat iuncturam cum pollicibus
suis aut cum radice palme su
e donec ad suum redibit locum. et
si fuerit dislocatio ad interiora tunc
reducatur sicut dicit ypocras. vide
licet ut brachium a duobus mi
nistris sicut diximus extenda
tur. deinde duplicetur manus
cum manu donec humerus per
cuciatur a palma. sic enim ad
equabitur statim. Quod si fuerit ad
posteriora et non obedit tunc neces
se est ut extendatur brachium
extensione vehementi et revolva
tur ad omnem partem. et ungat re
staurator manus suas cum oleo
aliquo ut sit illud adiutorium
in lubricitate. deinde imprimat
iuncturam cum impressione
vehementi donec ingrediatur. de
inde stringatur cum emplastro re
staurativo sicut oportet. et sit bra
chium infirmi suspensum ad
collum eius et dimittatur diebus a
liquot. deinde solvatur. et si co
gnoveris iuncturam firmatam
esse in loco suo tunc solve ligaturam
et dimitte ipsum. et si non itera
emplastrum et ligaturam donec fir
metur. et si post sanationem eius
accidit gravitas et tarditas in
iunctura apud motum suum. tunc
humectetur locus in balneo et
fricetur cum levitate donec li
niatur. et si amas suppone se
pum arietis cum butiro tempe
rate calefactionis et portet ipsum
cum in balneum et post ipsum.

De dislocatione iuncture manus.

Cum accidit ut iunctura manus
dislocetur eius reductio faci
lis est. extendat igitur minister bra
chium istius posteriora et medi
cus extendat manum istius contra
rium illius partis. scilicet istius anteri
ora. et extendat etiam unumquemque di
gitum incipiens a pollice et per
veniens ad minorem quousque sic equa
tur. et tamen est modus alius ut po
natur iunctura manus super ali
quam tabulam et extendat mini
ster manum illam extensione de
centi. deinde ponat medicus

palmam suam super eminentiam
iuncture et comprimat donec fiat e-
ius reductio naturalis. deinde
stringatur cum emplastro et dimit-
tatur aliquibus diebus. postea sol-
uatur et dimittatur et moueatur
manus. et si est in motu eius pri-
uatio aut est in ea grauitas tunc
cum aqua calida fomentetur et
fricetur donec leniatur.

De dislocatione digitorum.

Quando dislocatur aliquis digito-
rum manus tunc reducatur secundum
hunc modum. et est ut extendatur
digitus et impellatur eminen-
tia cum pollicibus donec refor-
metur secundum figuram naturalem.
Et fit quidem secundum hunc modum
reductio dislocationis digitorum
pedum.

De dislocatione spondilium.

Dislocatio spondilium est
ualde timorosa et precipue si fu-
erit completa infirmus procul
dubio morietur propter coartationem
nuche. et significatio eius est
emissio egestionis et urine absque
uoluntate quod procedit ex debilita-
te lacertorum uesice et ani. et quoniam
debilitantur quedam membra
sicut brachium et crura et pedes.
et si est prima spondilis colli que
sequitur nucha priuat anelitum
animalis et moritur statim. Cum
ergo fuerit dislocatio in spondilibus
colli tunc extendatur caput in-
firmi faciliter ad superiora. dein-
de equetur spondilis cum compres-
sione necessaria. et cum fuerit restric-
tura in loco suo ponatur super
ipsum emplastrum restaurativum et
positis puluillis stringe super a-
stellam secundum latitudinem et lon-
gitudinem colli. et liga eam ad
caput et adiutorium ne forte mo-
ueatur a loco suo. et fila cum quibus
stringitur non sint rotunda quoniam
ledunt immo sint ex latibus pannorum.
Si uero fuerit dislocatio in spon-
dilibus dorsi tunc considera ad quam
partem mutatur. quoniam possibile est
ut fiat uersus quatuor partes. Quod
si fiat uersus partem interiorem
apud pectus non est ingenium
in eius curatione. quoniam nec sana-
tio. et similiter in illa que fit uersus
duo latera. illa autem que fit uer-
sus posteriora dicitur gibbositas
que si fuerit a pueritia non cura-
tur neque sanatur omnino. immo cura-
tio eius ut testificatus est ypo-
cras aut est mors aut est mor-
bus. Verum illa que accidit ex
casu uel percussione et similibus cu-
ratur. fiat ergo sicut dicit ypocras
et est ut infirmus sit prostratus
super uentrem suum. et sit sub eo ali-
quod humidum ne pectus eius le-
datur et restaurator stet super eum
cum calcaneis suis et impellat
eminentiam ossis adiutorio ad
donec redeat ad locum suum.
aut ponat palmas suas super spon-
dile et imprimat fortiter donec
redeat. aut ponat super eam ta-
bulam et super tabulam ponat pe-
des suos et comprimat donec
reformetur secundum naturam suam.
Quod si secundum hunc modum reduci
non poterit tunc accipiatur tabu-
la equalis mensure et ponatur
una eius extremitatum in forami-
ne quod fecisti in pariete iuxta
quem est infirmus prostratus et
medium locetur supra gibbosi-
tatem. et ponat restaurator pe-
des suos super aliam extremi-

tatem ⁊ comprimat donec redu
catur spondile. deinde post equa
tionem ponatur emplastrum ⁊ positis
pulvillis de stupa supponatur
astella lata secundum quantitatem
trium digitorum vel longa secundum
quantitatem que capiat gibossi
tatem ⁊ aliquid ex parte sana. de
inde ligetur cum ligatura decenti.
et si remanserit aliquid gibossita
tis in loco post restaurationem
tunc necessarium est uti medici
nis mollificativis ⁊ lenitivis
tempore pluri cum appositione astel
le quam diximus. ⁊ ex omnibus quod
sunt qui utuntur in hoc lamina
plumbi. **De dislocatione an[che]**

Dislocatio anche iiij. accidit clx.
modis. Quorum unus est ut dislo
cetur ad interiora. Secundus ad exte
riora. Tertius ad anteriora. Quar
tus ad posteriora. ⁊ plurimum
eius est ut dislocetur ad exteri
ora. ⁊ parum dislocatur ad interi
ora. Et significatio dislocatio
nis ad interiora est quoniam quando co
niungis crura infirmi pes dislo
catus longior reperitur. ⁊ genu
quoque eminentius altius. neque est pos
sibile infirmo ut duplicet pe
dem suum versus inguinem ⁊ locus
inguinum est inflatus inflatione
manifesta ex eo quod caput coxe
pervenit ad ipsum. Et significa
tio dislocationis ad exteriora est
secundum contrarietatem illius quod est quia
pes dislocatus abreviatur et
accidit in inguine profunditas.
et in eius opposito eminentia
et genu videtur quasi ad interi
ora declive. Et significatio ad
anteriora est quoniam possibile est ut
infirmus duplicet crus suum

secundum quod vult. Veruntamen non fit
illud absque dolore genu. ⁊ non est
in eo possibilis ambulatio penitus
nisi super calcaneum ⁊ retinetur
urina eius. ⁊ locus inguinum
tumet. Significatio vero ad posteri
ora est quia genu duplicare non
potest nisi prius duplicet ingui
nem pes etiam abreviatur. et in
guine mollificatum apparet
ac caput coxe apud nates ma
nifestabitur. Oportet ergo te in pri
mis considerare antequam venias ad
reductionem huiusmodi dislo
cationis utrum antiqua sit an
recens. Quod si fuerit antiqua tunc
non est in ea curatio penitus. Si
vero recens fuerit curatur. et communis qui
dem curatio que omnibus eis com
petit speciebus est illa quam docuit Ypocras
videlicet ut coxam accipias. et
extendendo volvas iuncturam
dextrorsum ⁊ sinistrorsum donec
ad locum redeat proprium. Et ite
rum est alia curatio communis. ⁊ est
ut minister fortis extendat crus
infirmi ad inferiora cum ma
nibus suis aut cum ligamine
uno ligatur crus eius supra genu.
et sit alius minister qui corpus
firmiter teneat. Deinde posito desub
tus ligamento medicus sit ex u
no latere in quo est infirmitas
et teneat unam extremitatem
ipsius ligamenti. ⁊ sit alius ex alia
parte qui teneat aliam extremita
tem. ⁊ sic ambo equaliter extenden
do stringant iuncturam. medicus tamen
sit sollicitus ex latere suo qua
tinus impellat ipsam pedibus vel
manibus suis donec ad locum pro
prium reducatur. cuius significa
tio est quoniam cum coniungis ambo

crura infirmi ipsam inuicem equalia et possibile est ut suum stringat et suspendat eius. deinde ponatur emplastrum et stringatur sicut oportet. et impera infirmum quietum esse ne ancha moueatur ad aliquam partem et dimittatur usque ad quintum diem uel septimum; deinde solue ligaturam et emplastrum et coniunge crus eius cum altero crure et tunc si uides ipsa equalia iam est dislocatio confirmata. precipe ergo tunc infirmo ut utatur balneo. veruntamen si uides quod dislocatio non firmatur immo mollificatur tunc redeas ad emplastrum et ad stricturam primam usque ad tres dies uel quatuor. deinde soluatur et non sit festinatio in ambulatione immo tarditas per aliquot dies donec bene dislocatio roboretur. Si uero dislocatio fuit ex humiditate phlegmatica que accidit ei tunc ipsi cauterium administra post eius reductionem sicut monstrabitur loco suo.

De dislocatione genu.

Dixerunt sapientes antiqui quod genu dislocatur secundum tres modos. Quorum unus est ad interiora. Secundus ad exteriora. Et tertius est ad posteriora. Ad anteriora uero non dislocatur quia illud est propter rotulam que prohibet hoc. Huius enim dislocationis significatio est quando crus non adheret cum coxa. et reductio eius est eiusque sit modi similis reductioni cubiti et curatio est una quare omnia que diximus in hoc fiant.

De dislocatione calcanei.

Dislocatio calcanei non fit nisi ad partem interiorem aut ad exteriorem. et significatio eius est inflatio calcanei versus partem ad quam declinat. Cum autem remouetur remotione parua. sufficit extensio leuis. et si remouetur remotione magna fortiori indiget extensione. et modus reductionis est ei ut ab imo pes fortiter extendatur et corpus retineatur ab alto. medicusque manibus propriis os ad suum reducat locum. deinde ponatur emplastrum et ligetur firmiter cum ligamento cuius una pars tendat ad pectinem pedis. et alia uadat ad cauillam et ligetur illic. caue autem ne neruus qui est super calcaneum in posteriori parte ledatur ex uehementia ligature et prohibeatur infirmus ab ambulatione diebus xl. ne iterum dissoluatur dislocatio et curatio corrumpatur. Verum si huic membro calidum acciderit apostema tunc cura ipsum cum eo quod conuenit ex curatione sua donec quiescat.

Explicit prima pars huius libri. Incipit secunda.



POSTQUAM Ego brunus longoburgensis in prima parte huius libri de solutione continuitatis tam simplici quam composita secundum omnes eius species tamen ac sufficienter compleui ad curas aliarum infirmitatum tam ab intrinseco quam ab extrinseco consurgentium quantum uidelicet ad cyrurgicum instrumentum dignoscitur expectare duximus



fauoris gratia propono dirigere cur
sum meum et dicam in primis
de passionibus oculorum.

Incipiunt capitula se partis.

Cap. i. de passionibus oculorum.

Passiones oculorum multe
sunt et diuerse. nam ex eis sunt
lacrime. rubedo. et inflatio. et est
pannus uel ungula. et sanguis
qui consurgit ex percussione et
similibus. et sunt similiter alie pas
siones. et ego faciam rememo
rationem uniuscuiusque in hoc ca
pitulo secundum complementum. di
co ergo quod lacrime fiunt secundum duos
modos. quorum unus est a causa
interiori. et secundus est a causa exteriori.
a causa interiori sicut ex humo
ribus aquosis a capite ad oculos
descendentibus. a causa uero exte
riori sicut ex gaudio uel ira et
similibus. quare fit quedam com
pressio in cerebro unde distillat
aqua. Et scias quod fluxus lacrima
fecte digestiōis. imo debet ut te
stitur albucasim cruda existēte
matia pforari. ne pfunditas p
longetur ad interiora ani ⁊ fiat fi
stula. ¶ In exituris uō existentibꝫ
in locis nervosis ⁊ ꝓpinqꝫ iunc
turis nō est pforatio differenda
imo ań maturatiōis ꝯplemen
tum velocit̄ facienda. Si enim
exituras in locis carnosis existē
tes ań complementū digestiōis
pforaueris. cursus uirus ꝓlon
gabitur in eis ⁊ fiet multe sor
dicie. ac fortasse labia indura
buntur ⁊ pfunde. Et exīt̄ sic ꝓpter
tarius digestionē donec comple
atur in hīs que sūt ꝓpe nervos
et iuncturis fiet putrefactō in
ip̄is membris ⁊ fortasse uictuē
ligamen dissolvepietur atqꝫ os
exterius eminebit. hīs ġ omībꝫ
diligentissime obs̄uatis ī loco
magis gyboso et maturiori qđ
tactu digiti cognosceretur si pos
sibile est pforatio fiat et elōge
tur manus tua ab arteriis ue
nis ñuis ⁊ cordis et sit intētio
tua ut pforatio cadat inferius.

et sit s̄m longitudinē corporis.
aut s̄m qđ indiget membrū; qđ
est q͛ omnis pforatio diversa ē
s̄m diu̇sitatem locoꝝ. nam ī oī
bꝫ locis equalibꝫ in quibꝫ non ē
reflexio incisio debet fieī s̄m lon
gitudinē. In illis uō que reflec
tuntur incisio facienda est s̄m
reflexionem illius mēbri fieret
casus supcilij ⁊ similit̄ in mēbris
reflexionis. cuius incessus diu̇
sificatur ab incessu uilloꝝ mu
sculoꝝ suoꝝ. Q uappꝫ nec̄ē est
ut secator fiat anothomiam q̄
est maxima pars huiꝰ artis ne
incidat in errorem ⁊ secet aliqđ
ex nervis ⁊ filibꝫ ⁊ huiꝰmoī qđ
s̄mo est uniu̇salis. verū ego fa
ciam ad p̄sens de incisione exi
turaꝝ s̄monē distinctum ⁊ pā
ticularem s̄m antiquoꝝ doc
trinam. ¶ Cum ġ exitura fuīt
in capite tūc eiꝰ sectio sit equali
.i. s̄m longitudinem. et si pfo
ratio fuerit facienda apud ocu
lum tūc fit s̄m latitudinem
qm̄ situs oculi est latus. et in
naso fit s̄m longitudinē nasi.
et in mandibula s̄m longitu
dinem eius. et ꝓpe aures ⁊ post
aures fiat equalit̄ qm̄ compo
sitio illius loci est equal̄ et cogꝰ
scitur illud in corporibꝫ senum
et in brachiis ⁊ adiutoriis ⁊ cru
ribꝫ ⁊ costis et uirga et testiculi.
et lacertis ventris ⁊ dorso fiat p
foratio s̄m longitudinē et si
milit̄ in manibꝫ ⁊ digitis et
pedibꝫ fit equalis. ¶ In fibascel
lis uero ⁊ inguinibꝫ ⁊ ꝓpe anū
fiat pforatio rotunda. et rotū
da quidem pforatio ē qđ cōpre
hendit aliqđ ex latitudine cuꝫ

longitudine corporis. et quando locus
iste non perforatur sic possibile est
ut coadunetur illic materia propter quod si
nuum et fiat fistula in latere et con-
fiat perforatio secundum latitudinem
quando situs costarum est similiter trans-
versus et perspice semper situm cen-
nis et villorum lacertorum. et cave secundum
fortitudinem virtutis tue ne in-
cidas nervum aut villos lacertorum
aut arteriam vel venam magnam.
Et oportet ut administres in exi-
turis magnis perforationem am-
plam et in parvis parvam. et
si cutis exiturarum fuerit subtili-
ata atque facta sicut pannus. et est quasi
mortificata tunc tenuantur albu-
casim necesse est concavari et oio
incidi quando eius adherentia cum
loco amplius non speratur propter
subtiliationem et corruptionem
suam. Cum autem exitura per
forata fuerit tunc si necesse fuerit
indice intromisso diligenter to-
ta sanies exprimatur. veruntamen
si exitura magna fuerit non est
subito tota eius sanies extrahen-
da. ne propter resolutionem spiritus anima-
lis paciens sincopizet immo pau-
latim expellatur. et maxime si
eger fuerit debilis nature aut se-
nex decrepitus. aut puer parvus
et mulier pregnans. deinde im-
pleatur concavitas tota cum li-
cinio ex veteri coto facto. aut pan-
no lini veteri loco prius diligen-
ter absterso. et si in hora opera-
tionis tue fluxus sanguinis
acciderit tunc administra aquam
frigidam cum aceto aut ovorum
albugine. quod si ex hoc non refre-
natur sanguis tunc recurrendum
est ad remedia que in proprio capi-

tulo continentur. et cave ne aperti-
oni appropinquet aqua aut oleum
vel aliud in quo sit pinguedo. et
fortasse necesse erit tibi mundi-
ficare et abluere locum et tunc fiat
cum aqua et melle. quando de proprieta-
te mellis est ut mundificet et
abluat aut fiat cum melle et vi-
no quando vinum facit adherere sinum
et proprie stipticum. aut cum aceto
et melle. aut mundificetur cum
unguento quod fit ex melle et sarcocol-
la equaliter. et est ut coquatur mel
usque ad spissitudinem. deinde
cum eo sarcocollam pulverica-
tam admisce. et fortasse non est
necesse mundificare et abluere
locum sicut diximus. et tunc oportet
administrare medicinam carnis
generativam donec sanetur locus
et obsuetur ligatura que faciat
adherere sinum sicut dictum
est de ligaturis ulcerum caver-
nosorum. Preterea quando contingit ut
exitura perforetur ante maturatio-
nis complementum propter causas supra
dictas. rectum est ut administres
embroccam ex farina tritici cum
melle et succo apii. quando huiusmodi
embrocca crudam digerit mate-
riam et resolvit saniemque mun-
dificat. Et scias quod hec est vera
cognitio et universalis in regimi-
ne curationis omnium exiturarum
et est secundum viam ratificationis.
observa igitur hoc capitulum secundum pru-
dentiam tuam quando est secretum
magnum. De medicinis vero
aperientibus exituras sunt sicut ra-
dix narcissi et propriie cum aqua et
melle bullita. sed prius quam medi-
camen supponatur considerandus
est locus in quo est perforatio fa-

cienda. aut .r. mell' anacardi. olei
iuni pini. pice liquide an partes eq'
les omia calefiant simul ad ig
donec uniantur. deinde locus p
forandus inungatur rumpet eni
ueloci' exituram. et est huiusmodi
medicamen ab almansore com
positum. aut sumatur fermen
tum et nitrum et sinap. et sterci
columbinu ul' stercus ancipitis
ul' anatis et conficiantur omia
cum uitellis ouorum. aut cum mu
scillagine sinapis ul' nasturtij et
fiat medicam quod e mirabile.
Et ex medicaminibus fortibus est
ut sumantur cantarides et tera
tur cum aceto et oleo uetusto. de
inde calefiant modicu ad igne
et fiat emplm. aut sumatur sa
lis armoiaci ul' sal' nitri et flor'
eris an partes equales. deinde
terantur et conficiantur cu mel
le et oleo ueteri. Cap. vij. de scro
phulis et aliis superfluitatibus q
Scrophule in partibus assimilant' eis.
colli et subascellarum et inguinum
ex indigestionis malicia et fa
stidio generant'. et no dicunt'
scrophule ut aiunt. aut nisi quia
multum accidunt porcis propter
gulositatem eorum. aut propterea quia e
arum figura sm plurimu as
similatur porcis. aut quia ex una
succedunt fortasse plures. Et
generantur etiam post scrophulas
alie superfluitates in corpore que
eis assimilant'. s. glandula. no
dus. testudo. bubo. botiu. et can
cer que omnia differunt inter
se. et eorum quidem differa ut que
renti sufficiat. super illud quod uult
ex eis ad presens latere nolo. di
co ergo quod scrophule differunt
a glandulis. quoniam scrophule mul'
te simul existunt et non sunt se
parate a carne imo inuoluunt'
et neque dolore priuantur. Glan
dule uero sunt pauce in numero et cum
tanguntur no dolent. neque etia
tactu durit' s; leuiter ad illam par
tem ducuntur ac si essent a corpo
re separate. quia neque radicem
neque principiu habent in corpore.
generantur aut in glandul' prin
cipalit' flegma secundario me
lancolia. Nodus differt ab
omnibus quoniam sm plurimu accidit
in membris duris. ut in dorso
manus et pedibus. et quandoque etiam
accidit in curuaturis iunctu
rarum carens omni dolore. et est ro
tundus atque durior omnibus licet
cancer sit durior eo. Testudo
etiam differt ab omnibus supra
dictis quoniam maior et mollior e. cu
maior pars generationis eius sit
flegma. et minor melia. Bub
bo ab omnibus differt. quoniam no est
separatus a carne imo uehem
ter inuolutus sic cancer. et no
nascitur in aliis locis nisi in sub
ascellis et inguinibus. dicit' aut
bubo ad similitudine cuiusdam
auis que sic uocatur. quia sicut
illa auis grossum caput habere
uidetur et in nocte uolat. et in die
in cauernis degit. ita etia hoc
apostema quasi eminentiam quandam
loco capitis optinet. et in obscu
ris et intricatis locis sicut in sub
ascellis et inguinibus nascit' ut
dictum est. Botium differt sili'
ab omnibus quoniam semp fit in gula
et crescit et augetur plus aliis. et
generatio uero eius e carnositas
flatica que ex reumate a cere

bro descendit ad gulam ꝛ ꝯtin
git hoc sepe fieri in regionibꝫ
in quibꝫ est aqua multe grossi
ciei ꝛ multe uiscositatis qua
pacientes utuntur ꝛ ꝓpriue ab
suꝫ uino .s. in calabria huiu
modi egritudo multiplicatur
ꝓpter grossiciem ꝛ uiscositatem
aque. Et scias qđ ex his omibꝫ
superfluitatibꝫ supradcis que du
riores sũt magis comprehendũt
de melia. ꝛ que fluxiores .s. fleg
mate. ꝛ ex eis sũt in quibꝫ ẽ de
matia sanguinea ꝛ apparet in
eis rubor ꝛ dolor sentitur forti
or q̃ in aliis. que ẽ sepius fac
iunt collectionem saniei. Ca
ceri aũt differẽ in ꝓprio capitlo
requiratur. ꝛ nũc ad curam p̃
dcarum superfluitatũ particu
lari descendamus. et primo
de scrophulis s̃monẽ incipiam.

De cura scrophulaꝝ sine incisiõe.

In curatioẽ scrophulaꝝ omnes
conuenerũt ueteres ut in prin
cipio corpꝰ euacuetur ꝛ subtilie
tur regimẽ. et euacuatio quidẽ
corporis facienda ẽ duobꝫ mo
dis. s. ꝑ uentris solutionem ꝛ
flobotomiam. et ꝓpter soluatur uenter
cum eo qđ educit flã grossam
sicut ẽ puluis qui fit ex turbit.
ꝛ zinẑ. ꝛ cetera. quemadmodum dcm
est in capitulo fistulaꝝ. quia
ut dicit auic. neq; calefacit ne
q; intestina excoriat. ꝛ de euacu
atione ẽ laudabilis ẽ uomitus ꝛ
flobotomia conuenit ut fiat ex ce
phalica. Subtiliatio uero regi
minis ẽ ut infirmus abstine
at a repletione. imo q̃tũ plu
pt̃ famem paciatur. neq; cibũ
grossum neq; aquã bibat. ꝯio ꝛ

abstineat ẽ a locutioẽ superfluari
sũ ꝛ filiis. qm̃ ex hoc trahit ma
teriam magis ad locum. et euitet
q̃tum potest ne ei caput grauet̃
dolore. et cum dormit sit ei pul
uinar planum sub capite suo
et nõ altum. Inquit q' appositõ
uentosaꝝ ẽ inconueniens paci
entibꝫ scrofulas s̃m plurimũ qm̃
non est possibile ut euacuet̃ m̃.
pulsõ que est in scrofulis immo
fortasse trahit ad ipsas ꝛ ingros
sat eas ex eo qđ extrahit̃ de san
guine subtili. Cum aũt hec
fcã fuerint redeundũ est ad loca
lia. et curatio localis est cũ eo
qđ agregat resolutionẽ ꝛ mol
lificationem simul. sicut ẽ mu
scillago maluauisci. feni greci.
ꝛ seminis lini. ꝛ radic lilij. ꝛ cõs
medulle ꝛ adeps. ꝛ de adipibus
utilior ẽ adeps ursi. ꝛ leonis. ta
xi. lupi. ꝛ uulpis. ꝛ ex eis que for
tius resoluũt ꝛ lenificãt sũt
sicut armoniacũ. bdellium. gal
banũ. storax. mastix. ꝛ laudanũ.
et nõ oportet ut ãministretur
illud qđ resoluit cũ exsiccatione
tm̃. ne sicut iam dictum ẽ mate
ria indurretur ꝑ resolutionem
subtil. ꝛ exsiccationẽ grossi. immo
est ei necessaria lenificatio ut
leniatur grossum donẽ obediat
resolutioni. uerũtm̃ qm̃ egritu
do est in uia resolutõis facienda
est additio resolutiuoꝝ ꝛ fortas
se te fiũt singularia pura. ꝯind'
si dubitas ex ipsoꝝ resolutione
ne id qđ est subtile resoluatur
ꝛ qđ est grossum lapis fiat. itm
ad lenificantia reuertaris. ꝛ tã
diu sic facias. s. mollificando ꝛ
resoluendo donec tuũ ꝯsequaris.

effectum. et ego ueniam ad presens
cum narratione medicinarum compo
sitarum quas solummodo usu lon
go probaui. et ex eis est hoc emplastrum
probatissimum ualde resoluens du
ritiem in ebdomada aut in tribus
diebus quod narrauit G. in cathage
nis. R. sinapi. sem. urtice. sulfur.
spumam maris. aristologiam. bdelli
um. armoniacum. olim antiquum
et ceram et fiat ex eis emplastrum.

Item unguentum dyaquilon bonum
quod antiqui composuerunt. R. litar
giri triti ℥. i. et in patella locetur
cui addantur ℥. ii. et ß. olei ueteris
et simul agitentur. deinde lente
ignis sub eis fiat et coquatur do
nec totum resoluatur litargirum.
deinde mussillaginis maluauisci
℥. i. mussillaginis seminis lini.
et fenugreci. ana ℥. ii. sumantur
et predictis adiungantur post hoc
totum agitandum donec incros
setur coquatur. cum autem cocta
fuerint deponatur ab igne. agi
tatio tamen non pretermittatur et ten
dendo postea malaxetur donec
crossitiem et uiscositatem acquirat.
deinde recondatur et usui reserue
tur. Item. R. picis liquide. olei
antiqui. fimi columbini. alu
minis zamei. radicum capparis. et
adipis porci omnium ana partes
equales. deinde agregentur omnia
cum melle super ignem et fiat
emplastrum quod est mirabile. Item
aliud. R. fenugreci partes quatuor
calcis uiue. ana partem i. uniantur
cum melle et fiat emplastrum. Item
R. farine hordei. farine fabarum
stercoris caprarum antiqui ana ℥.
ii. adipis porci ℥. ß. et conficiantur
omnia cum melle et urina pue
ri uel aceto. et item stercus capra
rum solum cum melle et aceto con
fectum est bonum. et similiter stercus
ouium. Item emplastrum bonum
et probatum in omnibus apostematibus durum.
R. armoniaci. bdellii. et galbani
equaliter. et in aceto forti per triduum
dissoluantur. deinde adde furfur et
fiat emplastrum. aut fiat illud cum solo
armoniaco sicut diximus et iam
dixit Auic. quod est emplastrum mira
bile illud quod fit ex radicibus lilii
et semine lini et fimo columbino quan
do conficiatur cum uino. Si autem hiis
pactis patiens non liberabitur tunc
non est fiducia nisi ut ferro cure
tur. set ad hoc peritus medicus
est maxime necessarius et proprie
quando scrofule sunt in partibus col
li. quoniam iam uidi multos scrophu
las patientes mortificari ex ope
ratione stolidorum in hiis locis et
iam narrarem tibi illud ad presens
ut esset adiutorium apud scientiam
tuam nisi quia timeo prolixitatem
sermonis. Verum ostendam nunc tibi
modum operationis in incisione scro
phularum breuiter.

De cura scrophularum cum incisione.

Ipse primus accipe scro
phulam cum una ma
nuum tuarum et firmiter ipsam
teneas. deinde incide pelliculam
super ipsam secundum modum equalem
scilicet secundum longitudinem corporis ca
ue tamen ne pertranseat incisio ultra
terminum pellicule. et incidatur sa
culum scrophule. nam si incisus
fuerit erit extractio eius difficilis
ualde. deinde extende labia uul
neris lateris cum uncinis et per
fecte ab omni circuitu excoria. de
inde apprehensa scrophula cum un
cino foras aliquod frustulum ex ea

vl' de sacculo eius aut aliqua ex
scrophulis paruis diligenter est
pscrutandum. Q'd si remãserit
iterum aliquid extrahe. Verum
si sanguis impedit opationem
tuam tũc imple uulnus ex me
dicinis abscidentib' ipm. deĩn
refrenato sanguine redeas ad
opationem tuam donec comple
atur. et si adultimũ remãserit
aliqd de scrophula ad q'd non ẽ
possibilis iteratio pp magnitu
dinem ipius scrophule in pñ
cipio aut pp timorem ñui uel
arterie tunc pone medicamẽ
acutum ⁊ corrosiuũ donec putre
fiat et cõsumatur q'd est quia
nisi extrahatur scrophula cũ
integritate sui et pãniculi eius
aut destruatur residuum cum
medicamine acuto egritudo pr
culdubio reuertetur. deinde post
ãministratiõem medicaminis
acuti ãministra butyrũ donec
escara cadat in pus. ⁊ loco puri
ficato ut uulnus consolidetur
studium impendatur. Et scias q'
ex hoĩb' sũt qui magis uolũt
sufferre egritudinem hanc q̃
ut exponant se medicamti ppter
orribilitatem ferri aut q̃a nõ
reperiunt medicum discretum.
Illis aũt qui ferrum aborrẽt
fiat opatio talis. et est ũ p̃mo
ponatur aliqd' ruptoriũ donec
excorietur cutis sicut est sterc'
columbinũ cum cantaridib'
tritis et cõfectis cum aceto. de
inde ponatur medicamẽ acutũ
putrefactiuũ et cõsumptiuum.
sicut est calx uiua ⁊ cinis cum
sapone ul' aqua eius ⁊ similia.
et iam pbatum ẽ huiũmoĩ me
dicamen. Rx. calcis uiue ℥. ij. ãse
nici citrini ℥. ij. realgar ℥. s. dĩn
conficiantur cũ melle ⁊ fiat me
dicamẽ ⁊ fcã ruptura cutis pone
ex eo q̃ntum sufficit. ⁊ sis sollicit'
ad defensionem locoꝝ circũstan
tium cum reb' frĩs ⁊ ne medi
camen moueatur ad aliquã par
tem et comburat ubi non ẽ nec
cesse. circumda ipm cũ cera ul' pa
sta ⁊ similib'. Veruntamẽ qñ scro
phula fuerit ãnexa neruis et
arteriis aut ueniis tũc nõ est ei
curatio cum medicamĩb' istis
⁊ similib' neq' cum ferro peni
tus qm nõ est possibile ut eradi
cetur absq' lesiõe mẽbroꝝ. Cum
aũt scrophula putrefacta et cõ
sũpta fuit succurrend' ẽ cũ bu
tyro donec cadat in pus. Et opor
tet ut sit cautela magna circa
necessariam q̃ntitatem acuti
medicaminis apponẽdi. quã
titas enĩ necessaria nõ est det'
minata. s3 illud est in usu ⁊ discre
tione medici ut cognoscat locũ
⁊ dispositionẽ egritudinis et
acuitatem medicaminis ⁊ si
milia. et saluius quidẽ est ut
fiat iterum appositio medica
minis q̃ eius supfluitas. Vel
totiens aũt inueniens aliquã
scrophulam ex illis maxime
in quib' ẽ de matia sanguinea
que uult ad saniem deuenire.
et tũc curatio ei' est maturatio
cum eo q'd est sicut semen lini et
fenugrecũ ⁊ similia. deĩn necce
est pforari in loco magis depres
so et maturiori sicut narratum
est in capitulo exituraꝝ. atq'
saniem exprimi diligenter. de
inde intromittatur licinium

intinctum in acuto medicamine donec eius residuum corrodatur. Et inde subueniendum est cum butyro curetur que uulnus cum reliqua curatione uulnerum donec sanetur.

De cura glandularum et nodorum.

Curatio glandularum et nodorum per incisionem non differt ab eo quod narratum est de incisione scrophularum. et propter hoc non est necessaria eius rememoratio in hoc loco. In curatione uero glandularum non est intentio alia nisi abscisio et extractio. ueruntamen curatio nodorum quandoque completur absque incisione. et huiusmodi quidem curatio ad presens non est pretermittenda et est ut fiat compressio uehemens super nodum donec penitus destruatur ita uidelicet ut locus uideatur uacuus equalis deinde fiat emplastrum ex rebus stipticis et supponatur et ex eis sunt sicut aloes. accatia. mirra. olibanum. sarcocolla et similia. et qualitas conficiendi emplastrum ex eis est ut terantur et conficiatur cum albugine oui et aceto. deinde stringatur locus strictura uehementi et sic pluribus dimittatur diebus. deinde soluatur et renouetur emplastrum. et fac illud donec remoueatur nodositas aut ponatur lamina plumbi super ipsam nodositatem et stringatur sicut diximus uehementer. et sic etiam pluribus dimittatur diebus. et sola namque loci euacuatione non fit securitas quin quandoque redeat egritudo ideoque post illud administratio stipticorum fuit necessaria quoniam ipsa prohibet reditum.

De cura testudinis.

Intentio curationis testudinis non est nisi incisio et extractio aut perforatio tamen cum est exitus que continent humiditatem ad hoc ut sanies educatur. Et scias quod testudo continetur in saculo sicut scrophula et glandula quare diligenter inuestigandum est ne aliquid ex eo remaneat quoniam egritudo rediret aut pone medicamen acutum donec penitus corrodatur. Multociens autem fiunt in cute capitis apostemata quedam que aliquando sunt dura sicut lapis et tunc sunt de genere nodorum. et aliquando sunt mollia et tunc proprie sunt testudines. et parum quidem fiunt testudines in locis aliis nisi in cute capitis et omnia quidem apostemata que fiunt in capite tam si sint dura lapidea quam mollia carnosa uel piguia debent incidi secundum formam crucis ut facilius possint excoriari preter ea que ex eis continent humiditatem. et illa que accidunt post aurem quorum incisio superficialis fiat et ex eis que facilius conuertuntur ad saniem sunt ea que accidunt in capite puerorum. et hoc propter habundantiam sanguinis et fluxibilitatem cutis.

De cura bubonis.

Iam scuisti supra quod bubo non nascitur nisi in subascellis et inguinibus. et nunc necesse est scias eius curationem secundum complementum. et bubo quidem est dura magna et profunda agregatio materiei expulse a principalibus membris cum calitate adurente. Curatio quidem eius est ut ante omnia corpus mundificetur. regimenque subtilietur et minoretur. et euacuatio quidem facienda est per solutionem uentris et flebotomiam. et

ouenit ut fiat flomia de uena
basilica manus apposite deinde
ad locum reuitaris. et aministra
resolutiua mollificatiua. et quia
resoluit ipsum solum oleum tepidum
et mitigat eius dolorem. aut fit
embrocatio ex a farina ordei. et
non oportet ut aministretur re
percussiuum omnino ne materia rede
at ad membra principalia et fi
at causa maioris nocumenti
neque oportet ut administretur
resolutiua nisi prius corpus si
cut diximus mundificetur: quoniam
timetur ne fiat atractio plurime
materiei ad locum. Quod si post hec
non resoluitur materia immo auge
tur caliditas et pulsatio tunc
scias quod sanies aggregatur: necesse
est ergo maturatiua administrare
deinde perforetur locus perforatione
ne lunari. siue rotunda quem
admodum dictum est in capitulo exi
turarum et curetur donec sanetur.
Quod si ei sanitas prolongetur et
multiplicetur sanies tunc admi
nistra cauterium uelocitatem aut me
dicinam acutam.

De cura boti.

Botium est apostema carnosum in gu
la adgregatum et fit ut plurimum
in mulieribus et assimulatur co
lori cutis. eius uero aliud est na
turale aliud accidentale. et in
naturali quidem ut dicit albucasis
non est ingenium aliquod. Veruntamen ac
cidentale si fuerit paruum curatur.
et curatio eius est ut incidatur sicut
diximus in incisione scrophu
larum et extrahatur cum saculo suo.
et ne aliquid ex eo remaneat di
ligenter inquire. deinde uulnus
in parte sue et suppone stupam in al
bugine oui madefactam aut

in aqua et aceto ut refrenetur flu
xus humorum et inspissetur san
guis. deinde curetur locus cum
eo quod conuenit donec sanetur.
et scias quod non est presumptio ut
accedas ad botium cum ferro
quod est intricatum neruis ue
nis et arteriis. neque etiam ad illud
quod est magnum. Et prohibitio
generationis eius est mundificatio
corporis cum eo quod purgat fla
ciossum sicut modo pulueris tur
bit et subtiliatio regiminis et
abstinentia aque et omnium ci
bariorum frigidorum et indigestibili
um. et sit eius cibus panis bene
coctus. et bene fermentatus. ca
ro animalis agni. edulina. pul
lina. perdicina et similia his. ui
num sit rubeum clarum in substantia
et aromaticum in odore.

Cap. viij. de nacta et inflatione que
apparet in mamillis quorundam hominum.

Plerumque accidit in quibusdam ho
minibus superfluitas quedam
que uulgari nomine dicitur nacta. et est
apostema carnosum magnum et mol
le ut plurimum sicut fungus et non est
cum ea dolor. aut est paruus sicut
dolor in ea. neque calor neque pul
satio. et fortasse ex ea est que ma
gnificatur adeo ut superet omnes
alias superfluitates corporis. et
iam uenit uir quidam ad me qui
habebat nactam in dorse suo et cum
uidissem eum putaui ipsum ha
bere pulumar humidum. deinde de
texi locum et uidi egritudinem
et cum aspexissem eam placuit
ut dimitteretur cum domino suo quoniam
timui super magnitudinem eius.
uir autem accessit ad cyrurgicum
quemdam qui erat mihi notus et libe

rauit eum p optime. ⁊ inuenit
.xvij. libras in eius pondere. Veruntamen
scias quod illud non accidit in
pluribus. Et modus curationis
eius est ut incidatur ⁊ excorietur
ab omni parte cum facilitate et
extrahatur. deinde locus cauterizetur
p optime propter sanguinis
fluxum. quoniam multociens apud scissionem
accidit illud. ⁊ quandoque redit
si non cauterizatur. Si vero nacta
fuerit nimis grosse radicis timor
est in eius incisione. Verum incide
medietatem eius ⁊ cauteriza
residuum. ⁊ quando est ei radix subtilis
valde ⁊ pendet sicut testiculi
tunc non oportet excoriare
ipsam. Sed cum spatumila lato ignito
incidere iuxta corpus cum
integritate sui. Et scias quod non
est presumptio ut incidas nactam
que est fusci coloris ⁊ pauci sensus
quoniam est apud cancrosum. Accidit
autem quandoque inflatio quedam in
mamillis quorundam virorum ita ut
assimulentur mamillis mulierum
que nata nimis abhorret. ⁊ illud non
est aliud nisi pinguedo. Cum ergo
vis curare incide super mamillam
sectione lunari ⁊ excoria illam pinguedinem
⁊ extrahe. deinde adhibe
vulneri medicinam incarnatiuam
⁊ aggrega eius labia cum
sutura. ⁊ cura ipsum donec sanetur.
Veruntamen si mamilla pendet
inferius propter magnitudinem
suam sicut mamilla mulieris tunc
oportet ut scindatur a duobus
suis lateribus superioribus duabus
scissuris similibus figure lunari
⁊ unaquaque earum contineat
cum altera apud finem suum. deinde
cutis que est inter duas scissuras

excorietur ⁊ auferatur pinguedo
et administretur sutura. curetur
que locus cum eo quod est necessarium
donec sanetur. Quod si remanserit
aliquid de pinguedine propter intollerantiam
infirmi aut propter
habundantiam sanguinis tunc
ponatur medicamen acutum
donec corrodatur. Explicorum.

Cap. ix. de extractione aque ydro

Idropisis est error virtutis digestiue
in epate. et dicitur ydropisis
ab ydor quod est aqua ⁊ thysis quod est
passio. inde ydropisis quasi aquosa
passio. cuius species secundum sententiam
antiquorum sunt tres. scilicet aselites.
yposarca. ⁊ timpanites. Sed nulla
earum curatio ferri administretur
nisi ei que vocatur aselites ut
aqua que inter sifac ⁊ intestina
locata est educatur. Cum ergo
rogatus in curatione huiusmodi
speciei cum ferro fac secundum hunc
modum. et est ut imprimis venter
manibus comprimatur. ut tota
aqua declinet ad inferiorem
partem pectinis. deinde considera
cum omni diligentia tua utrum
aque generatio sit ex parte intestinorum
aut propter passionem epatis vel
splenis. Quod si ex parte sit intestinorum
perforetur cutis tota cum sifac
tribus digitis sub umbilico
secundum rectum donec peruenias
ad locum vacuum. et si generatio
aque fuerit propter epar tunc sectio
in sinistra fiat parte. Si vero propter
splenem in dextro fiat latere.
non enim oportet ut sectio fiat
in latere super quod vult infirmus
iacere. ne superfluitates ad illum
decurrant locum. Fac autem perforationem
cum cultello eneo vel argenteo

teum intromittat ut aqua p ip
euacuet. Et caue ne extrahat ex
ea plusq oportet in hora una q
niam fortasse morret infirm
p resolutione sps aialis. aut su
perueniret ei sincopis et appin
quaret morti. s euacuetur ex ea
sm qtitatem uirtutis infirmi.
deinde extrahe canellum et op
pila foramen. alta uo die itera ca
nellum et extrahe ex aqua si uir
tus eius tolleraverit illo. et sic
facias donec no remaneat ex a
qua nisi paru. Si aut times sr
infirmu et dimittis ex aq mul
ta tc cura ipm cum sepultura i
arena calida et sudore multo i
balneo et sole. deinde curet uul
nus cum medicina exsiccatiua
donec sanetur. et abstineat pa
ciens a potu qtum plus pot. et
sit eius dieta ualde confortati
ua et odorifera. et scias qd non e
psumptio ut fiat huiusmodi cu
rato qn paciens e puer. aut senex
decrepitus aut debilis uirtutis
neq si hat aliam infirmitate
pter ydropisim sic e tussis aut
uentris solutio et similia his.

Cap. x. de oi eminetia q accidit i

Multotiens accidit sifac uentris.
eminetia in sifac. s. in panicelo
qui extenditur sup uentrem
qnq in partibus inguinu qnq
supius in partibus uentris. Et hu
iusmoi qdem eminetia aut fit
ex ruptura sifac. et tunc exit ex ea
intestinu aut zirbus cui signi
ficatio est qn cu comprimis e
minentiam que apparet occul
tatur. deinde redit pse aut cu
infirmus retinet anelitu uel
uiriliter tussit. et qnq etiam ap

intrinsecum auditur gurgulatio
intestini et magnificatur emi
nentia ex nimio labore et calefac
tione balnei. et dum iacet ifir
mus resupinatus quiete emi
nentia occultatur. cum aut su
git et ambulat redit sicut prius.
Aut fit ex carnositate cuius sign
est qd ipa eminentia e grauis
grossa dura et stat sm qtitate
unam. aut e ex humiditate cu
ius signu est eius mollicies. et qa
non occultatur ex compressioe
manus neq constringitur. aut ex
sanguine qui fluxus e fissura
uene uel arterie cuius gnale sign
est rubedo eius. ad nigredinem
declinis. aut fit ex uentositate
et signu eius est qd no e grauis
ponderosa imo lenis cum leni
tate tactus. Cum aut emi
nentia fuerit ex carnositate et
desideras eius curatioem tunc in
cide sup ipsam et extrahe deinde
cura uulnus sic scis. et similiter
si fuerit humiditas pfora locum
et dimitte ut egrediatur. veru
tamen no oportet ut curetur cu
ferro penitus qn accidit ex san
guine qui fluxit ex scissura ar
teriarum uel uenarum qn e timor.
Si uo ex uentositate fuerit tunc
exhibeantur extenuantia uen
tositatem sic est ruta et anisum
ciminu et similia. Cu uo si fuerit
eminentia ex ruptura tunc dif
ficilior est curatio. veru oportet
ut scias eius causam antequam curato
plongetur. est enim multiplex eius
causa qn aut accidit ex casu uel
pcussione. aut saltu aut super
fluo clamore. aut reluctatioe.
aut eleuatione magni ponde

rus et similibus. Curatio autem rupture diversificatur secundum diversitatem locorum in quibus accidit. Quando autem accidit ab inguinibus superius sicut in umbilico et reliquo ventre. aut tantum in inguinibus propter quia adhuc intestina ad testiculos non descendunt. aut fortasse fit ita vel additur propter tempus et descendunt inferius intestina. et propter hoc visum est michi ut ponam unicuique sigillatim curationem suam secundum quod est necesse.

De cura rupture que fit in umbilico et reliquo ventre.

Dico ergo quod cum accidit ruptura in umbilico oportet ut paciens stans extensus retineat anhelitum donec appareat eminentia. deinde signa cum encausto vel carbone in circuitu umbilici totius. et tunc precipe infirmo ut resupinetur super dorsum suum. deinde incide cum spatumili circulum quem cum encausto signasti. post hec uncinum in medio eminentie fige et ad superiora extende. deinde cum spaco in circuitu fortiter liga. et fac in eo nodum currentem. et postea caput eminentie scinde et incide intromisso quere ne intestinum aut zirbus sit captum a ligamento. quod si inveneris intestinum solve ligamentum et impelle ipsum ad interiora. et si inveneris zirbum amputa superfluitatem eius. et si sanguis erumpat tibi propter incisionem arterie vel vene. tunc succurre remedio donec stringatur. deinde ad tuam redeas operationem. et habeas duas acus cum filis duplicatis fortibus et intromitte eas in incisione quam prius fecisti in circuitu umbilici secundum modum crucis. et fac ut penetrent ad latus aliud. deinde stringantur fila in .iiii.or locis et auferantur acus et dimittatur locus donec putrefiat et caro stricta decidat. deinde cura vulnus cum eo quod convenit ex medicinis donec sanetur.

Quod si fuerit eminentia ex ruptura que fit in reliquo ventre tunc oportet ut curetur secundum quod narro tibi. et est ut paciens stat extensus retineat anhelitum donec infletur locus. deinde signetur super rupturam et resupinetur paciens super dorsum. deinde cauterizetur ruptura secundum quantitatem eius. et sit illud quod adurit ex cute tantum. deinde curetur locus cum butyro donec eschara cadat. et administretur postea regimen vulneris donec sanetur. ex hoc enim ruptura non additur.

Si vero ruptura fuerit ex magno tempore et magne quantitatis tunc curatio eius est per incisionem. et est ut signetur encausto locus rupture sicut diximus. deinde resupinetur paciens super dorsum suum et ligetur super bancum cum fasciis. aut facias ipsum teneri a quibusdam viris. deinde ponat minister digitum suum super locum rupture ut non exeat intestinum. et incide cum spatumili equaliter cutem totam donec pervenias ad rupturam. deinde suatur sic ac sicut te scire feci in vulneribus ventris quando foras exeunt intestina. et curetur locus cum eo quod convenit donec sanetur.

Cura rupture inguinalis cum modis mediantibus.

Quando accidit ruptura in inguinibus et non descendit eminen

tia ad testiculos. aut si descendit
aliquid ex ea est modicum valde
et revertitur cum facilitate omnibus
horis. tunc si volueris eius cura
tionem cum medicinis considera
prius magnitudinem eius et diu
turnitatem temporis et patientis
etatem quod est quia non sanatur
ruptura cum modis medicina
rum nisi que est parva et ex modico
tempore et etas patientis puerilis et tamen
hec etiam sanatur laboriose quoniam
siphac est nervosum et difficilis
incarnationis. Qui ergo dicit se sa
nare rupturam magnam et di
uturnam et in omni etate cum mo
dis medicinarum deceptores sunt.
et scias quod quanto plus corpora pa
tientium humidiora sunt eo am
plius ruptura facilius medicina
tur. ¶ Curatio autem cum medici
nis est ut emplaustretur rup
tura cum rebus expellentibus vento
sitatem in quibus est fortis stiptici
tas et glutinatio quedam sicut
est nux cipressi. draggantum.
mirta et similia. deinde stringatur
sicut oportet cum ligatura eius
nota et iaceat infirmus super
dorsum suum .xl. diebus et observet
dietam que dicetur inferius
et assumat de rebus stipticis sol
lidativis in cibo et potu omni die
sero et mane nisi ventris constipa
tio timeatur. quod si timetur illud
sumat ex eis paulatim scilicet de ter
tio in tertium. deinde cum sur
git non dimittat emplastrum et liga
turam aliis .xl. diebus vel circiter
si indiget illo. Et de emplastris bo
nis conferentibus rupture est illud
quod fit de pelle arietina et compositio con
fectionis eius est secundum hunc modum.

Recipe picis navalis. cere rubee colopho
nie ana ʒ ij. litargiri armoniaci.
galbani. terbentine. mastice thu
ris. radicis consolide maioris et mino
ris ana omnium ʒ j. visci quercini. e
gypsi. mirte. sarcocolle. aloes o
mnium ana ʒ v. sanguinis humani ad
libitum. conficiendo sic. accipe ylia pel
lis arietine et pilos inde reiectis
decoque ipsam donec tota lique
fiat. deinde postea permitte aquam
tribus horis quiescere. post hec acci
pe res predictas tritas et cribellatas et
cum predicto sanguine confectas et
misce cum aqua pellis in caca
bo et fac ut bulliat donec ad spi
situdinem et nigredinem deve
niat. deinde depone ab igne et
fac emplastrum. ¶ Item aliud boni
et expertum. Recipe nucis cipressi. ac
catie. gallarum. balaustiarum. ana ʒ
v. draggaganti. mirte. sarcocolle.
thuris. gummi arabici. ana omni
um ʒ iij. sanguinis draconis com
munis ana ʒ ij. terantur omnia
et cribellentur et conficiantur cum
aceto. ¶ Item aliud emplastrum ex
pertum quod composuit rasis in li
bro divisionum. Recipe nucis cipressi. ci
peri. sansuci. gallarum. acatie. thu
ris. gummi arabici. omnium ana
partes equales. dissolvatur gummi
in vino et aggregentur cum eo re
liqua et fiat emplastrum. ¶ Dieta
patientis sit tenuis valde et ab
stineat ab omnibus grossis cibariis
et ab inferentibus ventositatem
immo dentur medicine que ipsam
resolvant. et fugiat motum super
fluum et laborem. et nisi immo
deratum. tussim. sternutationem.
clamorem nimium. balneum aque
calide. coitum et similia hiis que

dilatant rupturā. Modꝰ aūt
assumendi medicinas in potu
⁊ cibo est ut coquantur nuces cō
pressi in aqua mirti uł pluuial'
et temperetur ex ea uinū ⁊ bibatur.
aut fiat puluis de radice conso
lide maioris ⁊ millefolio ⁊ detur
cum uino calido ⁊ fiat itēm pul
uis ex bolo armenico ⁊ sanguinē
draconis ⁊ mumia singl'arit' uł
composite ⁊ detur in cibis sorbili
bus. aut fiat istud electuarium.
℞. ɔsolide maioris. nucis cipssi
draggāti. gūmi arabici. mastic̄.
boli ar. sanguinis draconis mu
mie. picis grece. omniū añ ptes
equales ⁊ de pilis leporis minu
tatim incisis ad libitum omīa
terantur ⁊ puluerizent' et cū
melle optime dispumato cōfi
ciās. ⁊ ex isto electuario detur oī
sero et mane qm̄ est mirabilis.
hoc est regimē curationis ruptē
cum modis medicinaꝝ et ē ſm
semitam rationis. multotiēs uō
mulieres sagaces absq; aliqb'
medicinis suos sanāt puerulō
qm̄ ꝑcipiūt initium egritudis
et defendūt ne adaūc' cū; bracal'
et cum ꝓhibitiōe luct' uocifera
tionis motus ⁊ similiū ruptu
ram dilatantiū. Qd̄ si ruptura
inguinal' nō sanatur cū; modis
medicinaꝝ sic̄ diximꝰ tūc ad cyr
urgiam recurrendū est. ⁊ opatō
quidem cyrurgie in huiꝰmodi
ruptura duplex est. qm̄ aut fit
ꝑ cauterium. aut ꝑ incisionē
et ego rememorabor ad presēs
modum opationis uniuscuiusq;
ſm descriptōes antiquoꝝ. *tercio.*
De cura rupture inguinal' ē cau
Quando q̄uis opari cum cauterio
necesse ē ut infirmo precipias
quatinus retineat anhelitū; do
nec appareat eminētia. deinde re
duc ipsam digitis tuis ⁊ signa
cum encausto uł alio simili sb̄
ruptura sup os pectinis cum si
gno cuius extremitas sit simil'
medietati circuli ad superiora cor.
deinde resupinetur infirmus sr̄
dorsum suū in scāno uł tabula
cui' una extremitatum sit altiō
altera quātitate unius cubiti uel
circiter id ut coxe eius sit eleua
te ⁊ caput inferius sit depressū
et ligentur manus sup pectus
suū ⁊ corpus totū cum disco uł
tabula ne ipē moueatur ap ope
rationem tuam et coquas ubi
non ē necc̄. deinde teneat mini
ster manū suam sup locum ut
non exeat intestinum. deiñ cau
terium ignitū qd̄ iam posuera'
ad ignem sup ꝑdictum signū;
appone ⁊ firma manū tuam cū
eo ſm rectitudinem donec cō
sequaris os ⁊ si nō fuis consecu
tus os in pⁱma uice. tūc itēr cau
terium uice alia donec ɔseqris
os. ⁊ si nō fueris ɔsecutus os hac
uice te itēr cautium uice alia do
nec cōsequaris qd̄ ē. quia si non
fuis cōsecutus os cū cautio pa
rum cōfert opatio tua. ⁊ caue sū
ma diligentia ne in hora caute
rizationis exeat intestinū; ⁊ com
buratur. ueniantq; ꝑ illud accidē
tia mala. deiñ curetur cautiū;
cum butyro donec escara cadat.
post hec uulnus cum reliquis
medicinis curetur donec restau
retur. ⁊ iaceat infirmus sup dor
sum suū. xl. diebꝰ donec uulnꝰ
cōsolidetur. ⁊ p̄tq; surrexerit de

neat braccale artificialiter factum per alios .xl. dies et observet dietam supius scriptam. sicque sanabitur integre si deus voluerit.

De cura eiusdem cum incisione.

Oportet ut in curatione huiusmodi rupture cum ferro infirmum super dorsum suum iacere percipias. deinde locum rupture quantitate trium digitorum secundum latitudinem seca. deinde scarna donec didimum detegatur. et tunc accipe instrumentum ad modum tente et pone eius extremitatem sup locum eminentie in dindimo et reduc cum eo intestinum ad interiora ventris. deinde sue utrumque locum qui continuatur cum extremo instrumenti et ab utroque dindimi latere unum eorum connecte cum altero cum sutura. deinde extremitatem instrumenti extrahas et vulnerum adhibe curationem. et scias quod cauterium predictum est melius et securius. et iam operatus sum cum eo multociens et neque deceptus sum. antiqui etiam refutabant incisionem et cauterium eligebant.

De cura rupture qua descendunt intestina ad bursam testiculorum que dicitur hernia intestinalis.

Quando eminentia descendit ad bursam testiculorum tunc aut est ex scissione syfac aut ex dilatatione ipsius. et signum quod est ex scissione sifac est quando descendit subito cum dolore vehementi usque ad fundum burse et illud est propter gravitatem et cursum intestinorum ad exteriora sifac. Signum vero quod est ex dillatatione sifac est quando descendit paulatim in tempore longo et non subito neque usque ad fundum. et illud est propter lenitatem ventositatis absque difficultate et iterum cum eius intestina redeunt cum minori gurgulatione set cum ventositate plurima et fortasse aggregatur stercus in intestinis et tunc infirmo accidit dolor parvus et precipue quando premuntur ad interiora immo fortasse sequitur inde mors. In curatione autem huiusmodi scissionis seu rupture raro vel numquam conferunt medicine. immo curatio eius est curatio ferri et tunc erit cum ea timor magnus. quoniam multotiens accidit super infirmum malicia magna et moritur de facili. Quapropter amice non est presumptio ut accipias hanc curam cupiditate lucri nisi quando rogatus ab infirmo et amicis suis et eris ab eisdem veniam consecutus. et huiusmodi quorum intentio non est negligentie committenda in omnibus aliis egritudinibus timorosis quoniam illud erit salus tui corporis et defensio turpis fame. et non oportet etiam ut senes medicentur cum curatione ferri immo sufficiat ut custodiantur cum braccali et dieta. Modus vero operationis cum ferro est ut iubeas infirmo quod reducat intestina manu sua ad interiora ventris et si non obedivit reditui tunc fiat clistere ut alleventur superfluitatibus suis. deinde sedeat infirmus in aqua calida multociens et ungatur locus cum lenitivis donec redeat. post hoc infirmus resupinetur super scannum vel tabulam preparatam sicut iam diximus ita videlicet ut crura eius sint elevata et ca

put depressium inferius et ligetur
cum tabula tribus fasciis in tri
bus locis. scilicet una in tibiis prope cal
caneum. et alia in coxis supra ge
nua. et tercia in pectore cum qua
etiam alligentur manus. deinde
ducatur testiculus usque ad rup
turam et ponat minister digi
tum suum super locum rupture
ut non exeat intestinum. deinde
seca pelliculam super testiculum
secundum longitudinem. et sit sectio secundum
quantitatem qua possibile sit ut
egrediatur ex ea testiculus. et
postquam egressus fuerit precipe mi
nistro ut extendat ipsum ad supe
riora. et tu scarna didimum usque
ad inguinem cum instrumen
to aliquo non valde acuto aut
cum unguibus quod est salubrius. et tu
quere digitis tuis ne sit aliquid
ex intestinis in didimo. et si in
veneris ex eis aliquid impelle ip
sum interius. deinde accipe a
cum magnam quadratum in qua
spaciis sit fortis. et sue didimum
iuxta inguinem et liga eum in
volutione plurima vehementer. ca
pitaque ipsius spaci deforis pen
dere dimittantur. tunc post istas ta
bellis cum ferro lato bene ignito
iuxta ligamentum secundum rotundi
tatem didimi incidatur. et du
obus aliis cauteriis vehementer ig
nitis bene decoquatur. caue tamen ne
incidas vel comburas aliquid
ex ligamento. deinde seca in in
feriori parte cutis testiculorum ut
sanguis et sanies educatur et
administretur in vulnere lana
vel stupa in albugine ovi et oleo
ro. madefacta. et ponatur licini
um in sectione quam inferius

feceris. et ligetur desuper ligatura
conveniente. deinde solvatur pa
ciens a ligaminibus suis primis
et portetur caute sicut cadaver in
lectum molle et bene preparatum.
et ita locetur in eo ut pedes eius
sint aliquantulum capite altiores. et
diligenter cooperiatur et maxi
me si fuerit yemps ne frigus eum
capiat. et superveniat propter illud
accidens malum. et caveat ab omni
bus accidentibus anime. sicut ira tri
sticia et similia. Quod si post septimum
vel nonum diem non ceciderit liga
mentum tunc embrocetur locus
cum aqua calida sola aut cum
aqua calida et oleo donec cadat.
deinde cesset aqua calida et oleum
et curetur vulnus cum exsicca
tivis donec sanetur. et rectum
est ut quotiens mutatur vul
nus ungatur partes inguinum
cum oleo tepefacto. quoniam est pro
hibens maliciam super vulnus.

Cap. xj. de hernia secundum omnes eius
species et de apertione testiculorum. et non
de mollificatione cutis eorum.

Species hernie que accidit in bur
sa testiculorum preter herniam in
testinalem generaliter tres dicuntur
esse. quarum una est aquosa. alia ven
tosa. et tercia carnosa. Aquosa
enim hernia nichil aliud est quam ag
gregatio humiditatis. et causa
eius est debilitatio testiculorum.
quare huiusmodi materia festinat
ad eos. et quandoque accidit ex percussione
super testiculos. et signum eius est gra
vitas et splendor. et quia cum tan
gitur cedit tactui. Cura autem eius
est. ut incidatur cutis testiculo
rum sectione ampla secundum longi
tudinem et excorietur donec

ad locum aque puerilis. deinde perfora et aquam extrahe totam. et investiga secundum diligentiam tuam ne testiculus sit corruptus. quod si corruptus fuerit cum ferro calido incidatur et extrahatur. deinde curetur vulnus cum eo quod convenit donec sanetur. et quando dimittitur testiculus corruptus facit egritudinem redire immo multociens redit absque corruptione testiculi et indiget iterum perforatione nisi cauterizetur post perforationem et evacuationem sanie. Cum autem fuerit hernia ex ventositate quod cognoscitur per extensionem sine pondere et lenitate tactus. et etiam per alia signa dicta in precedenti. tunc curatio eius est extenuatio ventositatis. ¶ Si vero fuerit ex carnositate signum est gravitas et grossities et durities cum parvitate doloris. et causa eius est effusio materiei ad testiculos aut percussio. Curatio autem est ut incidatur cutis testiculorum et excorietur usque ad superiora. deinde extrahe didimum et testiculum et libera eos ab omni parte ex illa carnositate. verumtamen si testiculus iam consolidatus est cum illa carnositate oportet ut incidatur et extrahatur. tamen cum ferro calido propter timorem sanguinis emanantis. quoniam ut dicit albu. difficile est ipsum mitigari. et propter hoc et hoc ex huiusmodi operatione multi deficiunt. deinde suatur vulnus et curetur cum eo quod convenit ex medicinis donec sanetur. ¶ Preterea quandoque accidit ut apostementur ipsi testiculi a passione calida aut frigida et humore ad ipsos reumatizante. et signum apostematis calidi est pulsatio vehemens caliditas tactus et coloris rubedo. Signum vero apostematis frigidi est quando color eius similatur colori corporis. neque ipsum comitatur dolor. et curatio apostematis calidi est flobotomia basilice in principio et emplaustratio cum repercussivis. deinde cum sedatur pulsatio emplaustretur locus cum resolutivis lenificantibus sicut cum camomilla vel farina fabarum et similia. Curatio autem apostematis frigidi est resolutio tantum et non repercussio. Insuper multotiens relaxatur cutis testiculorum sine ipsis testiculis et turpiter inferius dependet. et tunc si vocaris ad eius curationem incide cutem totam relaxatam super cutem naturalem. deinde aggregentur labia vulneris cum sutura et cura vulnus cum reliqua curatione vulnerum donec sanetur.

Cap. xij. de castrandis hominibus.

Castratio est res que destruit vel extirpat id quod est animalibus naturale. et quia licitum est quibusdam terre potentibus pro custodia suarum virginum heunuchos habere. Ideoque placet mihi in hoc libro meo de castratione rememorationem facere. fit ergo castratio secundum duos modos quorum unus est per attractionem. et alius per incisionem. Operatio vero illius qui fit per attractionem est ut facias animal sedere in aqua calida donec mollificentur eius testiculi et pendeant. deinde contere eos inter manus tuas donec resolvantur et non appareant amplius sub tactu manus. et mo-

dus huiusmoi castrationis puc
ris est conueniens. Castratio aut
que fit p incisionem diuiditur
fm duos modos. Quor unus e
ut incidatur uirga cum testicu
lis. et alius est ut incidantur so
lum testiculi. et opatio pmi mo
di est ut uirga et testiculi a suis
radicib fortiter alligent. deinde
a loco ligationis cum rasorio to
taliter incidantur. ac sanguine
stringentia supponantur. Opera
tio uero scdi modi cum quo tm
testiculi amputant est ut pre
mas cutem et testiclos manu
tua ad inferiora. deinde ligent.
et incide sup unu quemq testicu
lum sectione una et excoria don
egrediant. deinde amputa eos
et sue uulnus ac cura ipm cu re
liqua curone uulneru donec sa
netur. et modus iste est melior q
ille qui fit p attrictione. q nia ex
attrictione remanet aliquid ex
testiculis unde uir postea desiderat
coytum.

Cap. xiij. de hermafro

Hermofrodisia ut dicit aly. dito.
passio innaturalis e et turpissima
ualde uiris. Cuius spes in uiris st
tres et una in mulierib. et pma
uiror e qd apparet in cute testi
culor in eo qd est int duos testi
culos figura quasi sit uulua
mulieris et sunt in ea pili. et scda
spes est fm eunde modu tm p
eam effluit urina. et de tcia qde
est silis tm ex ea urina no effun
ditur. Illa uo que in mulierib
fit est qm sup uulua mulieris
in pectinem tamq masculi par
ui dependent uirilia et sunt ta
corpora oio foras eminentia. Quor
unu est sicut uirga et duo sicu
duo testiculi. et omes iste species
curantur et sanant p illa: que
fit in uiris ex qua urina defluit.
et modus curatiois e ut secc il
las carnes supfluas secti oe qua
no remaneat ex eis aliqd. dein
cura locum cum reliqua curati
one uulnerum donec sanetur.

Cap. xiiij. de porris et uerrucis acci dentib in uirga et in alia parte corporis. et de clauis et formicis.

Uerruce multocies accidunt i uir
ga et in omi pte corporis. et ma
xime in manib et pedib ex ma
lis qualitatib quas natura expel
lit ad exteriora. Quar uo alie st du
re. alie sunt molles. Sz que dure
sunt ex colera nigra fiunt. mol
les aut ex flate. Ipsar uo curato
est ut in principio purget hu
mor qui facit accidere morbum.
deinde sup locum ponenda sunt
desiccatiua. sic e olim mirtini. ro.
cineris ramoru uitis cu aceto
distempat. et silr accatia et bol. ar.
cum oleo ro. his no ualentib po
nenda sunt acuta et corrosiua sic
est calx uiua distempata cu aq
saponis et silia que si nondum suf
ficiant suspendant cum ucanis
et incidantur. deinde ponat sup
locu medicam acutu ut putre
fiat radix que remansit et cosu
metur. aut cauterizetur cu ferro
cadenti. Qd si paciens non tolle
rauerit sectionem tc ligent cu
filo serico stricti oe uehementi et
dimittat ligamentum donec fiat
solo continuitatis. dein ponat
medicam acutu et curetur sicut
meretur ex medicamine. Et sci
as qd cum accidunt in capite pre
putii semp st molles quare no

retinetur in eis uncinus. Oportet
ergo tunc ut incidas et mundifices
eas cum forficibus. ¶ Clauus autem
est caro callosa dura atque rotun
da similis clauo et est secundum colorem
corporis et fit in omni parte corpo
ris et ut plurimum in pedibus et eo
rum digitis et inducit dolorem
infirmo aput ambulationem.
Curatio uero eius est ut concauet
in circuitu. deinde cum forficibus
uel alio instrumento radicibus exci
petur. deinde cauteriça locum et
cura donec sanetur. ¶ Iam sciuisti
curam formice cum modis me
dicinarum secundum conuenientiam et
nunc oportet te scire operationem
eius cum manu quoniam modus medi
cinarum non confert. et est ut conca
uetur in eius circuitu et extraha
tur sicut de clauo diximus. G. autem
narrauit ut accipiatur cannula
penne anseris uel uulturis for
tis. aut cannula ferri uel eris cu
ius extremitas sit acuta. et sit
secundum quantitatem formice. deinde
ponatur eius caput super formicam
ita ut oculus suus recipiat eam
ex omnibus partibus. deinde reuolue
cannulam manu tua donec in
cidatur in circuitu formice usque
ad profundum corpus. et eradi
cetur ex radice sua. deinde si uis
cauteriça eam. aut cura cum me
dicamis exsiccatiuis donec sanetur.

Capitulum xv. de emorroydibus.

Emorroyde sunt v. uene que termi
nantur in circulo ani deputa
te a natura ad recipiendum san
guinem crossum et meliam
qui in corpore habundat. et causa
earum est extensio et inflatio ex il
lo humore proueniens. unde con
tingit ut fiat uenarum disruptio.
et aliquando accidit ex nimia siccita
te ipsas uenas constringente. et
emoroys quidem dicitur ab ema
grece quod est sanguis et roys quod est
fluxus. inde emoroys quasi sanguis
fluxus per inferiora. fiunt autem emo
royde secundum duos modos. aut enim
fiunt intra anum et tunc sanguis exit
ex eis semper. aut fiunt extra anum
in extremitatibus eius. et tunc exit ex
eis aqua citrina aut parum san
guinis cursu assiduo et fiunt secundum
colorem corporis. Cum ergo uis cu
rare prius flebotoma pacientem ex
uena basilica. deinde si emoroide
fiunt interius et non apparent extrahan
tur cum uentosis aut precipe infir
mo ut assellet et exprimat se do
nec egrediantur anum et appareant
emoroyde. et si non obedit anus egres
sioni tunc clisteriça infirmum
clisteri parum mordicatiuo. deinde
proice uncinum in eas et suspende.
aut tene eas cum ungue tua et
inde incide aput radicem suam.
Quod si non retinetur in eis unci
nus propter humiditatem ipsarum. tunc
cape eas cum panno aspero et extrahe
cum digitis tuis. deinde incide
et pulueriça super eas medicamen
acutum post incisionem. aut cau
teriça eas. deinde curetur locus cum
reliqua curatione uulnerum do
nec sanetur. ¶ Si uero emoroy
de sunt exterius tunc res erit fa
cilis. accipe eas cum ungue tuo
aut cum uncino et incide ipsas
aput radicem suam sicut precessit
narratio. deinde pone medicinam
acutam aut cauteriça eas. ¶ Et
si infirmus timet incisionem
cum ferro quelibet emoroys

cum filo ligetur serico et fortiter
stringatur et sic dimittat donec
per se cadat. deinde curetur locus sicut
supra. hoc tamen pernotato quod si emo-
roide antique fuerint semper unam
ex eis relinquas ne fortasse ve-
niant super infirmum accidentia
mala sicut ydropisis aut thisis
aut mania vel melia testante
ypocrate. Emoroydas sanati an-
tiquas si non relicta una fuerit
periculum est. [illegible] bus in ano.

Capitulum xvi. de fistulis accidenti-

Multociens accidunt fistule in ano
ex ulceratione emoroydarum aut ex
vulneribus vel apostematibus que acci-
dunt deforis prope anum et maxi-
me quando expectatur in eis comple-
mentum digestionis. et ex eis
sunt penetrantes et non penetrantes.
et significatio penetrantium est
quando egreditur ex eis aliquid ex
egestione et ventositate. et quandoque
egreditur ex eis vermis. et cum in-
tromittis etiam indicem tuum
in anum pacientis et tentam per
orificium fistule sentis ipsam
tentam in digitto tuo a parte
interiori. Ceterum penetrantium
alie penetrant prope marginem ani
secundum magis et minus in quibus
speratur sanitas. alie penetrant
usque ad vesicam vel usque ad me-
atum virge cuius significatio est
exitus urine per eam. et tunc non
est extimandum ut consolidetur
locus cum medicinis propter disso-
lutionem urine. et alie iterum
penetrant usque ad os coxe et usque
ad nodum caude. et tunc signifi-
catio est quod tenta pervenit usque
illuc si non est in meatu tortu-
ositas. et in omnibus istis fistu-

lis penetrantibus preter eas que pe-
netrant prope marginem ani. non
est omnino curatio quia nec sanatio
et curatio earum ut dicit albucca-
sim est labor et vanitas ex stulti-
cia medici super quem formantur. Non
penetrantium autem curatio est fa-
cilis et est sicut scitum est in ca-
pitulo universali. veruntamen cau-
terium ignitum est magis ulti-
mum in iuvamento curationis ei
elargato prius orificio et ipsius pro-
funditate diligenter investiga-
ta sicut te scire feci in capitulo
suo. quatinus non decipiaris cum
cauterio sitque tenta cum qua in-
quiritur fistula subtilis valde
et similiter cauterium cum quo cau-
terizas eam sit subtile secundum am-
plitudinem eius. Verum curatio
fistularum penetrantium prope mar-
ginem ani sicut precessit narra-
tio sit secundum duos modos. quorum
unus est per incisionem cum con-
strictione spacii. et secundus est per
incisionem cum ferro. et operatio
primi modi est ut accipias tentam
plumbeam perforate extremita-
tis sicut acus et intromitte in
eam spacium ex filis ex lino aut
serico. deinde intromitte digit-
tum tuum indicem oleo inunctum
in anum pacientis et tentam
in fistula donec consequaris eius pro-
funditatem et sentias ipsam tentam
iam ad digittum penetrasse. tunc
replica caput tente cum ipso di-
gitto qui est interius et extrahe ipsum
per anum. deinde agrega duas ex-
tremitates spacii et stringe ipsum
strictione bona donec incidantur
iste carnes que sunt comprehen-
se cum eo. et quanto magis spac-

incidit carnem tanto plus in eius
addas stricturam. et pone tunc si
vis medicamen acutum in fistul(am)
ut totum mortificetur. et sit in
adiutorio casus ipsarum carnium
deinde curetur locus cum reliqua
curatione vulnerum donec sanetur.
Operatio autem secundi modi est ut non
stringatur spacus sicut narratum
est ad incidendum carnes cum eo.
sed ligentur tamen ipsius extremi
tates simul. et sit iste spacus gros
sior et firmior illo qui carnes in
cidit. deinde extende spacum cum una
manuum tuarum versus exteriora. et cum
altera manu tua incide illas car
nes que sunt inter duas extremi
tates spaci cum instrumento cur
ue extremitatis secundum figuram
falcis aut cum rasorio donec spa
cus integre liberetur. et tunc sit
occupatio in mortificatione fi
stule. quia licet quidam dicit quod
non est opus mortificare car(nem)
sed tamen incidere et curare cum medi
cina carnis creativa. mihi tamen
non videtur id tutum. deinde cu
retur locus cum eo quod conue
nit donec sanetur. ¶ Et scias quod
iste modus est melior et salubrior
primo quod est quia in incisione car(nis)
constrictione spaci dolor est lon
ginquus et continuus et ex hoc
timetur super infirmum ne spas
mus accidat ei quia locus ille
cartillaginosus est et in extremi
tate longationis terminatur lac
tus continens anum. immo quando ac
cidit illud necesse est succurrere
et spaci constrictionem laxare. In
incisione autem cum ferro non est
tantus timor propter abreviationem
operationis. Et iterum scias anuor(?)

quod sermo quem audisti est rectius(?)
et non extimes ut sit alia semita
seu ratio incurationem fistule pe
netrantis. quod est quia multotiens
probaui et neque aliquem sanare po
tui nisi secundum viam quam narraui
tibi. videlicet per incisionem totius
partis. et declinat ad illud etiam inten
tio antiquorum et precipue rasis in
libro diuisionum cum dicit fistule
quidem penetrantes non sanantur
nisi cum ligatione et extractione
cum falce. et causa quare non sana
tur fistula penetrans absque tota
li incisione carnium sicut osten
sum est non assignatur ab auctori
bus. michi autem videtur quod accidat
propter impedimentum egestionis et
humiditatum que retinentur intus
in profunditate fistule. verum post
quam inciditur locus non retinet
aliquid ex eis quia non est cauer
nosus sed equalis. ¶ Preterea con
tingit quandoque quod fistula non est
penetrans sed est propinqua penetra
tioni. quod scitur quando cum ponis
digittum in anum et tentam
in fistulam et inquirendo sentis
quod inter digittum et tentam non est
aliud nisi solum velamen. et tunc
sicut periti veteres iam dixerunt
necesse est ut ipsam facias pene
trare dum modo multam non
habet profunditatem. quoniam tunc fit
prohibitio ad hoc propter incisionem la
certi. et quanto fistula est minoris pe
netrationis tanto facilioris cura
tionis et minoris pauoris. et quan
to magis contrario illius. quoniam
tunc timetur ne processus incisio
nis perueniat ad lacertum contine
tem anum sicut diximus. et acci
dat super infirmum egritudo de

terior prima videlicet exitus age
stionis absq; voluntate. *Expl.*

Cap. xvij. de lapide q̄ nascit̄ in ve

Lapis aliquādo gn̄atur in renib;
aliquādo in vesica. et ut dicunt
accatores iuuenib; s̄m plimū
lapis gn̄atur in renib;. ⁊ pueri
in vesica. cuius collum strictū
est. p̄hibens matiam exire. vn̄
lapis efficitur. ¶ Verum de cā
⁊ curatiōe lapidis qui cōgrega
tur in renib; nō rememorabor
aliquid in libro meo qm̄ nūq̄
curatur bn̄ficio cyrurgie. sed de
lapide qui nascitur in vesica s̄r
quem cadit opatio cyrurgie su
narris cum abreuiatiōe s̄mōis.
Dico g° s̄m sn̄iam auctor q̄ cā
q̄re lapis nascitur in vesica est
humor crossus ⁊ viscosus. et si
gnificationes qb; cētificatur in
ea sunt plures. nam ex eis est
qd̄ urina egr̄ditur ex vesica al
ba ⁊ subtil' cum fece arenosa ⁊
cum difficultate ⁊ dolore vehe
menti circa ptes pectinis ⁊ pu
er tenet virgam manib; suis
⁊ fricat eam ⁊ laborat cum ea
⁊ erigitur sepe virga et egre
ditur anus. manuq; tractata
vesica q̄n durum sentitur in
ea. ¶ Spēs vō lapidis multe
sūt ⁊ diverse. nam alius ē par
vus. alius ē magnus. aliu' le
nis. alius asper. alius longus.
alius rotundus ⁊ ali' ramosu'.
Illius vō qui est lenis ⁊ rotun
dus facilis est egressio. s; illi'
qui est asper longus et ramo
sus egressio ē difficilior q̄r ne
cesse est ut addat in eius inci
siōe. Iterum ut dicit rasis alius
est qui frangitur cum medi

cinis. ⁊ alius ē qui nō frāgitur.
et ppt̄ hoc necesse est aliquo
tempore pbare ip̄m cum medi
cinis anteq̄ incidatur. ⁊ ex hui'
medicine sūt. sicut actor' spica. ca
lamus aromaticus. semen apij.
⁊ petrosillini. cassia lignea. caper'
costus. ⁊ similia ex medicinis a
peritiuis ⁊ incisiuis composita vl'
simplicia cum suco apij vl' feni
culi. aut iure ciceris nigri. et cō
fert in hoc mirabilit' cinis scor
pionis. ⁊ cinis cicadar. ⁊ ultimu'
ex eis est sanguis yrcinus. Cū
aūt curatur infirm' p mensem
studiose cū modis medicinarū
et nō sentit alleviatōe; neq; pro
vocatur urina. neq; etiam cum
ea egreditur urina. tūc certum
qd̄ lapis ē durus confirmatu'
⁊ nō obediens ad frangendum
tunc g° recurrendum est ad cyr
rurgiam. veritam̄ non est pre
sumptio ut extrahas lapidem
viri qui iam pcessit in etate. ne
q; si lapis fuerit sup̄flue magn'.
qm̄ sicut dicit albucasis timor
est ne incidatur aliqd̄ ex vesica
et moriatur infirmus. aut ne
accidat ei distillatio urine as
sidua pptēa qd̄ nō consolidatū
locus omnino. et iam determina
tum ē ab antiquis prudentib;
qd̄ curatio lapidis cum ferro ē
facilis in pueris quousq; conse
quantur. xiiij. annos. ⁊ difficil'
in senib;. qm̄ sicut dicit alb. cor
mēbra sicca sicca sūt quapptē eo
rum vulnera vix cicatricem i
ducunt. In iuuenib; aūt cura
tio est media. ⁊ ei cui' lapis est
magnus curatio est facilior. ⁊
minor ē contrario illius. ⁊ h̄ ideo.

qm lapis magn subingitu ad
pfundum pp suam grauitatez
unde ciaus inuenitur 7 facili
ad locum incidendi conducitur. ibi
qz securius retinet. Illius prete
rea q non sit incidendi subue
niatur sm huc modu. et est ut
paciens balneetur in aqua u dec
te sunt herbe lenificantes. sicut
malua. uiola. mellilotu 7 silia.
ut meatus urinales elargentu.
deinde instrumentum eneum uel
argenteum qd dicit sciringa oleo
ul butirum muneatur in unga
cum facilitate intromittatur.
7 suauit cum eo lapis a collo ue
sice remoueatur 7 usqz ad pfun
dum eius impellat. agunt eni
aut quidam. intromittut digit
tum in anum 7 cum ipo collur
uesice tractat. sicqz paulatim re
mouent 7 ad summum uesice p
munt.

De cura lapidis per incisionem.

Cum aut lapidem ex
trahere uoluens oportet i pmi
ut mudificetur infirm cuz cli
stere qd extrahat totum stercu
ab intestinis ne phibeat inue
tione lapidis cum inquiritur
aut ieiunet duobz diebz 7 parii
manducet. sitqz ei cibus sorbil
7 lauatiuus. pueris tn qui no
sut clisticandi 7 nequeunt ieiu
nare. phibeatur uno ul duobz
diebz ut no manducet ad libitu
set mensurate tuc pcipe ifirmo
ut de loco alto multociens salu
at ad locum quo lapis moue
atur 7 a supiori pte uesice ad
collum descendat. dein pparet
scannum in loco lucido in extre
mitate cui sedeat aliquis uir
qui pacientem teneat ante se.
eius tn coxe cum longa fascia
ligentur ad collum ut tota ue
sica sit decliuis ad inferiora. aut
uir q tenet ipm accipiat ei crura
maxime si fuerit puerulus 7 ele
uet ea ad supiora neqz dimittat
ipsam donec opatio compleatur.
deinde unge oleo digitum tuum
sinistre manus 7 intromitte eu
in anu pacientis. 7 cum altera ma
nu tua preme uesicam sup pec
tinem inferius 7 pquire de lapi
de donec qn stat sub digito tuo
7 duc eum paulatim ad collum
uesice. deinde pme sup ipm digi
tum tuum 7 impelle eum ad in
feriora usus locum in quo uis in
cidere 7 pcipe ministro suo ut ex
tendat testiculos 7 uirgam ad
supiora cum manu una. et cum
altera manu remoueat cutem
que est sub testiculis a parte in
qua sectio debet fieri. 7 tuc incide
sup ipm lapidem int anum et
testiculos no tn in medio imo
in latere sinistre natis. et sit sec
tio sm longitudinem exterius tn
ampla 7 interius stricta sm q
titatem qua possibilius sit egres
sio lapidis. deinde intromitte i
strumentu curue extremitatis
qd perrera uocatur. 7 extrahe cu
eo lapidem. 7 multocies ex com
prehensioe digiti qui e i ano
lapis aput sectionem egredit
absqz difficultate et absqz itro
missioe instrumenti pdci. Si uero
lapis est plusq unus tuc preci
pit albucasim ut premas in
primis magnum ad os uesice.
deinde incide sup ipm 7 extrahe.
post huc aut impelle paruum
et sic similit facias si st plures

duobus. Cum autem compleveris operationem tuam administra pullullos in oleo ro. et aqua frigida vel ovi albugine madefactos ut sedetur apostema calidum. deinde aggrega duas coxas pacientis si fuerit puer et liga eas cum fasciis decenter quatinus medicamen positum super vulnus consuetur. Cum autem apostema calidum sedatum fuerit fomenta locum sero et mane cum aqua decoctionis malve. mollis et similium. ut mitigetur ardor urine. et elargentur meatus per quos si qua superfluitas remansit de lapide exeat libere cum urina. Vulnus autem post collum vesice consolidationem si magnum fuit aggrega cum sutura eius labus cum instrumento aliquantulum renovatis donec sanguis provocetur: deinde curetur cum reliqua curatione vulnerum donec sanetur. Et scias quod multociens accidit ut sanguis congeletur in vesica et fiat ibi apostematio et urine prohibitio consequatur: et signum eius est egressio sanguinis cum urina. Propera ergo tunc et illum extrahe sanguinem cum digito si vulnus fuerit amplum: et si parvum cum tenta. nam si non extrahitur ille sanguis fiet putrefactio et corruptio in vesica. deinde abluatur vulnus cum aceto et aqua. Et oportet ut sollicites mentem tuam circa hoc quod nunc narro tibi. et est quod quando rogans in curatione lapidis non accipias sermonem illorum qui volunt prius lapidem querere. deinde post spatium extrahere. nam illud est error et duplicatio doloris super infirmum. verum cum lapidem volueris inquirere prepara tibi prius necessaria. scilicet instrumenta et medicinas que sanguinem abscidunt. deinde quere et cum inveneris non dimittas ipsum spe iterationis cum incisione alia vice immo illico extrahe. multociens quippe magis gravat inquisitio pacientem quam sectio. et ex instrumentis que extrahunt lapidem sit apud te plura et diversificentur inter parvitatem et magnitudinem et curvitatem ipsarum extremitatum ut administretur ex eis quod est magis conveniens apud necessitatem.

Preterea quandoque accidit ut cum lapis est parvus ad virge meatum descendit. et ex eo urine prohibitio consequatur: tunc ergo accelera curationem eius secundum quod narro tibi. et est ut liges virgam cum filo uno sub lapide ne redeat ad vesicam. et liges iterum cum alio filo super lapidem. deinde seca super lapidem in ipsa virga inter duo ligamenta et extrahe ipsum et facta solutione ligamentorum vulnus a sanguine mundificetur. et non est necessarium ligamentum superius nisi quia quando solvitur filum post lapidis extractionem redit cutis ad locum proprium et tegit vulnus. quare oportet apud ligationem fili ut extendatur cutis ad superiora. ut cum redit vulnus cohoperiat quoniam facilius incarnatur.

De cura lapidis mulierum.

Lapis in mulieribus raro generatur. quia sicut testatur Constantinus oratia [illegible] lapis con

aratur nō coadunatur: ꝓpterea q̄
collum vesice eaꝝ est curtum: et
foramina sūt larga et nō mul
tum sūt tortuosa. et curatio la
pidis in mulierib; ē difficilior
q̄ viris. ꝓpterea qd' loc' incisiōis
sup lapidem mulieri non est
ꝓpinqua a loco lapidis q̄re ne
cesse est ut locus incidatur pro
funde ⁊ in hoc est timor sicut t
testatur albucasim. verum cū
ad illud ꝑuenerit te necessitas o
portet te ꝯsiderare in primis an
mulier sit virgo an corrupta
Q̄ si fuerit virgo ponat medi
cus vl' medica digitū sinistre
manus in anū eius ⁊ querat
de lapide cūq; cum invenerit eū
cohartet ip̄m sub digitto suo
⁊ gradatim ad inferiora ipel
lat sicut precessit narratio donec
ducatur ad radicem colli. deīn
incidat sup ip̄m ⁊ extrahat sicut
te scire feci. Si vō mulier corrup
ta fuerit tūc precipe mulieri me
dice aut alicui obstetrici loco e
ius si inuenīri nō poterit que sit
bn̄ docta in re mulierum ut po
nat digittum suū in vulvam
infirme ⁊ inquirat lapidē ⁊ iā
posuit manum suā sinistram
sup vesicam ut comprimat cū
ea inferius. Cum aūt inuene
rit eum imprimat ad inferiora
donec ꝑueniat ad radicem colli.
deinde incidat sup ip̄m aput oppo
sitionem medietatis vulve in
radice colli. et extrahat.

Capitulum .xviij. de cauteriis.

Cauterium est res valde corpori iu
vativa. qm̄ adiuvat ad confor
tandum mēbra ꝓhibendo ne cor
ruptio spargatur in eis ⁊ exsic
cat humiditatē corruptam et
adiuvat ad restringendū fluxum
sanguinis. spissam ⁊ crossam fa
ciendo crustam. ⁊ iterū adiuvat
ut aperiatur via ⁊ pori. qd' sup
fluitas innaturalis nō crossi
ficetur. ⁊ ut calore coctionis fiat
attractio ⁊ humiditatum subti
liatio. ⁊ ad exitum separatio ⁊ nō
oportet ut fiat cauterium ad re
solvendū humiditates cū dolo
ris nisi in complexionib; natu
raliter frigidis ⁊ humidis. ⁊ simi
liter egritudinib; eidem q̄litatis
qd' est quia nō convenit caute
rium sicut testantur antiqui
calidis ⁊ siccis complexionib; et
egritudinib; eidem qualitatis.
qm̄ ignis naturaliter calidus est
⁊ siccus. ⁊ ꝓpter hoc inconveniens
est ut sanetur ex eo egritudo ca
lida ⁊ sicca. Est aūt cauterium
duplex. s. cauterium actuale ⁊
cauteriū potenciale. et cauteriū
actuale ē illd' qd' fit p ignem.
potenciale aūt qd' fit p media
nam comburentē: sicut cantari
des allumini ⁊ similia. ⁊ melius
est cauterium actuale q̄ poten
tiale sicut testatur albucasim
dicens. qd' ignis est simplex cu
ius actio non ꝑvenit n̄ ad mē
brum qd' cauterizatur ⁊ n̄ nocet
membris aliis continuate cum eis
nisi nocumento parvo. actio vō
medicine comburentis ꝑvenit
ad illud qd' elongatur ex mem
bris. ⁊ fortasse facit accidere mē
bro egritudinē difficilis sana
tionis et fortasse interficiat. sed
ignis nō facit illd' ꝓpter subtilita
tem ⁊ bonitatem sue substantie
nisi superfluat. Et scias q̄ in

hoc libro meo non rememorabo
nisi cauteria que sunt humido cor
pori magis necessaria · et que su
perius cadunt in usu · Verum qui
desiderat adipisci sciam omnium
cauteriorum que humano corpori
amministrentur vel amministrari con
venniunt · nec non multifarias for
mas instrumentorum quibus cauticatio
fit ad prudentem albucasim
dirigat gressum suum · ipse enim
recte locutus fuit ex eis in ultimo
sermone. ¶ Contra epilenciam
fiat cautium in fontanella col
li in extremitate occipitii. ¶ Con
tra maniam et melanconiam fiat
cauterium in summitate capitis
quod valet etiam ad emigraneam
et epilenciam. ¶ Contra cronicam
dolorem capitis fiat cauterium
super omne cornu capitis · et confert
etiam si fiat in occipitio · et huius
modi quidem cauteria conferunt
ad paralisim · ¶ Contra lacrimam
oculorum cauticari in medio capitis.
deinde cauterizari duobus caute
riis super duo timpora. si est flu
xus lacrimarum in duobus oculis.
et si est in uno cauteriza tantum in
uno latere · et confert ut fiat cau
terium in fontanella sub aure.
sed sciendum est quod cum fit caute
rium in capite non multum sup
os ferrum morari debet. ut sic
dicit avic cerebrum non ebulliat
et ipsius panniculi corrugantur.
¶ Contra fistulam que fit in la
crimali oculi si non confert cura
tio medicinarum elargato prius
eius meatu ferrum ignitum
per canellum ferreum vel eneum
intromittatur donec radices fistu
le comburantur. ¶ Contra dolorem
humerum et spatularum fiat caute
rium tribus unciis ab humero
inferius · et si accidit ut disloce
tur humerus propter humiditatem
lubricantem et non figitur in ho
ra reductionis sue · tunc fiat caute
rium sub titillico cum instru
mento triangulato donec pe
netret cutem usque ad latus aliud
prius tamen reducendum est dislocatio
ad locum suum. ¶ Contra dolo
rem et vitium epatis fiat caute
rium super ipsum epar. ¶ Contra do
lorem umbilici fiat cauterium
quasi tribus digitis sub ipso · ¶
Contra asma et vitium pulmonis
fiat cauterium apud radicem
gutturis in loco depresso et caue
ne pervenias cum cautio ad gu
tur · non quod combures nisi ex cu
te parum. ¶ Contra vitium
splenis fiat cauterium super ipsum
cum cautio habente duo cornua
vel tria · et est illud quod dicitur tan
gulatum et fac ut penetret cu
tem usque ad latus aliud · ¶ Con
tra dolorem lumborum fiat cautium
sub ipsis in fontanella. ¶ Contra
emorroydas fiat cautium tan
gulatum super inferiorem spondile
dorsi. ¶ Contra dolorem iunctuarum
manus et brachii fiat cauterium
retro digitis tribus a nodo. ¶ Con
tra sciaticam passionem fiat cau
terium tangulatum super sciam
et cum accidit ut dislocetur ex
humiditate lubricante tunc redu
catur ad locum suum · deinde cau
terizari super piscidem ancha cum
cautio simul circulo plusquam tu iam
signasti cum encausto in circu
itu piscidis sicut revolutum ut
cadat ipsa piscis in medio circu

u. 7 confert 7 cautium tangula
tum. Contra artéticam 7 do
lorem superior membror fiat cau
terium sup nodum pedis a parte
exteriori. 7 aliud similiter in fonta
nellis tribus digitis sub genu.
ista enim cauteria sunt communia
ad remedium toti corporis et ua
lent etiam contra ydropisim que
est spes asclitis. 7 similiter ualent
ad hoc cautia sup quolibet coram.

Capitulum. xviij. de combusti one ignis 7 aque 7 olei bulienti.

In curatione combustionis ignis
ut dicit auic. intentiones due prin
cipaliter requiruntur. quarum una
est ut prohibeatur uessicatio loci.
secunda ut rectificetur id quod est combu
stum. Cum ergo uis uessicationem
prohibere locum cum medicinis
infrigidantibus frequenter inun
ge. neque dimittetur exsiccare
immo in omni hora pannus in
fusus supponatur. 7 ex huiusmodi
medicinis sunt sicut aqua ro. super
niuem infrigidata. succus solatri
endiuie. unge pastoris 7 filium.
et de compositis est bonum hoc un
guentum. R. uitella ouorum 7 cum
oleo ro. 7 succo solatri conficiantur.
aut R. farina ordei ablutam 7
uitella ouorum 7 confice cum oleo ro.
et suco endiuie. Vitella est ouo
rum dolorem mitigant uehem
ter. aut R. boli armenie partes
duas. cerusse partem unam. opij
partem .s. conficiantur omnia cum
aceto 7 albugine oui. aut fiat
unguentum ex oleo ro. 7 cera. et
parum opij. aut decoquantur fo
lia malue in aqua dulci. deinde
pistentur cum oleo ro. aut ter
rantur lentes excorticate et ce
rusa 7 conficiantur cum aceto. Cum
autem locum iam inueneris uessica
tum tunc necesse est administra
re medicinas in quibus est abster
sio quedam 7 exsiccatio non ma
gna absque mordicatione. 7 ex eis
sunt sicut cimolea folia mirti 7
similia. et unguentum bonum ad
idem. R. cere partem unam. olei
ro. partes quatuor. resoluantur ad
ignem 7 addatur cerusa quantum
unguentum potest ex ea capere 7 mo
ueatur in circuitu diligenter. de
inde post infrigidationem addatur
albugini oui 7 parum camphore. deinde absque interuallo moue
atur donec inspissetur. Quod si ubi
fuerit ulceratio magna tunc lau
dandum est unguentum de calce a
bluta. et est ut conficiatur calx
bene abluta cum oleo ro. uel com.
et fiat unguentum. calx est ablu
itur sic. proiciatur super eam aqua
frigida donec cohoperiatur ex ea.
et sic per tres horas dimittatur do
nec parum infrigidetur. deinde
eiciatur aqua illa 7 supponatur
alia. 7 sic septies abluatur donec
eius separetur acuitas. Item R.
fimum columbinum 7 comburere
ipsum in panno lineo donec ac
cendatur. deinde conficiatur cum
oleo. aut R. cimolee 7 folia mir
ti. 7 ceram. 7 confice cum oleo ro.
et succo portulace.

Capit. xx. de spasmo superueniente uulneri.

Spasmus ut dicit auic. est egri
tudo neruosa qua mouentur
lacerti ad sua principia 7 inol
uentes in dilatatione. cuius tres
sunt spes. s. est protostenos. i. ante
rior quia tantum anteriora te
net. epistostenos. i. posterior quasi

tenens posteriora. et tetanus quasi totum tenens interpretatur. Spasmus autem distinguitur secundum causam. quoniam alius est ex repletione. et alius ex inanitione. et signa spasmi ex repletione sunt quoniam accidit subito cum repletione corporis nulla euacuatione precedente sicut solo uentris. uomitus. fluxus sanguinis febris et similia. Et signa spasmi ex inanitione sunt quod accidit secundum contrarium illius uidelicet post aduentum euacuationis. Spasmus autem ex inanitione uix aut numquam curatur. et curatio eius est balneum aque dulcis tepide. et inunctio spondilium et iuncturarum cum oleo uiolato tepido. et regatur patiens sicut febricitans cum frigida et humida dieta. et bibat lac dulce frequenter et uinum cum aqua multa. Curatio uero spasmi ex repletione est ut fiat inunctio in ceruice. collo. spina. et toto corpore cum oleis calidis sicut est oleum euforbii. castorei. laurini et silia. Vnguentum bonum ad idem. Recipe castorei. euforbii ana ʒ iij. piretri. thuris. mirre. aloes. masticis ana ʒ v. olei laurini. sambucini. sisamini. pulegini communis ana partes equales. cere quantum sufficit. conficiatur sic. terenda terantur et puluerizentur. et omnia simul cum oleis misceantur. liquefactisque ad ignem addatur cera et fiat unguentum. Vinum decoctionis castorei. spice. cinamomi. piperis. calamenti. sabuci. saluie. rute. simpliciter uel composite patiens frequenter assumat. Fiat gargarismus quod recipit sinapi. piretri. stafisagrie ana partes equales et bulliant in uino forti et melle. deinde cum collatura patiens gargarizet. Sternutatio prouocetur cum puluere castorei et piperis naribus iniecto. ponatur patiens in balneum siccum et diu sudet in eo. et cum unguento predicto se ungat. cumque hoc factum fuerit ducatur ad lectum molle et bene preparatum et cum parum requieuerit iterum ingrediatur balneum et tamdiu sic faciat donec sanus sit si deus uoluerit. intus tamen eius dentes aliquod lignum locetur. ne cum motus inuoluntarius superuenerit dentium constrictione lingua ledatur. et custodiatur ne frigus eum capiat. et accidant sibi peiora prioribus.

Explicit cyrurgia magistri Bruni longobucensis. Incipit prologus siue prohemium quodam modo uel operis conclusio circa finem.

Anno ab incarnatione domini millesimo. ducentesimo. quinquagesimo secundo. mense ianuarii. indictione decima. aput ciuitatem padue. in loco sancti pauli. Ego Brunus gente calaber et patria longobucensis sub spe diuini fauoris per omnia uestigia ueterum sapientum prosecutus huic operi debitum finem imposui. Suscipias ergo gratanter amice karissime et non erubescas neque exercites operari cum eo. nam aput compositionem eius non fui promptus ad aliud nisi ut colligerem et exciperem flores ex secretis ueterum quos ante inuestigaueram exercitio magno et ipsos agregaui in eo.

nam etiam animus meus quieuit
solum id excipe quod in libris erat
depictum. imo illud cum expe
rimento et ratione pensa cogni
tione decreuit. Quare non alie
nes animum tuum a fiducia pre
sentis operis quoniam est radix et fun
damentum totius artis et secretum
occultum. Et obserua te ami
ce secundum prudentiam tuam ab omni
nia dubitationis neque cupidi
tas inducat te ad illud aput
quod est ignorantia tua et artium
prohibitio. ne fama tue bonita
tis turbibus maculis denigre
tur. set declina te ad uiam per
ducentem salutem. et dimitti
te egritudines terribiles in qui
bus non est fiducia sanitatis. ex
hoc enim ueniet super te successio
laudabilis fama et gloria magna.
Deus omnipotens inspiret tibi
gratiam suam atque ad cognitionem
uie melioris perducat. amen.

Explicit liber cyrurgie magi
stri Bruni longobucensis.

Incipit breuis compositio cyrur
gie magistri Bruni longobu
censis post compositionem alterius
magne. et primo prologus incipit.



TIDEO
PERA
tione ma
nualis librum
componentem
breuiorem
siue: et ap
tiorem quam
composuerim andree tuam in
petitionem paduanensis laçare
porrexisti. quam licet propter uici
nitatem compositionis alterius
libri fastidio et labore repletus
nolui prolongare. imo ipsum cum
festinatione omni exceptione re
mota tam benigniter quam libenter
admisi. et sic incepi non egere ef
fectibus inuacare. Equum enim est
si tua dilectio hoc me sollicitauit peti
tio quoniam mihi diu filiali ac sincera
dilectione seruisti. Suscipias igitur
a te laçare petitum opus quod ti
bi Brunus longobucensis pu
rus amicus composuit.

Explicit prologus. Incipiunt capitula.

De sermone universali in vulneribus.

Primus canon seu regula que in omnibus occurrit vulneribus est ut sanguis refrenetur et prohibeatur ne fiat calidum apostema. Et hoc cum subtili dieta sicut ova sorbilia. caro pullorum cum agresta et similia. et etiam cum abstinentia vini. et ponere supra vulnus res frigidas. sicut albuginem ovi cum oleo rosato. aut sicut est pannus vel stuppa in aqua et aceto infusa. et si sanguis non desinit fluere pone medicamina fortiora sicut vitriolum et similia. et item si sanguis abreviatur et apparet aliquod ex apostemate. tunc fiat velociter flebotomia ex parte opposita si non sit aliquid prohibens. et administra resolutivum lene. aut adhibe curam apostematum. quoniam nisi removeatur apostema vulnus non restauratur. Post etiam aut diem aut quintam si sanguis et apostema cessaverint revertendum est ad restaurationem vulnerum. Sed oportet illum qui vult restaurare vulnera ut consideret an ista vulnera sint in carne an sint in nervo. quod si sit in carne iterum consideret an sit cum diminutione carnis vel cutis tantum. an si sint sine diminutione carnis et cutis. Et si sit cum diminutione carnis tunc pone medicinam que carnem generet donec equetur. Que quidem medicina exsiccativa et mundificativa est sicut est yreos et aristologia et similia. Sed oportet ut perspicias in istis vulneribus concavis ne fiat sinus. i. sacius et retineatur in eo putredo. quod si fit illud obvia ei cum ligatura stringendo. i. in profundo et in orificio relaxando. aut cum separatione membri. Quod si hoc totum non est sufficiens scinde vulnus usque ad concavitatem. et si occurrat tunc tibi nervus aut vena fac tamen inferius foramen ut putredo facilius currat. Cum autem caro est adequata cutis est facienda. et cutis fit cum medicina que solidat. Quia aliud est solidare aliud carnem generare. medicina est que solidat. i. que cutim facit stiptica est et non mundificativa sicut sunt balaustie. galle. et alumen.

Si vero fuerit absque diminutione carnis et cutis tunc ab ipso principio vulnus non est negligendum quin labia ad invicem coniungantur. quibus coniunctis ne iterum separentur cum ligatura teneantur. posita prius medicina incarnativa sicut est pulvis molendini quod etiam exsiccativa est et stiptica.

nō tñ mūdificatiua. set medi
cina que solidat stipticior ē. Qđ
si ligatura tantum nō sufficit
ad retinendum labia cōiūc
ta quia uulnera sūt magna. et
sm latitudinem tūc oportet ut
suantur deinde ligentur. Ista q
dem uulnera dum sunt recen
tia et sanguinolenta si taliť p
curentur cito sanantur. stolidi
tñ medici ↄtrarium faciūt. qr
cum deberent ptes coniungē
separant ipās ponendo oleum.
et lanam aungtm. et alia. et idō
uulnus qđ breuiť sanari potīat
cum difficultate sanatur. Modus
aūt suendi est ut incipias po
ab una extremitatum et faci
punctum unū et nodū. deinde
fac aliū in extremitate altera
pēa sue in medio tribꝫ uel qua
tuor punctis sm qđ indiges et
fac nodū in quolibi pse. sit tñ
spatium unius digiti int' unū
et reliquum. Qđ si uulnera fu
erint cōtusa. i. ex contussiōe fcā
alius modus adhibendus est.
quia pmo debet fieri flomia spe
cialiter si contussio magna fu
erit. postea ponanť pultes fcē
de farina furmenti aqua et oleo.
ut sanguis ille qui est in cōtu
sione coagulatus subtilietur et
resoluatur. quia si sic nō fieret
putrefieret fortasse membrū.
et si cum hͦ nō bñ resoluitur po
nantur uentose cum scarifica
tione et sanguisuge ī. et postqͣ
uulnus maturatum fuerit et
mūdificatum ab isto saguine.
curetur cum medicina que ex
siccat sicut alia uulnera. Et sci
as qđ in aliis uulneribꝫ nō de
bent poni pultes sicut in istis ni
si sint ab aere mutata ul' apsta.

De uulneribꝫ aūt neruoꝝ dico
qđ maior sollicitudo et maior cau
tela est adhibenda. qr nerui sūt
sensibiles ualde. et ppter hoc eoꝝ
uulnera de facili ducunt paciē
tem ad spasmum. Pma ergo re
gula in eis est ut dolor mitige
tur. et scissura si fuīt stricta dila
tetur ut putredo exeat et non co
adunetur interius qm̄ mēbrū
putrefieret. caue ēt ne medicinā
frigidam apponas nec putrefac
tam sicut pultes. dolor aūt mi
tigatur cū oleo calefcō tempe
rate. et si fuerit estas sit oleum
rosatum. et si yemps sit cōē. qm̄
oleum attrahit et mitigat sua
ppietate dolorem. Postqͣ uero
dolor mitigatus est et loc' bene
mūdificatus ponenda est me
dicina que neruos restaurat cu
ius natura calida ē et sicca que
habeat etiam filum subtilem
ut sine dolore penetret et a pfun
do putredinem trahat. et est sicut
calx uiua cum aqua dulci noui
es lota. sulfur uiuū et silia. Et
nota qđ qn̄ ponunť medicine
supra uulnera neruoꝝ debent
ad ignē aliqͣntulum calefieri
non tñ multum.

De medicinis que carnem ge
nerant et q̄ solidāt et q̄ uulnera
recentia ↄtinuant. et de hiis q̄
incarnant.

Unguentum bonū incarnant.
et exptum ad carnem gñan
dam. et est conueniēs oī cōple
xioni. Rx. olibani. masticis. alo
es. picis grece. aristologie rotun
de. ytreos añ ptes equales.
puluerigentur. et fiat ex eis un

guentum cum oleo et cera. Item pulvis bonus ad carnem generandam. Rx. farine lupinorum. farine horobi. olibani. yreos. mirre. sarcocolle. ana partes equales. pulverizentur et agregentur omnia.

De his que solidant. et de unguento

Unguentum mirabile solidativum et utile ad vulnera solidanda et ad faciendum cutim. Rx. gallarum. balaustiarum. aluminis roche. rosarum. olibani. litargiri. ana partes equales pulverizentur et fiat unguentum cum cera et oleo rosato.

De pulvere consolidativo.

Item pulvis bonus ad idem. Rx. litargiri. ossium combustorum. olibani. gallarum. balaustiarum. floris rosarum. vitrioli rubei combusti ana partes equales. fiat exinde pulvis.

De his que incarnant.

Medicamen expertum ad incarnanda vulnera. Rx. sanguinis draconis. olibani. calcis vive. pulvis molendini. foliorum pomorum ana partes equales. fiat ex eis pulvis. et si vis componere unguentum ex eis quod non est multum in usu facias cum oleo mirtino vel rosa.

De medicinis vulnerum

Unguentum expertum nervorum. ad vulnera nervorum. Rx. resine. euforbii abluti. picis. ana ʒ. ſ. olei ro. et cere quantum sufficit. Item aliud valde bonum. Rx. tucie ablute. calcis ablute ana ʒ. ſ. sulfuris ʒ. ij. serapini. terbentini ana ʒ. iij. olei ro. et cere quantum sufficit. Et quando huiusmodi medicine non sunt apud te omnes administra fecem que est in vasibus apium et similiter sola terbentina quam G. faciebat illud preci|pue in corporibus humidis sicut in pueris et mulieribus. et quandoque etiam administratur solum calx lota cum oleo confecta.

De accidentibus que apparent ad restaurationem vulnerum.

Quod quando vulnera distemperantur in caliditate. vel frigiditate. aut in siccitate vel humiditate restaurator debet providere et reducere ipsa ad temperamentum cum contrario. verbi gratia. Si est vulnus superflue calidum quod significat rubedo et caliditas in tactu appone frigida sicut cerusa et camphora cum oleo ro. donec removeatur illud quod superfluit de caliditate. et sic intellige de aliis qualitatibus. quia si sic non fit vulnus tarde sanatur. Alia etiam accidentia superveniunt vulneribus quibus eorum tardatur sanitas. ista sicut caro mala que nascitur in eis. aut caro dura circa labia vulneris. aut variole. aut malus sanguis qui est in corpore vulnerati sicut si fit ydropicus vel spleneticus et similia. que omnia considerari debent. et sicut caro mala pone medicinam corrosivam sicut flos eris. hermodactili et similia. Si caro dura removeatur cum ferro. et sic omnibus adhibe medelam suam. postea revertamus ad vulnus.

De fractura ossis capitis.

Fractura ossis capitis quandoque fit cum plaga. quandoque sine plaga. Illa vero que fit cum plaga cicius manifestatur specialiter si plaga fuerit magna. quia si est stricta oportet nos quandoque dilatare ipsam ut possimus de fracturam

certificam. 7 quia quandoque certificamur ca/
tantis ut cum digitto. set illa
que fit sine plaga nō mani
festatur de facili. Quare opor
tet ut tractes locum cū digit
tis tuis. qm̄ si os est inferius
plicatum inuenies ibi foue
am. et qñ; os nō plicatur s; sci
ditur 7 tūc nō cognoscatur sic.
īmo neccē est ut osideres ea q̄
apparent sup infirmum d' ac
cidentib;. Accidentia namq; si
gnificantia qñ; fracturam
sūt sicē apoplesia. epilensia. sco
tomia. defectus. appetitus. et
defectus uirtutis digestiue.
et expulsiue. febris acuta. 7 si
milia. Consideratō etiam cās
ul' pcussiōis. aut uirtutis pa
cientis. ul' etiam instrumen
ti cum quo fit pcussio non ē
inutilis. hec enim adiuuant
ad significandam fracturam.
Cum aūt de fractura c̄tificat'
fueris festinandū ē ad ossis
extractionem qd̄ ideō fit ut pu
tredo exeat ne cerebrum ledat.
Vnū tū scire oportet pu' secdm
testimōnium gl'osissimi galie
ni. qd̄ omis fractura cranei i
fit sm̄ unū duoꝝ modoꝝ. quo
rum un' est ad modum pectē.
et alius ad modum fissuē sui
rimule. Vnū considera diuersi
tatē int' unā fracturam 7 int'
aliam apud extractiōē. Cum
g' os extrahere uolueris p̄mo
capillos qui sūt c̄ca uulnus ra
di facias. deīn si uulnus ē stric
tum cum rasorio ad modum
crucis ipm incidas. 7 angulos
.i. cornes separa donec fractu
ra discohopiatur. tūc si sāgui

impedit te imple uulnus petiis
lineis undiq; inoui albugine
madefactis. 7 desup pone pluma
ceolos desup̄ eodem modo ma
defactos. 7 sic dimitte quousq;
sanguis constringatur. deinde
extrahe os. 7 modus extrahēdi
ēst ut accipias os cum tenacu
lis 7 extrahas si fuerit sepatum.
7 si tenetur in aliquo sepa tena
citatem ei' radendo ul' pforan
do cum instrumētis que conue
niunt ad illō. hoc tn̄ plane 7 cau
te ne tangas telas 7 cerebrum.
Qd̄ si fractura fuerit ad modū
scissure 7 sit os ex omni parte
firmū. tunc pfora trepanis s;
hūc modum. Pone trepanum
supra os circa scissuram ū uis
foramē facere. 7 reuolue ipsum
infra manus tuas donec pene
tret. deinde muta ipsū ad aliū
locū. 7 sic fac tot foramina quot
sufficiant. deinde pone spatum
in uno foraminum 7 eleuādo
manū supius incidatur t'mi
nus qui est inter foramen et
foramen. 7 fac sic donec sepetur
os totum. Sciendū tn̄ est quod
ista pforatio nō debet incipi
ab ambabus extremitatibus
scissure sicut stolidi putāt ma
xime qñ scissura longa est. set
eleua ex ea quantū sufficit ad
mūdificationem cerebri in lo
co magis dependenti. alia uō
scissura que remanet mediam
te natura sanabitur. nisi aliud
pspicias id est si sanies mūdi
ficari nō pōt absq; extractione
totius ossis illius scissure. tūc
enī necesse est totam scissurā
auferri qd̄ est nimis graue. Cū

autem os extractum fuerit imple uulnus totum diligenter peciis lineis subtilissimis et uetustis in oui albumine madefactis. et pone postea desuper plumaceolos de stupa iterum madefactos. et si uis infunde eos in uino stiptico et oleo rosato quoniam confortant panniculos et prohibent apostema. deinde liga ligamento lato et non multum stringatur ne panniculus apte metur. Cum his autem uulnus procura donec locus ab apostemate c[...] securetur. tunc incipe cum restaurativis. pone ergo medicinam que carnem generat absque mordicatione quoniam panniculus non sustinet illud. et puluis qui laudatur in hoc fit ex sarcocolla. thure. mirra. [illegible]. et aristologia equaliter. cum isto enim puluere restauratur uulnus. et caue ne ponas unguentum aut pultes ne panniculi putrefiant. et si fit in uulnere caro mala pone caute medicinam resoluentem ipsam sicut est hermodactili. et si uis ut os restauretur cito mediante poro sarcoidi da infirmo cibos grossos sicut sunt furmentum coctum. risi. extremitates et uentres animalium et similia. et ex grossis alimentis. Sed in principio usque ad securitatem apostematis subtilia dedisses sicut far et amigdalatum et similia. Et scias quod quoniam leditur aliquis panniculorum imminet periculum magnum. et si cum hec accidunt infirmo uomitus colericus. fluxus uentris. febris inseparabilis spasmus et similia hiis secundum plurimum morietur. de lesione autem medulle quod aliquis euadat uix cedere possum.

De uniuersali doctrina in fracturis ossium et dislocationibus eorum.

Ossa dupliciter patiuntur. aut enim franguntur et dicitur fractura. aut separantur a iunctura sua separatione completa et dicitur dislocatio. aut non completa et dicitur torsio. Ille ergo qui uult restaurare oportet ut cognoscat fracturam et dislocationem primo. Et signa dislocationis et fracture uniuersalia sunt quoniam fit gibbositas ex uno latere et in altero concauitas. et figura membri etiam tortuosa est specialiter quoniam coniungitur cum membro sano si est similis sibi. et multociens percipitur crepitatio ossis quoniam manibus tractatur locus. Postquam uero fractura seu dislocatio manifestatur tibi propera uelociter ad rectificandum uel reducendum ipsam ad locum suum. quoniam si tardatur accidit apostema uel induratur os. et modus rectificandi seu reducendi est ut membrum ab utroque accipiatur latere deinde leniter et suauiter distendatur donec ad suam redeat naturam. restaurator tamen dum ministri extendunt manibus palpando et comprimendo membrum rectificet. Cumque os rectum fuerit suauiter ligetur. i. non multum stringatur propter dolorem et apostema. nec etiam adeo leuiter stringatur quin os in suo conseruetur loco. et ubi egritudo est strictius ligetur largius tamen in extremitatibus quoniam istud est prohibens apostema expellendo materiam superius et inferius. Illud autem quod de medicinis ponitur in principio est sicut quoniam infunditur pannus in oui albumine et oleo ro.

et si timetur aliquid ex apostemate relaxa ligaturam et propera te ad flobotomiam. et unge membrum habundanter cum oleo camomellino. aut vino stiptico donec resolvatur. et si non resolvitur sic quoniam tumor est magna pone ventosas cum scalpellatione multotiens donec resolvatur. deinde de releva ad fracturam. Stolidi vero negligunt apostema et adhibent studium in fractura et ideo membrum incipit tendere ad lividitatem et nigredinem donec corrumpatur. Et ex medicine quidem que ponuntur post mitigationem apostematis causa restaurationis sicut recipias aloes. mirre. thuris. acatie. ana partes equales et conficiantur cum ovi albumine addito modico pulveris molendini i. farine que adheret parietibus ipsius. in hac confectione madefit pannus et postea supponitur membro. deinde ligatur sicut diximus. Et scias quod quando ponitur confectio. ponuntur etiam et astelle si fuerit fractura. quando in dislocatione non ponuntur nisi in ea que fit in spondilibus colli et dorsi. et est necesse ut fascie sint tres ad minus vel plus si est oportunum et sit latitudo earum secundum convenientiam membrorum. et consideretur etiam illud in longitudine astellarum. et antequam ponantur astelle ponuntur pulvilli de stupa sufficienter et ligantur duabus fasciis ne membrum ledatur ex eis. postea ligantur cum spaco non multum subtili neque torto. deinde cum fascia liga. Spatium vero solvendi et ligandi in omni fractura et dislocatione est de tertio in tertium vel de quinto in quintum. vel et de septimo in septimum diem nisi aliquod superveniat accidens. sicut est dolor et apostema et pruritus qui non tolerari potest quoniam tunc necesse est ut omni die ligatura solvatur et dolori succurratur cum oleo ro. et lana sucida. et si fuerit apostema curatur sicut diximus. et pruritus cum fomentatione aque calide. deinde revertendum est ad restaurationem ossis. Et scias quod quando fractura fit cum vulnere non ligatur cum eo immo remanet discoopertum. et ligatur postea per se cum bindello et mutatur sero et mane. neque ponitur aliqua astellarum super ipsum. immo elongatur ab eo quantum possibile est.

De accidentibus que apparent post restaurationem ossium.

Quandoque post restaurationem ossis accidit ex imperitia restauratoris ut membrum remaneat arcuatum i. tortum. et quandoque accidit ei subtiliatio cum debilitate ipsius. et quandoque iterum accidit ei nodatio que dicitur a vulgo supossum ex quo membrum deturpatur valde. immo multotiens prohibetur motus eius illius et precipue si fuerit apud iuncturas. De arcuatione autem membri que remanet post restaurationem fracture dico quod quidam stolidorum promittunt se ipsam sanare cum iteratione fracture non considerantes fortitudinem pori i. carnis callose que ligant ossa. et ideo eorum operatio cadit super periculum et fortasse vituperatur ex ea membrum deterius. Cum igitur vis sanare ipsam oportet ut consideres dispositionem

pōri. Ubi grā si porꝰ fuit debilis q̄
niam non est multum qđ fractu
ra fuit restaurata fomenta mē
brum multociens cū aqua de
coctionis camomille. altee mel
liloti. folioꝝ malue ⁊ similiū
donec porrus lenificetur. deinđ
frange locum fracture prime ⁊
rectifica mēbrum sicut tibi nar
ratum ē. Si uō porꝰ fortis ⁊ ma
gnus fuerit qñ iam sunt plu
res dies qđ restauratꝰ fuit. tūc
non est presumptio ut frangatᵘʳ
sic. immo necesse est ut incidatū
locus fracture et separetᵘʳ porꝰ
ab osse cum instrumēto. deinđ
rectifica membrū. et qñq; recti
ficatur in pueris cum extensi
one leui absq; fractura p̄cipue
si fuerit nouella qñ iam precesse
sit embrocatio aque mollifican
tis. Subtilitas aūt ⁊ debilitā
membri que accidit pꝰ sanati
onem fracture sanatur cū ha
bundantia ciborum facientiū
et cum embrocatiōe membri in
aqua calida. Grossatio uō sa
natur cum strictura forti ⁊ cibi
sbtilibꝫ facientibꝫ modicū nu
trimentū et etiam cū emplau
stratione stipticoꝝ. sicut qñ fit
emplm̄ ex aloes. mirra. olibano.
et acacia. ⁊ conficitur cum oui
albumīe. ⁊ qñq; etiā supponitᵘʳ
plumbum. Preterea q̄ñdo acci
dit tarditas et grauitas ī iūc
turis pꝰ uestigium sanatiōis
eaꝝ succurratur cum fomēta
tione aque mollificātis. i. ubi
cocte sūt h'be mollificantes si
cut camomilla ⁊ similes res
ei. ⁊ fricetur fricatione leui do
nec lenificetur. et ponatᵘʳ si uis
supra mēbrum petia madefacta
in sepo arietino eliquato cum
butiro ⁊ modico cere citrine.

De modo cōstringendi fluxum sanguinis.

Oportet cum accidit
fluxus sanguinis ut incipiaˢ
fortiter ad restringendū ipm
añ uidelicet q̄ īfirmo sincopi
accidat. et modus stringendi
est ut ponatur prius digitusᵘʳ
sup apertione uene ⁊ membrū
erigatur sursum si possibile
est. qñ succurritur ex hoc donec
p̄parentur medicine si nō fue
rint p̄parate sicut cōtingit mlᵗ
tociens ⁊ fortasse uiđ stat loco
medicine qđ est quia congela
tur aliquid ex sanguine sb di
gito ⁊ retinetur fluxus. et me
dicine quidem cōferentes sūt.
sicut aloes ⁊ gipsum ablutū
⁊ sulia. G. aūt dixit qđ nl'a me
dicina est utilior medicina de
thure. ⁊ est ut ℞. thuris albissi
mi. aloes. añ ptes equales. plᵗ
uerizentur ⁊ conficiantᵘʳ cū oui
albumine usq; ad spissitudiē
mellis. deinde accipe aranee te
lam ul' bombicinū molle. aū
pilos leporis qui sūt utiliores
in quibꝫ inuoluatur medicīa
deinde supra uulnus et ēca ip
sum appone. Item aliuđ ual
de mirabile. ℞. thuris. sangui
nis draconis. aloes. gipsi. gra
noꝝ interioꝝ pussullaꝝ. pulūis
molendini. stercoris equi ul' a
sini adusti. añ partes equalē
puluerizentᵘʳ sup uulnus aū cō
ficiantᵘʳ sic dixim'. Et fortaˢ
se sanguis nō stringitur cum
hoc specialiť si fluit ab arteria q̄
cognoscitur p saltum et iteratī

onem cum velocitate. tunc ergo
extremitates vene cum filo ligen
tur: et fortasse illud non est possi
bile quoniam contrahuntur et elongan
tur a vulnere. Quare oportet ut
succurramus cum medicina com
burente aut cum cauterio ignis
quod est facilioris et ultimi iuva
menti. ex hoc enim fit crustula
ex qua fluxus ylico retinetur.
et de medicinis comburentibus
sunt ut recipias calcis vive par
tes duas. vitrioli partem unam
et conficiantur cum ovi albu
mine. et si vis involve pilos le
poris cum eis aut bambacem.
et de fortibus sunt sicut trocisci de te
udonia et cuncta ex similia que
sunt in alio libro nostro.

De extractione telorum et astellarii et filium.

Cum sagittam vis extrahere necesse est ut conside
res an sit cum astula an absque
astula. Quod si astulam habuerit
tunc manibus accipe et cum agi
tatione levi ne rumpatur extra
he. Si vero sagitta sine astula fu
erit pone forcipes intus in vul
nere donec sagittam capiant
deinde suas extremitates stri
nge et paulatim agitando extra
he. Quod si vulnus strictum fuerit
ita quod forcipes intrare neque
ant tunc ipsum dilatandum est.
Sed oportet ut scias quod quando sa
gitta adeo penetraverit ut per
locum per quem intravit exire
non possit ex alia parte loci in
cidatur et extrahatur. Et multo
tiens invenies sagittas mul
tarum specierum quare oportet ut adhi
beas ingenium unicuique speciei
aput extractionem. Et si fuerit
ex sagittis que dicuntur barbu
late separa carnem in qua fin
guntur barbule cum incisorio.
et si prohibet illud nervus aut ar
teria tunc recipe illas barbulas in
canello eneo vel in cannula penne
anseris deinde sagittam extrahe.
non enim barbule finguntur in
carne postquam recipiuntur sic. Et
oportet ut perspicias ne locus vul
neratus sit fuscus aut lividus
quoniam illud significat sagittam
venenosam. Quod si hoc est incide
totam carnem venenosam si
separatur tibi. et pone medicinas
consumentes venenum sicut tyri
aca et similia. Si autem sagit
ta infigitur in osse non fortiter
set leviter moveatur donec pau
latim extrahatur. et si non est obe
diens ad extrahendum tunc de
tege os et perfora in ipso cum in
strumento donec locus dilatetur.
deinde extrahe. Spine vero et
stipites quando finguntur in
membris. et similiter ossa sepa
rata in vulneribus si non possunt
extrahi secundum predictum modum
cum tenaculis et aliis instrumen
tis extrahantur cum medicamini
bus attractivis. et est ut percipias armo
niacum et mel. et fiat ex eis em
plaustrum. aut recipe radices
arundinis id est canne vere et tere
ipsas. deinde adde mel et fac em
plaustrum. et si vis pone aristo
logiam longam cum eis quoniam
erit fortius attractivum.

De curatione fistularum. R.

Fistula sicut diximus in libro
nostro alio est ulcus profundum
angustum cum nodositate et
duricia carnis ipsum circundantis

et est sicut canna vel penna anse
ris penetrans in membrum. et
ipsa quidem dicitur ad similitu
dinem cuiusdam instrumenti os ha
bentis strictum et fundum am
plum. Cum autem vis curare nec
esse est prius ut cognoscas eius
dispositiones cum tenta .i. lon
gitudinem profunditatis eius.
et diversitatem ipsius. deinde si
orificium eius est strictum dila
ta ipsum cum instrumento. aut cum
quibusdam rebus sicut est medul
la canne siriace vel sambuci. aut
ebuli et similia. deinde abluatur
et mundificetur aliquibus diebus. et a
blutio eius est cum aqua sapo
nis. vel aqua salsa. et similiter cum
aqua cineris. Mundificatio vero
fit cum melle postquam resolvitur
in eis aliquid ex eris flore. Cum
autem fistula mundificata fuerit
necesse est ut desiccetur et morti
ca. Si fuerit ex melia mixta cum
colera purgetur cum duabus
medicinis. quarum una faciat

ad meliam. altera ad coleram. et pur
getur cum diasene. et trociscis forti
bus. vel electuario de succo rosarum. et catar
tico imperiali. et postea detur tyria
ca uel ascaita admixta cum mitrida
to vel tyriaca. facta ustione. vi
tello oui supposito curetur don
ignis cadat a uulnere. Si vero fu
erit in estate albumen oui cum vi
tello et oleo supponatur. Et si de
cancro vel carne tabefacta remanse
rit ungatur ruptorio curetur iterum.
deinde cum ouo secundum temporis quali
tatem et diuersitatem ut diximus.
Cum vero labrum totum vel nares
comaculauit atque corroserit. uel
membrum tabefactum usque ad car
nem uiuam cum rasorio incidatur
postea diligenter curetur ut dixi
mus. Nota quod in cura cancri
quies est superaddenda. Cum vero
in palato fuerit quod sepe contin
git cum ferro calido vel aureo
quod melius est aduri debet. Si
vero fuerit in gingiuis loco prius
diligenter abluto cum aceto per
tres dies cum alumine zuccari
no prius fricato. postea abluatur
et fricetur. et cum hoc liquore ablu
atur qui sic fit. Recipe. vinum coctum
et mel. cum aceto ana. et in his bu
lliant radices tassi barbassi. et cap
fici. et cortices mali granati. le
uistici agrestis. piperis ʒʒ. pire
tri. ana ʒ j. postea supponatur iste
puluis qui infra dicetur loco pri
us bene absterso. Laudanum ?
Puluis ad cancrum qui est in gi
ngiuis. Recipe. alumen zuccarinum. foliorum
oliue et rose. origani. corticis ma
li granati. ossium dactilorum. assorum
piretri. ossium cancrorum. cinamomi.
gariofili. nucis muscate. Ista omnia

Cont̄ nostros
barbitonsores
ignaros

pulverizata supponatur ut opti
mus loco prius abluto cum aceto
ubi bullierit calamentum. suppo
natur leuisticus agrestis dentibus
commasticatus. ¶ Valet etiam pul
uis eorum que relinquuntur in se
culo post festum claretum. ¶ Cum
gingiue inflantur ⁊ a dentibus
separantur. quare multum sangui
nem emittit. Quandoque fetent ⁊ in
deuntur gingiue quasi prurigino
se. nec tamen sunt carnose. conf
quod talem faciamus pulverem. ¶ Accipe
gariof. cinamomi. cortices ma
li granati. ossa dactilorum. alumen
zuccarinum. folia oliuarum. omnia ista
pulverizentur ⁊ gingiuis uni lo
tis cum aceto. uel supradicto uino
supponatur. ¶ Puluis optimus
ad cancrum post incisionem uel post
appositionem pulueris affodillorum.
desiccat enim ⁊ bonam carnem ge
nerat ⁊ malam corrodit. Accipe fo
lia mirte. saluie agrestis ⁊ dome
stice. pimpinelle ⁊ lauriole. ex
utroque ana manipulum unum. desiccen
tur ⁊ fiat inde puluis ⁊ suppona
tur. ¶ Item ad ulcera curanda
et fistulas ⁊ cancros mortifica
tos. farina tritici ⁊ succus apij. et
mel. coquantur usque ad conspissa
tionem ⁊ in usu reseruetur. ¶ Nota quod
ad cancrenas ualet puluis de
cornu ceruino quia mirum constri
git. ¶ Ad idem optimum est alu
men zuccarinum si fuerit distem
peratum cum succo pimpinelle et
suppositum. ¶ Item ad idem. Radix
barbe barbassi decoquatur cum ui
no uel aceto. balaustie. rose sicce.
⁊ folia oliue ⁊ colentur ista. co
latura gargarizetur inter labia
tum ⁊ dentem. postea accipiatur

ʒ. ij. calcis uiue ⁊ ʒ. s. auripigmen
ti ⁊ incorporentur cum fortissimo
aceto ⁊ desiccentur ad solem uel
ad lentum ignem ⁊ fiat puluis.
et huic pulueri addatur pulvis
gariof. ⁊ cinamomi ⁊ digito pa
cientis inuncto propria saliua suppo
natur ⁊ dentibus applicetur. ¶ Si
gingiuas accidit corrodi dicitur
cancrenam ⁊ tunc lauetur cum aceto.
ter uel quater. postea fricentur cum
liquore qui supra legitur ⁊ post
modum apponatur puluis predictus.
¶ Ad idem. Accipe amidi. draganti.
gummi arab. ana ⁊ in aqua ro. uel
pluuiali decoque ⁊ inde uicesies
uel plures in die cum penna leni
inunge ⁊ infra .iij. dies sanat.

De scissura labiorum ⁊ cura eiusdem.

Ad scissuras labiorum que uulga
ri nostro dicitur fessa. aput alios
dicitur setula. talis cura fiat. Accipe
semen iusquiami ⁊ pone super
prunas ardentes ⁊ suppone em
botum ⁊ fumum qui exit per fora
mina emboti diu recipiat paci
ens super labiorum scissuram. ¶ Aliud.
Accipe nucleum nucis communis et accen
de ⁊ illud oleum quod inde exierit super
fissuram bis uel ter in die appo
ne ⁊ mirifice sanat. ¶ Ad idem.
Accipe aloe epatice. litargirum. uitre
olum. olibanum. equaliter ⁊ sub
tilissime pulueriza. ¶ Item accipe
herbam flauram ⁊ fumi terre.
ana ⁊ succum extrahe. cum ipso
succo aliquantulum predicti pulueris
distempera ⁊ incorpora cum oleo
uiolarum uel communi. ¶ Item adiunge de
predicto succo ⁊ postea de oleo. et ita
uicissim modo ponendo de hoc modo
de illo ad modum unguenti diu
geratur incorporatur ⁊ cum opus fuerit.

diligenter locum inunge.

Ad arsu **De arsura labior.**

Ram labior. acc. album zuccarum et amidum. 7 distempa cu mel le. mel p initualla ponendo. 7 item per in simul incorpora ad modu predci unga. 7 cum opus fuerit loco impone. **De punctura labiorum.**

Ad puncturam labiorum. acc. amid zuccarinum 7 cu frē distempa 7 locum inunge mitigatorium est. unguēm album sr imponim. 8. pacetoaqua ro. im ponimus. poleo cōi oleum uiol.

De disiunctura mandibular.

Contingit aliqn capita mandibularum a prima iūctura rece dere. qd cognoscitur q2 inferiores dentes nō coniungunt su perioribus recte. īmo ad inferiora l' ad exteriora tendunt. nec infe riorem molam licet male cōiūc tam segregare. ul' male segrega tam coniungere. cui sic est sub ueniendum. **Cura eiusdem.**

Capita mandibular sub auribs accipiantur. 7 ad exteriora ītm deducant q2 inferiores dentes superiorib adequentur. ita s. qd ad naturalem locum cautissiē reducantur. 7 tc accipiat et elleuetur fascia sursu. 7 tc ungat cum dialtea ul' marciaton. Et ligetur ita qd dentes utriusq mandibule p consuetudine p portionalr se hāit. nec tn paci es possit se mouere. Dieta q̄q cor sit sorbil' ut eger mandibu las nō moueat. **De ruptura eiusdem.**

Si mandibula ex aliq parte fuerit rupta. diligenter medicus locum illu ptractet. cognito aūt loco rupture qd li cet os ad suum p'prium locu cau te reducat. qd cognoscitur p ea que dicta sunt in prima cura de disiunctura mandibule. eodem q2 modo curetur. ligetur. dietetur ut in eadem cura prediximus.

De ruptura eaz cum uulnere.

Si fractura ossis fuit 7 carnis. p's pars parti reddatur competent. Et si uulnus longum fit. ul' qd debeat suiu ita suatur qd pātes sic coniungantur qd pt coniunctiōe contractio nulla appareat q2 sepe accidit in uulneribs que suunt. q2 cum ex una pte labium uul neris magis extendit 7 alia pars fuit longa sic contrahitur 7 fit ruga. unde ciiq3 fiat sutura in faciē ita caute fiat ut hoc non acci dat. ne post uulneris consolidati onem remaneat facies deturpa ta ppt huiusmoi contractionem ul' corrugationē. sed ex illa pte ubi uulnus magis depenet di mittatur orificium aptum. et steuellus imittatur. puluem q2 rubeum q supius scriptus ē super suturam aspgamus. plumace olum quoq unum in supiori pa te mandibule. alium in inferi ori pte locamus 7 locum p uari etate partis ligamus. dietam iam dcām iniungim. p opportu nitate ipsis 7 paci. puluēm et a lia bis. ul' ter ul' pluries in die supponam. **Nō.** qd plumaceo li parui in al. oui infusi debent appon. 7 p'mo ou magnus plu maceolus pforatus in medio 7 ponatur ita ut tegat alios plu maceolos. 7 q2 foramen plumace oli cū adaptetur eque uulneri. ut uulnus possit mundari 7 cu

rari p medium 7 ligari. 7 ita per
mittatur usq; ad vij. ul' x. dië.
et post factam aliquam consolida
tionem os suũ pôt solui 7 remo
ueri plumaceolus. 7 tc̃ apponatᷣ
emplm̃ strictorium ex utraq; pã
te et non supra uulnus.

De fistula in mandibula.

Fistulatur aliqñ mandibula cuiᷣ
os aliqñ strictum. aliqñ do am
plum. Si os sit strictum tenta
de malo sic sicco intromittatᷣ.
Si contingat os infistulari. re
moueatur os si remouendũ sit.
Sin aũt cum rugine paris infi
stulata radatur. nec fiat cãnis
regeneratio aũ ossis reparatiõe.
Cum uõ elargatum sit os fistu
le intromittatur unguentum rupto
rium. 7 cum eo mortificetᷣ. Cum
aũt mortificata fuẽt imponaᷣ
pannũ in albumine oui infu
sum quousq; incendium remo
ueatur a fistula. postq; uõ igni
ceciderit. cum ungũo uiridi 7 ce
tens curetur ut cetera uulnerã.
Si uõ suborem ossis corrupit di
ligentẽ est intuendum. 7 si qd ẽ
ibi q' separari debeat usq; ad ui
uum est incidendũ. Et cum pu
tredo alba 7 grossa inde exierit.
scias fistulam eẽ mortificatã.
Si uõ liquida 7 aquosa. timen
dum est ne in radicib; dentiũ
talis fistula hãt principium.
Q̃ si ita fuerit dentes illi radi
citus sũt euellendi. In fistula
uõ tenta est inmittenda et cũ
unguẽto uiridi 7 ceteris que su
perius diximᷣ usq; ad finem
est procedendum. Interius uõ
est ponendus puluis qui dic
tus est supius in cura gingi
uar. qui est ibi cancer. Nõ. q'
hic ordo debet attendi in fistu
la cum fit ex continuo fluxu
alicuius humoris. primo debet
purgari humor qui est in cau
sa. 7 postea dari aliqua opiata
competens ad constringendũ
fluxum talis huõris. 7 his si
gnis pôt cognosci qs humor
suphabundet. albedo eni et liq
ditas illius q' exit a uulnere.
signum est qm̃ flegma est in
causa. citrinus uõ color. q' colã.
liuidus 7 nig' sigt̃. q' mlia.

De dolore dentium 7 gigiuar.

Ad dolorem dentium 7 gingi
uarum fiat cectura in fõtanel
la que est retro carnositatem q̃
est in inferiori pte auricule. In
hac aũt ustura intromittendᷣ
est nodulus. Ad idem. accẽ se
men caffillaginis. 7 porri añ. 7
sup carbones ardentes pone.
sup ipõs aũt carbones impo
nas embotum. 7 p canellum
emboti fumũ qui inde egredi
tur paciens sup dentem dolen
tem recipiat. hic eni fumus
reuma qd dolorem facit mirã
biliter dissoluit. 7 educit ipm̃
et mitigat. Si sit dolor ex
uerme qd cognoscitur qa dens
erit pforatus. 7 inc̃dum cessat
dolor. qñq; eni uermis moue
tur 7 fit dolor tũc. postmodũ ces
sat dolor. hĩ cura est ut ibi po
natur ferrum calidũ sup forã
men dentis. Ad idem. oxel in
testa oui bullitũ. et calidũ sup
positum optime ualet. Nõ.
qd si fiat dolor ex aliquo huõ
re a capite descendente. 7 a sto
macho non debet fieri incẽsio.

nisi precedat universalis purgatio.

Ad pustulas delendas que in facie oriuntur.

Ad pustulas delendas faciei quas variolas [vocant]. Accipe ℥ vi. mellis despumati. et lactis ficus et succi mali citrini ana ℥ ii. Ista tria commisce simul. et in malo terre concavo mitte. et illud sub cinere prunas bullire facias. et pulverem istum adde. qui sic conficitur. R. citrini vini albi. sinapis albe. ana ℥ ii. piperis albi. aluminis zuccarini. ana ℥ i. boracis. vel boraginis. ℥ ii. olibani puri. ossis sepie ana ℥ ii. Ista omnia pulverizata in tali liquore mittas. et diu incorpora. et usui reserva. et cum opus fuerit loco prius calefacto ad ignem inunge. Cum autem pustule crepuerint unguento albo inunge. Si placet pone aquam rosaceam. poleo cum oleum violarum.

De unguento albo quomodo fiat.

Fit autem unguentum album sic. Accipe masticis. olibani. ana ℥ s. litargiri. plumbi usti. ana ℥ i. ceruse ℥ iii. Ista omnia terantur et pulverizentur diligenter. et conficiantur sic. Acetum purum immitte. et predictos pulveres cum oleo miscendo distempera. postea de aceto aliquantulum impone. et iterum misce. et postea de oleo. et deinde de aceto. et ita vicissim ponendo modo de isto. modo de illo diligenter incorpora. Signum vero perfecte confectionis est quando ipsum unguentum equaliter liquidum est. et equaliter dissolvitur. Valet autem hoc unguentum ad multa. quia ad pustulas que fiunt in facie ex flate salso. ad impetiginem et serpiginem. et ad mitigandum arsuram que provenit ex corruptis humoribus. et ad scabiem ex flegmate.

De superfluitatibus faciei.

Quia vero in facie fiunt alie multe superfluitates. ut impetigo serpigo. atque morfea. quia licet quandoque totum corpus occupet. tamen quia in facie magis sunt manifeste. ideo de eis curas in hac parte supponimus. Ad impetiginem talem curam facimus. Accipe frumentum et super incudem fabri pone. et cum ferro lato calido tale frumentum combure. et exprime. et quod de illo frumento exit calidum sepe inunge. Valet etiam ad flammam salsam. Ad serpiginem tale facimus medicamentum. Accipe tartarum vini albi. plumbum ustum. succum ciclaminis. testam cucurbite ustam. pulverem fuliginis. piretrum. oleum commune quod sufficit. Conficitur sic. hec omnia cum succo ciclaminis et oleo conficiantur. modo ponendo succum. postea vero oleum. et ita vicissim modo de uno modo de alio semper incorporando conficias et reserva. et cum opus fuerit paciens tali unguento ungatur. et per triduum teneat. nec abluat se. post triduum vero balneet se. et hoc fiat donec sanus fit.

De impetigine et serpigine.

Ad impetiginem et serpiginem valet sapo cum topho contrito mixtus et superillinitus. vel sapo cum auripigmento commixtus et suppositus. vel sapo spatarenc perfecte. vel succus celidonie quod optimus ad maculam oculorum biennem vel triennem.

De morphea.

Morphee alia alba alia nigra. quarum quedam curabiles ut alba. quedam

incurabilis ut nigra. alba uero
que curabilis e hoc signo cogno
scitur. locus cum acu pungatur
si sanguis uiuus emanauerit
curabilis est. Si uo aqua alba in
curabilis. pfecta curatio no pot
fieri in morphea lepra scabie s
pig et impetigie. 7 multis alijs
egritudinibȝ nisi pcedat uni
uersalis purgato bis ul ter. s
qd necce est. Cura morphee

Albe morphee et curabili albe.
tale ungtm facimus. acc. tarta
rum. sulphur uiuu. auripigm
tum. sal coctum. cristallum. ni
trum. sapon em. spatarensem.
argentum uiuu. mirra. litar
girum. ceram albam. oleum
comune. olm muscellinu. ole
um laurinum. pinguedinem
galline. pip. masticem. olibanu.
corumbrum 7 euforbiu. Confi
ciatur aut hoc modo. terenda
teras. 7 simul cu sulphure 7 o
leo coi 7 sapone comisce. 7 fac
bulire ceram 7 pinguedinem
galline pse resolue. 7 oleo lauri
no 7 muscellino coditis et icor
poratis cum supdcis commisce.
et diligent incorpora. hoc autem
ungtm bis in die 7 calidum sup
ponatur. Ad idem. acc. tartarum
sulphur cannelatum 7 uiuum.
auripigmentum. 7 salem tostum.
fuliginem. olei iuccidi equali
pondere. 7 ista oia coque 7 unge
donec sanus sit paciens. Ad id.
acc. sulphuris uiui. saponis sa
racenici. sapponis gallici. nuc
cois bn trite an. ʒ. ij. auripig
menti. sal cois. elleboru albi et
nigri. an. ʒ. i. allumimis scissi ʒ.
s. de fumo ter. lapatio acuto. her
ba flaura. an manipulum. i. acc. 7
pista. 7 succum extrahe. 7 predcis
puluerizatis cum succo tali cofice
et diluendo diligent incorpora.
valet aut tale unguentum ad oem
impetigiem. Item ad idem. acc.
acetum capite radicum. auripigm
tum foliatum. i. pris folia. arge
tum uiuum. litargirum. 7 oleu
coe q sufficit. conficiantur aut sic.
Que terenda sunt tere. 7 de radici
bus pdcis succum extrahe. 7 pdic
tum puluerem cum tali succo di
stempera. postea uo oleum imi
tte. 7 sic uiolissim moue hoc mo
do de illo ponendo diligent pdca
incorpora. 7 usui reserua. In hoc
unguento argentum uiuum tam
cum saliua primo extinguatur. uti
liter ponitur. 7 cum pdcis incor
poratur. vtatur sic. radices ceterum
capite cum sale tere. 7 cum ipso
tritis locum fortiter frica. 7 post ri
duum intret balneum. 7 prius ibi
ibi moretur. post egressum uo
balnei ungto supdicto ungatur.
et ita faciat donec sanus fiat
si deus uoluerit. De morphea

nigra 7 cura eius.
Licet morpheam
nigram incurabilem diximus.
tn put experti sumus curam ad
hibeamus. que ualet et ad serpi
ginem 7 impetig. 7 contra omnem
pruritum 7 scabiem. Acc. tar
tari. fuliginis an. ʒ. ij. sal nitri.
sulfuris uiui. an. ʒ. ij. auripig
menti. elli. albi 7 nigri. aluminis
scissi. an. ʒ. s. 7 omnia puluerizata
in mortario. Item acc. fumi terre.
abrotani agrestis. herbe flaume.
eruce agrestis. an manipulum. i.
lapacij acuti. 7 panis porcini eq
liter. 7 pista diligent et succum

extrahe. Item acc. saponis spata
renti. et saracenici. ana. ʒ. ij. et mi
sce insimul cum predictis pulueribus
et diligenter incorpora. deinde de
predicto succo aliquantulum im
pone et misce. et postea de oleo et
item agitando modo de isto modo
de illo ponendo diligenter incorpo
ra et usui reserua.

De dolore auris ex qua causa fiat.

Dolor in auricula contingit aliquan
do ex decursu humorum. aliquando
quia preter naturam aliquid in
aure nascitur. ut uermis. aliquando
extrinsecus recipitur quod in au
rem existens est causa certi do
loris. Quando uero ex decursu hu
morum contingit nec ipsi humo
res ad apostema sunt confirmati sic sub
uenire solemus. Acc. oleum mu
scellinum. et cepe. et finde per me
dium ex transuerso et caua. et ip
sum oleum in cepe mitte. et sup
lentes prunas ardentes impo
ne. et ibi diu facias bullire. et po
stea calidam ut pati poterit au
ricule suppone. Ad idem. Acc.
albumen oui multum elixum. et
rutam. et hec duo insimul pista.
et per pannum succum extrahe. et
in cepa per medium ex transuerso
scissa et cauata impone. et ad ignem
caute bullire facias. et ut pati pa
ciens poterit calidum supponatur.
Et est sciendum quod nil actu frigidum
in auricula debet imponi. et nil
actu calidum in oculis. Ad idem.
Acc. absinthium. calamentum.
iuniperum. sauinam. et in aqua
bullire facias. et in competenti
uase imponas. super quem botum
inuersatum ponas. uel aliud
quod tantundem ualeat. et fumum
qui per foramen illud egredietur
in auricula dolenti patiens diu
recipiat capite bene cohoperto. Quod
si his curis dolor non reprimitur
nec remouetur. constat quod aut
est uermis in auricula. aut hu
mor ad apostema confirmatus. Cuius
signa hec sunt. locus tumet et ru
bet. et ardorem emittit. et tunc sub
ueniendum est cum saniem pro
uocantibus et ad maturitatem du
centibus. et cuncta prosequenda sunt
que in apostematum tractatu dicemus.
Si uero predicta signa non apparent
uermis est procul dubio in auricu
la generatus. Ad ipsum uero inter
ficiendum et extrahendum hanc
curam adhibere solemus.

Ad uermes ab auricula extrahendos et occidendos.

Accipe herbam persicariam. et nucleos interiores persi
ci et bene insimul pista. et succum
extrahe et misce. et cum tantidem
olei de lino in auriculam mitte
probatum est. Ipso autem occiso extra
hatur cum subtilibus piccicariolis.
uel apponatur cuffa. que etiam in
uiuum uermem aliquotiens ad
se trahit. De eodem.

Si uermis etiam ingressus in aurem
fuerit. olim cum succo foliorum ca
paris et calamenti bene incorporatum
in aurem instilletur. uermem e
icit et dolorem mitigat. Si uero
in alio membro fuerint. elleborus
albus in uino tritus bene misce
atur. et loco imittatur. uermes est
procul dubio necat. De quoli

bet alio ab auricula extrahendo.

Si faba uel lapillus uel aliquid
huius in aure ceciderit. caput su
pra dolentem partem flectatur.
et cuffa multum attrahens auri

applicetur. sternutatiua adhi
beantur. ut et tussa ad se attrahat
et sp̃s proportionaliter interiu' ad
exteriora expellat. Quidam uero
lignum ul' ferrum lana ul' bō
bice obuoluunt. et in terbentina
ul' alio glutinoso intingunt.
et in aure intromittunt. ut qd̄ i
aure ceciderit tali instrumēto
inherendo abstrahatur. Set q̄a
timemus ne ea que intromitti
tur postea dolorem augmentarent
potius q̄ curent. ideo tali cura de
sistimus. Explic̄ p̄a particula.
Incipit plogus scd̄e particule.



prolixitatis ul'
rudis sermonū
crimen michi
imponat. cum
multa paucis
implicata ob
scuritates poti'
et confusionem q̄ compendij
cōmoditatem parere solet. Et
ego nō solum puectis set et aliis
pficere disposui. Quocirca q̄cūq̄
ab egregiis doctoribus cōmunit'
et priuatim recepi. et de eorum sc̄p
tis habere ualui ordine certo
in scriptis. et ut pulcrius eluce
scant. in eo deducere delibata
rōne decreui. Cuius q̄ capitula cō
pendiose p ordinem executus.
ad eas que circa collum et cer
uicem et guttur quantum ad
cyrurgiam spectat fieri consu
euerunt descendamus. Primo
uulnerū. Secd̄o apatum. Tertio
glandularum et scrofularum. Quar
to fistularum. Quinto bocij. Sexto
eorum que intrinsecus cōsurgūt.

curas et signa diligentissime p
sequendo. Explicit plogus.
Incipiunt capitula.
De uulneribus que fiunt in collo c̄
ense. ul' alio simili. et cura eorundem.
De uulneribus que fiunt in
collo cum sagitta.
De uulnere ceruicis facto cū ense.
si organica uena incidat' ul' n̄ inci.
De eodem uulnere si nō uena or
ganica incidatur.
De uulnere sagitte in ceruice facto.
De uulnere gutturis facto c̄ ense ul' telo.
De apatibus in p̄dictis locis nascētibus.
De specieb' apatum. et quibus modis
cognoscant' et signis distinguant'.
De flegmone et cura eiusdem.
De curis antracis et carbunculi.
De cura apatis qd̄ fit de colera. ru.
De curis apatis qd̄ fit de fle.
De cancro qui fit ex melia in natali.
De scrofulis et glandul' et cura eorūd.
De fistul' circa ceruicē et collū inati.
De bocio et cura eiusdem.
De squinantia et quot sunt ei' spēs.
et que sit curabilis et q̄ incurabil'.
De cura squinantie.
De uuula incidenda et urenda.
De brancis innatis interius.
De disiunctura colli a capite.
Expliciunt capitula. Cap'. j.
De uulneribus que fiunt in collo
ense. ul' alio simili.

Vulnera que
fiunt in collo ense. ul' alio simili
aliq̄n sunt curabilia aliq̄n incu
rabilia. Incurabilia p hec signa
cognoscunt'. Si medulla ossis ex
tra exit incurabile ē. Lardum et
omne unctuosum omnino refugi
mus ad pfundum mittere. ne
aliquod inde resoluatur qd̄ ad in
teriora penetret. Sed apponim' in
ore ossis incisi pannū. et in ore

carnis lardum. deīn talem faciē
ɔsueuimꝰ medicinam. ex medici
mina. In primis locum dili
gentˀ attendimus ⁊ utrum os
uˀ aliquid huiūmoi sit ibi qđ
abstrahi debeat intuemur. et di
gito attentius atractamuˀ si
aliqđ est ibi qđ abstrahi debeat.
et tunc si fieri possit illud sta
tim, prudē abstrahimus. ⁊ pea
uulnus suimus. ⁊ puluerem ru
beum suprius dictum sup aspˀ
gimus. et ut supˀ iam in aliis
curis diximꝰ curam oīo psequi
mur. Qđ si multus sanguis sˀ
habundet. aut aliqđ impediat
ut qđ de uulnere remoueri uˀ
abstrahi debeat statim extrahē
nō ualeamus. uulnˀ ex pte sui
mus ⁊ ex parte aptum relinq
mus. ut cum tpˀs ministrauit
recedenda p locum aptum me
lius remouere possimꝰ. abstrac
to uō qđ de uulnere remoueri
debeat. aptum locum suimus.
extremitatē magis pendētem
aptum relinqˀmus. ⁊ cuncta q
suprius de sutura diximꝰ in hac
cura diligenter atendamus.
Collum dicitur pars quam que
ptenditur ab occipite usqꝫ ad p
mum spondile sˀm longitudi
nem. Guttur aūt dˀ pars anteri
or ptensa intˀ duas uenas ōga
les a gula usqꝫ ad pˀmam par
tem pectoris. due sunt ceruicē
una que a dextra pte ptenditˀ
sˀm longitudinem intˀ colluꝫ
⁊ guttur usqꝫ ad humerū. alia
ceruix a sinistra pte colli. inter
collum ⁊ guttur sˀm longitu
dinem usqꝫ ad humerum a ca
pite. Pectus durat ab inferiorī
pte gutturis usqꝫ ad furculam
pectoris. Ista dico ut sciatis disti
guere in quibꝫ locis fiāt uulnˀa.

De uulneribꝫ q̄ fiunt in collo.

Si gˀ collum ab utraqꝫ pte sit p
foratum sagitta uˀl alio telo.
a dextra .s. ad sinistram. lˀ eūuō.
lardonem unū ab una pte. et a
lium ab alia īmittere ɔsueuimꝰ.
uˀl duo stuelli fiant de panno li
neo et liniantur lardo. ⁊ intro
mittantur iuxta os uulneriˀ usˀ
qꝫ ad tertiam diē. ⁊ quousqꝫ sa
niem faciat pultem supˀ dictā
ad saniem puocandam p tēpori
uarietate secure ponere consue
uimus. Cum saniem fecit stuel
lum de panno īmittimꝰ. ⁊ ad mo
dum aliorū uulnerū exinde cura
mꝰ. In oībꝫ aūt similibꝫ uul
neribꝫ hoc diligentˀ ē attenden
dum. ut illa pars uulneris que
magis dependet diligentiuˀ cu
retur. ⁊ postremo ad consolidāō
tardius relinquatur. que uero
supˀ eminet. stuellum qđ ibi
est cotidie minuendo sanarē fe
stinamus. Set si neutra extremi
tas magis dependeat alia. uul
nus in medio suatur. et utraqꝫ
extremitas relinquatˀ apta do
nec cura fuerit facta.

De uulnere ceruicis fcō cū ense.

Si uō in ceruice cum ense uˀl alio
simili uulnˀ fcm fuīt ita qđ or
ganica uena incidatˀ. sic ē subue
niendū. Vena tota suatur cum
acu ita qđ uena nō pforetur. et
ex alia pte acus cum filo ei in
herente ducatur. ⁊ cū ipō filo ita
nectatur atqꝫ stringatur qđ san
guinem nō emittat. ⁊ ita faciā
ex superiori pte ⁊ inferiori. Si uul

nere autem pannus infusus in albu
mine oui intromittatur. nec tamen
de ipso panno uulnus impleatur.
Embroca si fuerit in yeme sup
ponatur quousque uulnus saniem fa
ciat. Si uero fuerit in estate ui
tellum oui tantum supponatur. Cum
uero saniem fecerit cum panno sic
co et unguento fusco et ceteris bonam car
nem generantibus adhibeatur
cura ut in ceteris uulneribus. Cum
ergo extremitates uene superi
oris et inferioris partis putruisse
cognoueris filos predictos dissol
uas et a loco illo remoueas et de
inde procedas ut dictum est superius.
Si uero fiat uulnus in superiori
parte colli ita debet ligari. Scinda
tur ligatura ita quod una ligatura
fiat super nares et in anteriori par
te capitis fiat nodus et reliqua
ligatura procedat post spatulas
et sub ascellis et simili modo lige
tur. Si fiat in medio uel in par
te interiori uel inferiori fiat li
gatura similiter sub ascellis. et a
lia sub mento similiter aptetur.

De incisione nerui.

Si uero neruus incidatur in lon
gum uel in obliquum sed non ex
toto. hac cura potest consolidari. Ver
mes terrestres hoc est qui nascitur
sub terra. qui in longitudine et
rotunditate lumbricis assimi
lantur et apud quosdam lumbri
ci dicuntur accipiantur et ali
quantulum conterantur et in oleo
infusi ad ignem calefiant. et
nullo alio mediante ter uel qua
ter uel plures si oportunum fuerit
plage impone. Si uero incidatur
ex obliquo totus minime conso
lidabitur. predicto tamen remedio

natura cooperante sepe congluti
natur. Postea quoque cuticula que est
supra neruum debet sui. puluis
rubeus qui iam dictus est debet super
aspergi. que cura non est inutilis.
quos enim non solum conglutinatos
sed et consolidatos nostra
cura perspeximus. Si uero locus
tumet embroca illa que in prima
particula ad tumorem remouen
dum que ex punctura contingere
diximus ponatur quousque talis
tumor recesserit. Non quod secundum
ingenium neruus omnino incisus non
potest consolidari uel coniungi. uel
sui. nos autem dicimus quod potest con
solidari et utiliter reddi habilis cum
hac cautela. Cauterizetur utrum
que caput nerui incisi peroptime
cum ferro calido. sed caue ne uul
neris labia ferro calido tangantur.
deinde apponantur uermes con
tusi et pulueres consolidatiui. ut
generetur ibi quoddam reparami
num ut porus in osse fracto. Et
est sciendum quod omne uulnus fac
tum in neruoso loco uel ossuoso
debet cauterizari etiam aliquantulum
profundius. ut si crus uel spatula
telo sit perforata. emorosagiam
enim perоptime frangit ora uena
rum coartando. Item nota quod
si medietas nerui incisa sit. uel
si etiam puncturam habeat debet
cauterizari et cum ferro calido in
cidi ex toto et postea curari ut supe
rius dictum est.

De vena organica que non incidatur.

Si uena organica predicto uul
nere non incidatur. pannus in
albumine oui infusum in uulnere
mittimus. uulnus tamen non multum
amplemus. Embrocam uero et

Loquitur contra nostros
barbitonsores

alia sicut per ordinem in predicatura diximus ita in ista ponimus atque prosequimur. Nota quod quamvis Rogerius dicat quod apponatur albumen ovi non approbo. quia frigidum est naturaliter. vena et arteria et nervus frigida sunt. et propter frigiditatem utrorumque non potest fieri consolidatio.

De telo in cervice infixo.

Si vero telum sit in cervice infixum et venam perforaverit vel arteriam, ita quod sanguinem nimium effundat vulnus. statim extracto telo vena suatur. et ut supra in prima particula diximus pulverem rubeum superaspergimus. aut pulverem stercoris asini sicci supponimus. quod si stercus asininum non habemus siccum. unde in fra pannum ponimus et fortiter exprimimus et postea supponimus. Nota quod si vena organica vel nervus incidatur ex toto nullatenus debet promitti sanitas. quia debito modo collum usum habebit motum. Ad idem accipe thuris ℥ i. aloes ℥ i. albuminis ovi. pilorum leporis quod sufficit. conficiatur sic. terenda terere et cum albumine ovi distemperare et pilos leporis conficiendo commisce. et incisis arteriis habundanter impone donec cadat a vulnere. Et nota quod in quacumque parte corporis vena aliqua incidatur illam medicinam non nisi post tertium diem removeas. Ad idem valet gipsum cum granis uve tritis. Ad idem valet flos lanceolate vel folia ipsius lanceolate et folia ebuli terantur et usui reserventur. Ad idem granum frumenti in ore masticatum et suppositum sanguinem constringit et sanat probatum est. Ad idem. tele cum capitello contrita et supposita sanat. Sanguine vero districto. demum curetur ut in aliis similibus curis iam supra diximus. Ad idem. laudanum bene tritum cum omnibus terrestribus et albumine ovi incorporatis multum valet ad constrictionem et consolidationem. Ad incarnationem nervorum. accipe lac petrudum et lac asininum et sepe calidum et patiens usque ad x. dies inungatur sepissime. Sed si esset in loco quem ipse posset tenere in aqua ut est manus vel pes. et teneat multum plus valet. et postea inungatur bis vel ter in die cum butyro. vel dialtea. aut oleo laurino. et unguentis calidis.

De vulnere ysofagi et trachee arterie.

Si autem fiat vulnus in gutture ita videlicet quod ysophagus vel trachea arterie perforetur vel incidatur. cuiuscumque modi sit vulnus mortale est ut in pluribus. Idem erit ex quacumque parte vulnus incipiat. sive sit de telo. sive sit alicuius alterius rei. Si autem cutic(u)la que ibi est vulneretur ut cetera vulnera curetur.

De apostematum nominibus in diversis locis nascentibus.

Sicut autem humores diversi sunt in humano corpore. ita quidem et collectiones que ex eorum superfluitatibus consurgunt. diversis nominibus nuncupantur. generaliter autem nomine apostema nocantur. Quorum quatuor sunt species. Aliud est de sanguine et dicitur flegmon. aliud de colera. colerica vero alia naturalis alia innaturalis.

Stercus asininum omnem sanguinem sistit.

naturalis dr̃ colera rubea. inna
turalis melia. aptã ergo q̃ fit
de colera rubea dicitur herbes e
stiomenus. Q̃d aũt fit de melia
dicitur cancer interior. Aliũ fit
de flegmate ⁊ dicit̃ zimia. Vnde
cuiq; fiat ꝑpria signa cogno
scitur. Si enim fuerit apostema
de sanguine. rubor. pulsus. do
lor. calor. ⁊ tumor erunt. Ex
fl'ate signa sunt hec. albedo. mol
licies. vt si digitum impresseri
quasi signum foraminis faci
es. Ex colera uõ rubea talia
signa precedunt. calor. rubõ mix
tus citrino colori. Ex colã ni
gra cum melãcolia innaturali
signa sũt hec. Ingens duritia ẽ
quadam nigredine. nũc ad cu
ras eorum ueniamus.

De flegmone et cura eiusdem.

Fiat g̃ cataplasma hr̃. acẽ. ruta
caminũ. lardonem. farinã; tri
tici. q̃ oĩa coquantur in uino al
bo ⁊ oleo. ⁊ diu agitentur. deinde
supponant̃ quousq; ad saniem
uenerit. Maturato uõ apãte. i
ferius ubi uulnus magis depẽ
det caute cum sagittella incida
tur p longum. ⁊ si fieri potest di
gitus intromittatur. ⁊ diligẽ
ter tota sanies exprimatũ. qua
diligent̃ emissa, stuellus de pã
no immitatur. ⁊ bis in die mu
tetur. et curet̃ deinceps ut ceteri
uulnera.

De cura antracis et carbũculi.

Si aũt antrax uel car
buncul9 fuẽt. sic subueniãmũ.
Cum frigidis circa loca pacien
tia. vt oleo ro. succo solatri. ace
to. ⁊ succo capreolorũ uitis. me
nthe. uermicularis. ⁊ similib9
calorem reprimẽtib9. Fit enim
antrax ul' carbũculus de feruẽ
tissimo sanguĩe. Supra locum
uõ ponatur scabiosa trita cum
assungia. ꝓbatũ ẽ. Cõsolida
maior inter duos lapides cõtri
ta diuino quodam miraclõ an
tracem liberat. ul' interficiat. et ex
toto cõcauat. et supligata iñt'
unius diei spatium ita curat ũ
postea nõ egeat nisi cura uulne
rum. Et est sciẽ. q' f'm phycam
differentia ẽ inter antracem et
carbunculũ. f'm cyrurgiã nulla.
nisi q̃a carbunculus dicitũ an
apãtis confirmationẽ. p̃t con
firmationem dr̃ antrax. Ad cu
ius curationẽ; p̃ter Rogeri; auc
toritatis doctrinam precipua ẽ
precipua ẽ flomia p metacẽsi
.i. p eandem ptem. ⁊ apuũmis
appositum poptimũ est. Nõ.
qd' in omĩ apãte añ suu confir
mationem supponẽda st̃ friã.
et nõ calia. p̃ter antracẽ. et sq.
nanciam. hic etiã uitauĩ appo
nere a poctustica in locis ortis
a nobilib9 membris. ul' ppe no
bilia ppt' fluxum. S; debemũ
statim purgare materiam. q̃
quattuor sunt casus in qb9 de
bemus materiam indigestam
purgare. Multitudo materie.
furiositas eiusdem. nobil' mẽ
bri possessio. nobilis opationis
lesio. In antrace uõ ⁊ in aliis
piculosis apãtib9 frĩa sunt ap
ponenda circa loca ⁊ maturati
ua desup. Item nõ. q̃ antrax
ul' carbũculus nõ debet curari
cum repcussiuis. ⁊ hoc dico si cu
tis apta fuẽt. s; cum solis calĩs
et siccis exitus. vt sua simili
tudine matiam inde extrahant

furiosam. Calua hominis egestio
cinis est multum prodest ad an-
tracem interficiendum. sive testa
nucis super caput apostematis posita.
Item sucus fetide datus in potu
liberat multos. Item emplastrum
contra antracem et carbunculum.
Recipe pulverem salis. ficuum pin-
guium. passularum ana. omnia si-
mul terantur et supponantur. post
appositionem huius emplastri in prima
aut secunda aut tertia die solet locus
apparere totus niger. et in medio
quasi foramen. et cum post cre-
puerit appone pultes de farina
tritici et suco apii et melle usque
ad mundificationem. et cum lo-
cum a carne corrupta mundi-
tum videris. pulverem mastic.
et olibani appone convenientius.

De cura apostematis quod fit ex colera.

Si fuerit apostema ex colera ni-
mium calida et spissa. et in aliqua
parte consedent. eam ulcerat. al-
ta vulnera facit. cui sic subve-
nimus ut in antracis cura pre-
notatum est.

De cura apostematis quod fit ex flegmate.

Si fuerit apostema ex
flate facimus cataplasma. quod recipe
malvavisci ℥ viij. et decoquatur
in. xviij. ℥. adipis porcini. olei
veteris sextarius duobus subla-
tis radicibus. et colato oleo addi-
tur spume argenti subtilissi-
me triti ℥ viiij. et sine intermissi-
one agitando lento igne coqui-
tur. et ad modum emplastri ponatur.
Vel fiat cataplasma quod facere consue-
vimus ad omne apostema quod saniem
facere debet. Fit autem sic. accipe
malvam. branci ursinam. radi-
ces malvavisci. primo coctis in
aqua et postea pista cum axungia.
deinde adde butirum. fermentum.
lac mulieris. tamarices. id est. lima-
ces. et pultes quas superius diximus
ad saniem provocandam mundi-
ficare. et cum opus fuerit loco sup-
pone. Aliud ad idem. Recipe ra-
dices lilii. et coque in aqua. et cum
axungia pista. et in olla ad ig-
nem calefacias. postea adde cepe
assatum. mercurialis folia caulium
cocta et pistata cum axungia. et fari-
nam seminis lini in vino coctam.
et quecumque talia per que materia pos-
sit maturari. et ad saniem duci.
Ista omnia simul pista et incorpo-
rata et supponatur donec apostema pro-
vocatur ad maturitatem. Cum autem
maturatum fuerit. ubi locus magis
dependet apiatur. et cetera prosequa-
tur que dicta sunt in apostematis cura
quod fit de sanguine. Potest etiam
fieri hoc emplastrum quod est levius
supradicto. et multum valet. valet
enim ad omne durum apostema. et ad
carnes duras mollificandas. et
ad materiam exterius extrahen-
dam. et dolorem mitigat. Recipe fi-
cus siccas. sagimen porci. mel. ana. et ra-
dices altee bene coctas ab interiori
stipite mundatas. et commisceantur
et fiat emplaustrum.

Quomodo habeat fieri cancer.

Cancer aliquando vitio interiorum
aliquando vitio exteriorum contingit
in corpore. Vitio interiorum fit ex hu-
moribus putrefactis. Vitio exteri-
orum ut in vulnere non bene curato.
Omne enim vulnus preterquam quatuor vel
quinque menses preterierint incuratum
iam non vulnus sed cancer sive
fistula nuncupatur. Hic vero can-
cer aliquando hic est ex multo tempore
aliquando ex brevi. Item alius est in

neruosis locis 7 intricatis 7 ple
nis arteriis. Alius in carnosis. Vn
alius curandus est qui in neruosis
est locis intricatis 7 plenis arte
riis. Alius qui in carnosis. Nam
qui in neruosis est 7 intricatis 7
plenis arteriis. incisione uel
incensione curandus non est.
secundum illud dictum ypo. Quibuscumque ab
sconditi cancri 7c. Quia circa
collum ceruicem 7 guttur sunt
nerui 7 arterie plurime 7 uena
rum habundantia. ab incisione
7 incendio est desistendum. put
ti possunt subuenium. Si ergo can
cer sit 7 non ex multo tempore circa
loca predicta tale unguentum facimus.
Acc. radices lingue bouine. unc.
ʒ. radic. bardane. ʒ v. radic. celi
donie. ʒ i. cinamomi. ʒ i. ʒʒ. ʒ ij.
argenti uiui. ʒ ij. cere. ʒ iiij. re
sine quod sufficit. axungie ueteris
ʒ vj. Confice sic. supradictas radi
ces herbarum in mortario marmo
reo tere. quibus assungiam adde.
et eis diligenter incorpora. De te
rendis autem puluerem facias. et
cum predictis diligenter incorpora.
Argentum uiuum in fictili uase
ad ignem pone cum resina. 7 li
quefac. Cumque liquefactum fuit
cola 7 usui reserua. Quod si tale un
guentum non subuenerit. ponatur
puluis ad cancrum occidendum qui est
in neruosis locis qui sic fit. Acc.
ellebori albi. aristologia longa
7 rot. 7 pulueriza. 7 cum opus fue
rit suppone. Si uero tali puluere
extinctus fuerit. ponatur stupa
cum ouo 7 oleo. postea uero pona
tur ibi unguentum uiride. 7 sic usque
ad finem cum talibus curabis.
Aliud. accipiantur cortices nu
cum 7 terantur 7 supponantur per
totum cancrum. cum mortificet.
Signum mortificationis tale est.
quoniam sanguis emittitur primum
et spissus. 7 caro noua 7 bona cre
scit in extremitatibus 7 non solum
modo in medio. quia si cresceret
solummodo in medio 7 non in extre
mitatibus non esset signum mortifi
cationis. unde adhuc oporteret in
sistere cum mortificatiuis. De can
cro uero qui fit in carnosis locis
suo loco dicemus.
Glandula 7 scrofula 7 testudo ubi
cumque in corpore nascuntur flaticam
uidentur habere materiam. Testudo
autem mollior est 7 multo maior.
et uarias in uariis patientibus
habet formas. Glandula uero ma
gis carnositati accedit. 7 cum ma
nibus tractatur non dolet. quamuis
ingenius non distinguat inter gla
dulam 7 testudinem. tamen testu
do fit ex maiori parte flatis. et
minori melie. Glandula est sicut
nodus. i. suppositum semper est rotu
dus. 7 in iuncturis nascitur et
in locis neruosis omnibus his durior.
In omnibus his cura eadem
scissa in longum cute. sic de aliis
dictum est supra radicitus extrahe.
et exinde iuxta speculum predicte
discipline operare.

De scrofulis 7 glandulis 7 cura earundem.

Scrofule nascuntur in gula. sub
ascellis. 7 inguinibus. 7 glandu
le sepe nascuntur que non sunt scro
fule. Ut autem cognoscatur utrum
sint glandule uel scrofule. acc.
ederam terrestrem 7 folia citrulli
bene pistata bulliant in oleo.
7 tepida supponantur per tres dies.
Et si glandule diminute fue

rint insistas cum hac medicina.
Si aut rubescant ita qd videatur
qd debeant duci ad maturitatem
ul' saniem ponantur maturativa.
et cum maturate fuerint postea
incidantur s'm partis q̃titatem
ut putredo exeat. Deinde immit
tatur pannus in albumine oui
infusus. Si u'o de glandula ali
quid remansit post tertiam ul'
quartam diem ponatur puluis
hermodactilorum ul' alius puluis
qui corrodat ul' mortificet par
tem illam que remansit d' glā
dula. exinde curetur ut superius
diximus. Si aut indurescat
et crescant. et sint nate infra me
sem ul' dimidium anni. et sit
puer fiat hoc oleum. Re. ra
dices tapsie. et radices rafani a
grestis an. et olim q̃rtum de oibus
radices bn̄ purgate et contrite
bulliant in oleo usq; ad medie
tatem ul' plus. et hoc in uase po
sito in caldario pleno aqua sup
ignem. de hoc aut oleo instillen
tur. iij. ul'. iiij. gutte in parte
illius aure. et dimittatur i par
te illa. Et si p illud oleū auris
intumuerit et fracta fuit. ita q'
aliqua putredo exalauit sciās
q' ipse liberabitur p hanc me
dicinam. Si u'o nō intumuerit
p hāc medicinā nō liberabitur.
Qd si fuit signum liberationis
insistatur etiam adhuc plurie
cum illo oleo. Et itē fiat potio
ista que sic fit. Re. radices aru
dinis. mali terre. brusci. sparagi
ellebori al. et nigri. aristologie ro.
fabe lupine. scrophularie. rafa
ni agrestis et domestici. spatule
fetide. folia laureole. de omnibus

equalit'. et istis bn̄ pistatis et pur
gatis. in optimo uino bulliāt
usq; ad medietatem uini. et de
hoc uino bibat semel in ebdoma
da. in mane si fuit puer. si fuit
iuuenis bis. ÷. iiij. p horam cum
alio uino mixtas. pleno magno
cifo. Et si fuerit nimis horribile
ad potandum/ superaspergatur pul
uis de zuccaro. et caueat sibi paci
ens tamq̄ accepisset laxatiuum.
qm̄ quater ul' plures solet in die
assellare. Item po facias ustu
ram infra aurem sup mediam
cartilaginem. Emplm̄ opti
mum ad scrofulas delendas et
consumendas. Re. radices filicis
et affodillorum. et in optimo uino
decoque. addito parum sulfure
uiuo fiat emplm̄ et supponatur
efficacit' scrofulas consumit.
Aliud q' scrophulas poptime cu
rat. Re. limacias et tere eas cum
testa sua et distempera cum capi
tello. et pone ibi fel porcinum et
de radice lingue bouis aliquā
tulum trite. et omia ista diligē
ter incorpora. et emplm̄ iā factū
sup scrofulas pone. prius da. vi.
ul' vij. guttas titimalli cū ouo
sorbili si hēe potens. sed si istō
nō ualet fiat uniu'sal' purgatō.
consideratis particularibus det'
aliqua opiata s'm uarietatem
humorum. Si humores sunt diu'
si et compositi. opiata compōita.
et postea fiat hoc emplm̄. Radix
urtice et ebuli decoquant' i aceto
et addita calce uiua et axungia
fac emplm̄.

Ad glandulas in quacūq; pte
corporis fuerint ul' sit. combu
re plumbum cum lignis sam

buci. ul' ficus. l' corulli. 7 fac un
guentum cũ oleo 7 aceto quo ĩ
ungas glandulas. deinđ lami
nam plumbi tenuem 7 planã
firmiter supliga. 7 dimittas per
.ix. dies. postea auferas. 7 iteruʒ
inunge. postea laminã suppone.
7 sic p tres ebdomadas facias. 7
sic faciendo liberabitur si d's volu
erit.

In diminutiõe lune cum sit de
luna tm̃.xi. dies accipiat .xi. crus
spellas de radice spatule fetide.
radice rafani agrestis. alia die
.x. alia .ix. 7 sic usq; ad finẽ lune
quolibet die minuat unam. Q'd
si hec medicina nõ ualuerit ad
cyrurgiam ẽ recurrendũ. hoc tñ
prenotato qđ nunq̃ debet ĩcidi
aliqua glandula ul' scrophula
que manu bñ teneri nõ possit
atq; tractari.

De incisiõe scrofule. R.

Ad incidendum g' scrofu
lam ul' glandulam pº d'bet ac
cipi. 7 una manu fortiter tenerĩ.
7 cuticula superior in longũ in
cidatur. nõ s'm longitudineʒ
carnis 7 hic inde scarnati. 7 cũ
unco ipã apphendi 7 ad exteri
ora trahi. 7 si alia secuta fuerit
ipsam. cum illa extrahatur ex
toto 7 sinant'. 7 quot quot sint
ibi. semp cum folliculo extra
hantur suo. Si aũt emorosagia
nimis sequatur. p interualla
extrahantur. 7 tunc uuln'im
pleatur panno in albumine
oui infuso. Secđ die uõ siquid
de folliculo suo. ul' de scrophula
remanserit. supponatur puluis
affodillor̃ qui superius dictus ẽ
in cura capitis in eo capitl'o q̃
intitulatur de scrophul' que na
scunt' in capite. deinde cũ nostca'
et putredo illa extrahatur. hic aũt
puluis ad corrodendũ talem pã
niclm est immittend'. Et cum
uulnus tumefctm̃ 7 desiccatum
uideris. pannus in albumine
oui infusus in uulnere est im
mittendus. sup' uõ stupa cuʒ
ouo. quousq; uideas panniculũ
bñ putrefctm̃ atq; corruptum 7
uulnus aliquantulũ saniem
emittere. post uõ cum unguẽto
uiridi q' dictum est in capitl'o
qđ intitulatur de curis nasi a
supfluitatib; et cum aliis que
adhibenda sunt uulnerib; curã
adhibeas. Cartillago que ex tr̃
uerso extenditur cum cauteri
cata solet scrofulas liberare.

De bubone qui fit sub ascellis.

Solet plũq; fluxus humorũ
accidere sub ascellis 7 in ynguı
ne 7 facere duram collectione
et magnam extremitatem. et
in pfundo 7 nimis membra cõ
burentem. que bubo uocat'. Est
aũt quidam curabilis quidaʒ
incurabilis. Si eñi eger fere conti
nuum calorem paciat' ante et
sitim. 7 uehementer extenuet' cor
pus. nimis magna sit collectio.
et dolorem in pfundo pectoris
sentiat. qđ contingit quãdocũq;
est sub ascellis incurabilis ẽt.
Itẽ si cum pdcis signis in alio lo
co aliq̃tulum sit mollis. ita q'
de sanguine aliqđ uideatur ẽẽ
in pfundo bubonis. 7 cutis im
moderate sit dura incurabilis ẽ.

Item si erupta sanie quecumq;
modo sit intus supflua 7 plũri
q; dura 7 aliqñ mollis. que ap
positis corrosiuis plus crescat q̃

minuatur: similiter incurabilis est.
Si autem fuerit contrarium omnium aut finium
vel minor et omnino dolore caret
at pectus et magis duritie quam
mollicie. nec extenuatur corpus
ex predictis similitudinibus. licet modi
cum habeat sitim et calorem, pos
sibile est curari. dum modo dicta
superius habeat convenientiam. Indi
get ergo maturativis. ex quo ma
turata fuerit cum sagitella ubi
magis dependet apriatur cum am
plo vulnere. nulla enim ratione
expectetur donec crepet per se. Quod
si fecerit vix aut numquam deterso
curabitur. Incisione vero facta ad
instar aliorum apostematum vel
vulnerum curabis. De fistula.

Fistula est apostema cuius os strictum
est et fundum habet amplum et pro
fundum. que aliquotiens provenit
vitio exteriorum. aliquotiens vitio
interiorum. vitio interiorum ut ex hu
moribus. vitio exteriorum ut ex inde
ta cura vulneris. huiusmodi autem
fistula aliquando est ex multo tempore
aliquando ex brevi. Item alia est in
nervosis et intricatis locis et ple
nis venis et arteriis. alia in car
nosis. Item alia corrumpit car
nem tantum. alia os. alia nervum.
Unaqueque propria signa cogno
scitur. Que namque corrumpit
carnem tantum putredine emittit
velut aquam albam. Cum vero
os fuerit lesum. exit putredo
velut lotura carnis et fetet mul
tum. Si vero nervus fuerit lesus
putredo exit nigra. Ex quibus
omnibus manifeste colligitur
quod pro varietate partium subiec
torum corporis in hac egritudine
varia est adhibenda cura. Que
ergo circa collum. eius etiam loqui tur
que implicata sunt nervus venis
et arteriis. incisiones vel incensi
ones facere non audemus. ideo tali
cura succurrimus. Si talis me
atus fuerit strictus amplietur cum
tenta vel cum tasta malivette.
hoc modo. Tasta fiat de malo te
re sicco et per meatus fistule immit
tatur: ita quod meatus ille imple
atur: et ita a mane usque ad vesperas vel e converso.
dimittatur. Cum vero os fistule
videris elargatum videris. si locus
ille multum fuerit implicatus si
intricatus arteriis vel nervis sicut
si sit circa collum unguentum rupto
rium quod fit de calce viva et capitel
lo immittimus. Si vero fuerit pars mul
tum implicita nervis venis et
arteriis. pulverem de affodillis im
mittere possumus. Quod si fuerit
vir delicatus. unguentum preciosissi
mum ad hanc curam immittimus
quod sic fit. Recipe piperis. piretri. au
ripigmenti. aluminis. sinapis.
ellebori albi et nigri. gallitrice.
floris eris. ana. et calcis vive quantum
tum de omnibus conficte sic. terenda
tere. pulverizata et cum sapone spa
tarenico diligenter incorporata et
deinde in forma tentam. et usque
ad profundum fistule intromit
tas. hoc autem unguentum in illo meatu
liquefit totum. et fistulam suavi
ter occidit atque desiccat. Vel statim
vitellum ovi cum stupa vel albu
men ovi cum oleo quousque igitur
cadit apponimus. deinde cum un
guento mundificativo quod deinde est in cura na
rium que videtur esse polippus. et
alius unguentis usque ad finem cu
ramus. postea vero fistula que sa
niem liquidam velut aquam

emittebat. emittit saniem spissam mortua est. **De eadem.**

Si uō fistula nō sit in neruis neq; in arteriis implicata. s; sit inter cutem & carnem ex longo uel obliquo. si os fistule strictum ē elargetur sic. tenta lignea usq; ad fundum mittatur. & sic aliquantulū calcicule tal' ad superiora leuetur. & a fundo fistule usq; ad os eius sup tentā; usq; ad ipm scindatur. pannus infusus in albumine oui īmittatur. & a mane usq; in sero & eō uso dimittatur. post uō puluis de affodillis superponat'.

Cum aūt uulnus ipsū; tumefactum uideris signum est fistule mortificate. cui p̄ea subueniendū est cum ouo & ungō uiridi & aliis que in cura sīul nerum dcā sūt. Et sciendū; ē q' si incisio debet fieri in isti' locis in quibȝ sūt nerui. uene et arterie. ut circa collum debet fieri cum magna cautela nec festinant' nec subito. timendū; eni eēt de infirmi defctū. Caueat etiam sibi ne faciat incisione; in tali loco. & maxime si sit cyrūgicus nouus & rudis.

De Botio.

Botium fit in gula. et fit ad illud tale expimentum. cātando pater nr̄. fodias nucem quā scias nūdum fecisse fructum & radices eius cum tota alia s̄ bīn pista cum granis piperis cc. & bulliant in optimo uino usq; ad medietatem. & de isto uino utatur paciēs donec liberetur.

Ad idem. acc. radices urticelle. radices cucumeris agrestis. radices ciclaminis. polipodij. sparagi. & brusci. aristologie rotūd. et cucurbite agrestis. iari. balli marinam. spongiam marin. & et brancam ursinam. butirum. & lac de scrofa pos filios producente. & radices tassi barbassi. & Confice sic. Omia ista desiccata tere & cribra. ballam uō marinā & spongiam incende & tere. & supradictis ad modum electuarij cōmisce. & eunti dormitum sub lingua mitte.

Item polipodiū. malum terre. betonice radices. et tassi barbassi in aqua coquas. ita ut tres fiale redeant ad unam. et in p̄dictum puluerem in sero ponas & mane potum da pacienti. et de aqua p̄dicta & colata similiter tribue.

Eodem uō die aquā non bibat. & usq; ad tciam die; neq; potionem neq; puluerem bibat. a tcio uō die in antea puluerem sic p̄paratum sub lingua mitte. & usq; ad. xi. uel. xij. diem facias potione; & de. xi. in. xi. die dabis. Si uō talibȝ experimētis patiens nō liberabitur. ad cyrūgicum recurrendum est.

De cura eiusdem cū incisione.

Si uō fuerit unum botium tm̄. cum ferro calido mittimus unū setonem in longū. & alterum in latum. & pann' infusus in oleo. uel assungia supponatur. & omni die mane & sero setones ad exteriora trahant'. ut penitus truncetur caro cum illis. Quo cū factum fuit. si qd de botio remānserit. ponatur suprādictus puluis de affodillis. & purificato loco curetur ut cetera uulnera.

Quod si non sit neruis implicatū arteriis. botium sub manu firmi

ter apprehendatur. et cuticula in
longum incidatur. et bocio uero
apprehenso hinc et inde bene scar
netur. et a cuticula remoueatur
et digitus intromittatur. et ac
cepto bocio cum folliculo suo to
tus extrahatur. et uulnus panno
lineo impleatur leuiter tamen. et si
multus sanguis superuenerit ea
remedia adhibeantur que supe
rius dicta sunt in hac particula
in eo capitulo quod intitulatur de uul
nere in ceruice facto cum sagitta.
et cum his remediis dimittatur
per tres dies. postea si quid reman
serit ponatur puluis de affodil
lis. cui post subueniendum est cum
ouo. et deinde procedendum ut in
aliis uulneribus. hoc quoque diligen
ter est attendendum quod folliculus to
cius radicitus eneruetur. et de eo
nichil relinquatur. modica enim
particula ibidem remanente.
in idem paciens cadit. Loco igitur
perfecte purificato in parte sui post
et puluis rubeus superaspergi.
et ut in aliis suturis diximus
ita et hic faciendum est. Si
uero ipsum botium ualde magnum
